



~~77~~

u.u.5.







ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERI

PHILOS. D. AA. LL. M.

S C H O L I A

IN

V E T V S T E S T A M E N T V M

---

T O M V S T E R T I V S

I E S A I A E V A T I C I N I A C O M P L E C T E N S



---

S E C T I O A L T E R A

---

L I P S I A E

S V M T V I O H. A M B R O S. B A R T H

M D C C X C I I I.

THE RED CAR ROSENBLUM

# SCHOLIA



3915



92342

E

## A D L E C T O R E M.

**A**nimus erat, hac altera libri sectione, voluminis illius, quod Iesaiæ nomine circumfertur, partem reliquam interpretando absolvere. Sed quum usque ad quadragesimum Caput pervenissem, et quae inde sequuntur usque ad libri finem continuo et repetita vice legisset, non, ut in parte antecedente, varia a variis enunciata Oracula invicem sese excipientia deprehendi, sed unum continuari sermonem, ab uno prosectorum autore, sentiebam. Mutabam igitur consilium, et diversum librum, qui di-

versam quoque interpretandi rationem flagitat, seorsim edere, satius ducebam. Interdum hisce utere qualibuscunque laboribus, nobisque fave. Scribebam Lipsiae, d. xvi. Mart. M D C X C I I I I.

## AD. LECTOREM

## CARMEN

CARMEN DECIMVM  
SEXTV M.

(CAP. XIX.)

*Argumentum.*

Iehova, in Aegyptios poenas exerciturus, levi nube vectus Aegyptum venit. Incitat ibi belli civilis flamمام, ita ut Nomus in Nomum, civitas in civitatem saeviant (vſ. 2. 3.). Is, qui viator ex hoc bello discedit, Aegyptios in Jeritutem redigit, summaque severitate tractat (vſ. 4.). Ad quae mala publica quum etiam accedat aquae Niloticae defectus et siccitas, et inde orta sterilitas atque infoecunditas; Aegyptius tota decidit de statu suo florente, omnium ordinum homines languent et lugent: mercatores, opifices, pescatores ad summam rediguntur inopiam et desperationem, et in universum omnes deplorant communem genitum miseriam calamitatemque, cui nemmo prae inopia consili, et ignavia incolarum succurrir, omnibus veluti de mentis sensu et ratione disiectis, tanquam correpti essent vertigine (5—15.). Iam vero Aegyptii, calamitatibus hisce oppressi, et a Iehova ipsis haec mala immissa intelligentes, ad Israelitarum Deum auxilium petituri trepidant (vſ. 16. 17.). Imperato auxilio (quod quidem est subintelligendum ex vſ. 20.) Iehova ab Aegyptiis tanquam potentissimus ipsorum vindex et liberator agnoscitur coliturque, et in celeberrimis Aegypti urbibus altaria illi eriguntur in memoriam praefiti auxilii (vſ. 18—22.). Sed feliora etiam tempora videt vates, ulterius longe prospiciens: Aegyptiis ad Iehovam colendum Assyrii quoque se sociant, ita ut tres, olim maxime infesti inter se populi, Israelitae, Aegyptii, Assyrii, iam unum Iehovae populum faciant (vſ. 23. 24. 25.).

KOPPIVS *versus* 18—25. a priore capitis parte se iungendos putat, ut sectionem singularem constituentes, atque hoc oraculum alio plane tempore editum esse existimat. Placuit haec sententia CUBIO quoque, et EICHHORNIÖ (Einleit. in das alte Testam. P. III. p. 84.). Et nimirum quidem hisce potissimum argumentis: primo, imaginem miseri Aegyptiorum status, quam vates *vs. 1—15.* exhibet, nimis abhorrente a descriptione temporum felicissimorum, quibus Aegyptii una cum Israelitis et Assyriis Iehovam colunt (*Verum solenne esse vatisbus Hebraeis, tristium temporum descriptioni subiungere latiorum imagines, jaepius iam observatum est*). — Deinde, non esse credibile, linguam Hebraeam a Iesaiā, aut alio, in Iudea degente vate, appellatam esse בְּנֵי חֶבְרוֹן. (Sed conf. not. *infra ad vs. 18.*) — Denique illud quoque, quod Aegyptii et Assyrii, a Iesaiā alias semper ut hostes Israelitarum descripsi, *vs. 25.* יְהוָה עַם וְיְהוָה, appellantur, Koppio arguere videtur, hanc sectionem a Iesaiā non esse profectam. (Sed hoc ipsum pertinebat ad aureae aetatis, in qua vates inde a *vs. 18.* versatur, descriptionem, cuius aetatis proprius quasi character erat, ut Iehova solus eō omnibus gentibus coleretur, conf. Cap. II, 1—4.).

*Si in priscae Aegyptiorum historiae reliquiis, nobis servatis, paucis quidem illis, circumspiciamus, ad quaenam reipublicae Aegyptiacae fata noster in hoc carmine respexerit, nihil commodius et facilius se nobis offeret, quam tempus Διδεκαρχίας, de quo HERODOTVS Lib. II. c. 147. et 151. et DIODORVS Bibl. Lib. I. c. 66. Tradunt hi, Aegyptios, Sabacone\*) Seithone (quo regnante Senacheribus, Assyriorum rex, Aegyptum invasit) mortuo, restitutos libertati, per biennium fuisse in statu αὐταρχίας, quo tempore των ὀχλῶν οἱ ταρχῆς κοι φαντασμάτων τρέπομεναι (verba sunt Diodori l. c.), τὰς μεγίστας τῶν ἡγεμονῶν διδεκα ποιησαμένεις συναμοσιαν, plebe ad*

tu-

\*) Sabaconem fuisse cognomen, omnibus regibus Aethiopum proprium, ut Aegyptiorum Pharaon, satis verisimile fecit GATTERER, *Welgeschichte in ihrem ganzen Umf.* P. I. p. 225. 226.

tumultus et caedes intestinas conversa, duodecim duces primarios se iplos, coniunctione inita, reges fecisse, et, Aegypto inter se divisa, statum firmasse. Sed cum duodecim illi reges per annos quindecim Aegypto imperassent, oris iurgiis turbisque civilibus summam rerum devoluram esse ad unum Psammitichum. Huius belli civilis caussam Diodorus inde repetit, quod Psammitichus, Saites, cui maritima Aegypti ora obrigerunt, aditum ad Aegyptum liberum faciens Phoenicibus et Graecis, magnasque sibi colligens opes, et amicitias etiam sibi comparans exterorum principum, reliquorum Aegypti regum in se concitaverit invidiam, qui proinde ipsi intrulerint bellum, ex quo, commisso ad Memphis proelio, victor abierit Psammitichus, auxilio Ionum, Carum, Graecorumque, quos ipse conduxerat milites, adiutus. — Turbas hasce Aegypti internas a vate nostro in hoc carmine respici, praestantissimi iam dudum viderunt interpretes, quibus et ego accedere non dubito, quum hac assumpta hypothesi totum carmen clariore appareat luce. — Incidit bellum illud Aegypiorum civile in initia Manassis, regis Iudee, unde dubitari possit, utrum hoc carmen a Iesaiᾳ ipso, an potius ab alio, paullo seriore vate, profectum sit.

---

1. (הנה יהוה — מצרום) Eleganti exordio propheta viam sibi sternit ad describendam Aegypti calamitatem. Iehovam, rectorem mundi, inficit vectum celeri nube, tanquam currū, ad iudicandos et plectendos Aegyptios. Desumpta est fictio ab imperatore seu rege, populorum suorum iudice, qui, cum intellexerit, in remotiore aliquo ditionis suae tractu enormiter adversus leges delinqui, celerrimo vehiculo usus illuc se transfert, ut fontes puniat. — Ceterum haec fictio nil novi aut insoliti habet, nubes enim saepè a vatis Hebracis proponuntur tanquam currus et vehicula Dei, ut regis, res humanas ubique insipientis, procurantis, et, ubi vult, ad praemia et poenas dispensanda, absque mora praesentis. Sic Ps. CIV, 3. *nubibus utitur pro currū, incessit ventorum alis,* — (רָגַע מִצְרָיִם מִפְנֵי) Haec verba duplici

modo possunt accipi, vel hoc sensu: idola ad adventum Dei summi se commotura, h. e. trepidatura esse, prae reverentia maiestatis eius; vel, idola ad adventum Iehouæ, cuius præsentiam ferre nequeant, quique ipsorum præsentiam laturus non sit, recessura esse loco, metu et horrore iudicij eius. Evidem adsentior Vitrinæ, præferendum esse posterius. Nam vox נִיעַ vix usurpatur in V. T. de *trepidatione*, sive *commotione interna*, nisi ubi de *corde* usurpatur, et ea vox additur, ut Cap. VII, 2. Sed alias verbum illud notat eiusmodi rei aut personæ motum, quo loco cedit, vagatur, et alio se transfert. Favet etiam huic interpretationi vox מְפֻנֵּי, a facie eius: nam si sensus esset, idola trepidasse præ adventu Iehovæ, scripsisset Iesaias haud dubie: (וְלֹכֶב מִצְרָיִם יָמֵס בְּקָרְבָו — לְפָנָיו) Accipiendum hoc omnino de consternatione Aegyptiorum, qua animus eos quasi defecit, metu et horrore calamitatum sibi imminentium. Sic locutio haec sumitur Deut. XX. 8. 2 Sam. XVII, 10. Respondet dictio Lucae XXI, 26. in oratione Iesu de calamitatibus ultimi temporis: ἀποψυχότων ἀθροπών από φόβου, exanimatis hominibus præ metu, et exspectatione malorum supervenientium. בְּקָרְבֵי, in medio eius, scil. cuiuscunque Aegyptii.

2. Fata Aegypti tristia, a quibus cetera pendent, duo recensentur in hoc vaticinio. Primum est *bellum civile*, vs. 2. 3., alterum *oppressio Aegypti* a potente quodam principe, vs. 4. (וְסִכְסָכֵה מִצְרָיִם) Haec verba non sunt interpretanda: *misceo Aegyptum cum Aegypto*, ut vulgo vertunt; sed: *armo, armis instruo, unum Aegyptium contra alterum*, ut unus contra alterum dimicet; hanc enim esse verbi סִכְסָכֵה significationem, docuimus ad Cap. IX, 10. An idem respexerint Alexandrini, qui ponunt ἐπεγνθισται, et

Syrus atque Chaldaeus, אֲגָרֵי, concitabo, equidem definire non ausim. (מלכה במלכה) Alexandrini vertunt: νομος ἐπι νομον, quod multi probant. Verum mihi ממלכה in

¶. I. indicare videtur singulas Διδοκαχεχαρ ditiones, in' quas tota Aegyptus tunc temporis erat divisa, conf. Argument.

¶. 3. בְּקָה רֹוח מִזְרָים בְּקָרְבוֹ (נַבְקָה) De voce interpretes dissentient. Vulgo formam anomalam speciei Niphal esse dicunt a בְּקָה, pro בְּקָה, eodem modo, quo pro בְּקָבָעַ, Patach mutato in Schva et sublato Dagesch, allevandae vocis causa, ponatur בְּקָבָעַ Ezech. XLI, 7., et pro בְּקָבָעַ Genes. XI, 7. בְּקָבָעַ. Quae nodi solutio an omnibus satisfaciat, ego dubito. Nec satisfecit Michaeli, qui pro בְּקָבָעַ legere maklet, quod refert ad בְּקָה, Arab. دُرْق, dissidium atrulit, unde vertit: dissidebit spiritus Aegypti in medio eius. Sed eur ad anomalias et punctorum mutationes confugiamus, ubi neutrum horum necesse est? Scilicet iam vidi SCHULTENSIVS in Institut. ad Fundament. Ling. Hebr., nostrum נַבְקָה referri posse ad נַבְקָה, Arab. نَبْق, quod affinis significationis est cum בְּקָה, Arab. نَبْق, ὀμοιατοποιητικον, bombum edidit amphora, dum effarim ex ore angustiore effluit, vel per illud infunditur aqua (vnde Hebraeis בְּקָפָק la-  
gena, Syrisque لَاجِنَّةُ et lagena et murmur); נַבְקָה vero Arabibus est pepedit, crepuit, vid. Schultensium l. c. Hinc erit vertendum: in sonum inanem abit spiritus Aegyptiorum, in leeren Schall verfliegt der Geist, der Muth, der Aegypter! Quomodo veteres verbum nostrum intellexerint, haud facile quis dixerit, nam sensum tantummodo uteunque reddunt. Alexandrini: καὶ ταραχθησται το πνευμα των Αἰγυπτων εἰ αὐτοις. Aquila: καὶ πλαδηρωθησται (flaccescer, imbecillis fieri) πνευμα Αἰγυπτων εἰ ἐγκατω (intestino) αὐτης' Theodotion: καὶ χιθησται πνευμα Αἰγυπτων εἰ αὐτη Symmachus: καὶ ἔχησεται (disrumpetur) πνευμα Αἰγυπτων εἰ αὐτη. Syrus: ἀποβλέπεται et excindetur spiritus Aegypti in praecordiis eius (στόματι); Chaldaeus: βήθηκται et tabescet spiritus Aegyptiorum.

gyptiorum in visceribus eorum (בְּמִשְׁעָרָה); Saadias: וְנַתְּפֵרֶת et percutietur spiritus eorum in ventre eorum (فِي أَجْوَافِهِمْ); Vulgatus: et disrumpetur spiritus Aegyptii in visceribus eius. Ex eo tamen, quod omnes de visceribus, ventre, cogitarunt, collegerim, illos verbum בְּקָרְבָּן eodem, quo nos, sensu sumfisse. רֹאשׁ hie est animus, Muth, ut Ios. II, 11. V, 2. Nihil illis est enim, ac propterea, ut sequitur, consilii sunt inopes. וְעַצְחָר אֲכָלָע (Consilium eius deglutiam, absorbebo, ut neque consilium capere possint, neque, si ceperint, quidquam proficiant, aut iuxta consilium efficiant. וְרַדְשׁוּ אֶל הַאֲלִילִים) Verbum דָּרָשׁ saepe poni de consulendo Deo, oraculo, vate, observavimus supra ad Cap. XI, 10. ubi conf. not. (וְאֶל־הָאֲטִים) Varie iam veteres vocabulum ἀπαξ λεγαμένοι interpretati sunt: Alexandri αὐγαλματα, Syrus מָגָּן, magos, Chaldaeus תְּרַשְׁׁיָּן incantatores, Vulgatus, divinos, Saadias, אֲשֶׁר־בְּשָׂם astrologos: recentiorum plerique mussitatores, i. e. qui oracula obscura mussitant. Nec male: nam قُرْآن Arabibus de sono et murmure obscuriore usurpat; vid. SCHULTENSIVM ad Harriri Confess. IV. p. 14. not. 25. (וְאֶל־אוּבוֹת וְאֶל־זְיוּנִים) De his vid. supra ad VIII, 19.

4. וְסִכְרָתִי אֶת־מִצְרִים Radici סִכְרָתִי, Arab. سَكْرَتْي, campingendi, concludendi, coercendi vim inesse, multis docuit SCHEIDIVS in Specim. Observat. ad quaedam V. T. loca, eius Dissertat. ad Cantic. Hiskiae annexo, p. 24—29. Insertum etiam est Syllogi Dissertat. ubi vid. Tom. II. p. 965. בְּירַאֲנִים קְשָׁה Haec verba non sunt vertenda: in manum dominorum dure dominanium, sed: in manum domini, dure dominantis. Nam satis nota est illa Hebraei sermonis proprietas, qua Pluralis, tam masculinus quam femininus, usur-

usurpari solet de *una re*, quae, in suo genere, magna est, et quodammodo excellens: e. c. יָמִינָה, *maria*, valet *mare magnum* Ps. XLVI, 3. קְדַשִּׁים dicitur de *dracone grandi*, Ezech. XXIX, 3. קְדַשִּׁים de *sanc*tissimo** Hos. XII, 1. Proverb. IX, 10. et quae plura huius generis sunt, de quibus vide SCROEDER<sup>z</sup> *Institut. ad Fundamm. Ling. Hebr. Reg. C. et STORRI Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 97. 98. Ex hoc nonum genere est quoque nostrum אֲדֹנִים, quod de *uno magnō* et potente domino praeter hunc locum etiam usurpatur Genes. XLI, 1. XLII, 30. Haec vero nomina pluralia, quorum significatio est *singularis*, propter sensum ut *singularia construuntur*, veluti קָדְשִׁים בָּאָקֵן *sanc*tus fidus**, Hos. XII, 1. הַחְנִים הַגְּדוֹלִים, *draco ille magnus*, Ezech. XXIX, 3. מִימֵי, *aqua eius*, scil. maris magni; vid. SCHROEDERVM l. c. Syntax. Reg. XXV, a. STORRIVM l. c. p. 99. In singulari sumendum esse אֲדֹנִים, appetet quoque ex eo, quod vates statim addit עַל מֶלֶךְ. Vtraque appellatione Psammithus innuitur, vid. Argument.*

5. Ad turbas et dissidia interna, nova accedit calamitas: Nili inundatio, a qua omnis Aegypti fertilitas adeoque florens regni status pendet, aut tenuis, aut plane nulla, erat. (ונשׁוּר מִים כְּחֹזֶה) De variae sunt interpretum sententiae. Alexandrini hoc verbum retulerunt ad οἴνω, *bibere*, hinc que verterunt, καὶ πιονται, et bibent Aegyptii aquam quae iuxta mare, nec minus Aquila: καὶ αἰνεοθησεται ὑδάτα ἐπο θελασσος. Placuit id quoque MICHAELI in Supplementt. ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1697. et WARNEKROSIO in Commentar. de Palaestinae fertilitate cum Aegypti fertilitate comparata, in Repertor. für bibl. und morgenl. Litteratur. P. IV. p. 261: Sed cum huic derivationi Dagesch forte in ו obstet, id Michaelis et Warnekrosius eiiciendum arbitrantur. Verum id non est faciendum, nisi tum, cum radix וָה, quam Dagesch forte in וָה arguit, interpretationem commodam et aptam non admitteret. Evidem nec probo sententiam eorum,

qui נָשָׁה deficere vertunt, quod nullo argumento potest evinci; nec Ludov. de Dieu interpretationem, intereunt aquae Nili, verbo נָשָׁה significationem Aethiopicę נָשָׁה, destruere, tribuentis, nam e longinquo id petitum est, nec sensus satis aptus: sed ad stipulorū LETTIO, qui in Observat. ad Cantic. Debora, in Sylloge Diff. p. I. p. 615. ver-

bum נָשָׁה comparat cum Arab. نَشَّ, foetuit, compurruit, e. c. caro. Hinc comma nostrum erit vertendum: computracentes defecerunt ex Nilo aquae, i. e. computruerunt, in putredinem conversae sunt, Nili aquae: quae verbi נָשָׁה significatio etiam duobus reliquis, quibus in V. T. occurrit, locis, Ierem. XLI, 17. LI, 30. apta est. Putrascunt autem fluvii aquae tum, cum fluvius exsiccati incipit, quod ipsum membro sequenti dicitur. Per mare vero Nilum fluvium esse intelligendum, nulla est dubitatio. Vates se ipse mox interpretatur: et נְהַר, fluvius, exsiccatitur, atque arescit. Et Grotius tamen hic ipsum intelligit mare mediterraneum, qua Aegyptum alluit; sed præter interpretationem. Hebraei maiora omnia aquarum receptacula appellant maria, מִימִים, vid. Genes. I, 10. Hinc de Euphrate usurpatur vocabulum ים Ierem. LI, 36. Zach. X, 10. 11. De Nilo supra XI, 15. Job. LI, 23. ubi de crocodilo dicitur, eum mare effervescenti ollae simile facere, ים יִשְׂים כְּמַرְקֵב, hic quis de Nilo non cogitet, crocodilorum patria? conf. Ezech. XXXII, 2. 3. Nah. III, 8. ubi de ים אֶתְנָה, i. e. Diospoli, Thebi Aegyptiorum, procul a mari in intima Aegypto, sed ad Nilum sita, dicitur: אַאֲרַת הַיְלִים מִים חַוְתָּה, ubi mare est fossa, et ex mari adjurgunt moenia eius, nempe urbs, Nili inundationibus tuta et inexpugnabilis describitur. Imo vero exteri scriptores eodem etiam modo de Nilo loquuntur. Frequentissima exempla invenies, si Arabum Geographos legas, ex quibus nonnulla collegit CHRIST. MULLERVS in Satura Observat. pag. 189. Dicunt illi non solum fluvium ipsum مَرْيَن الْزَبَيل, mare Nili, sed et canales ex eo derivatos,

vid.

vid. MICHAELIS *Supplement. ad Lexx. Hebr. p. 1083.* Nec solum nomen **ים** ita ponunt, sed et **ים**, ipsissimam vocem Hebraicam; ut in Corano Sur. XX, 39. ubi Deus matri Mosis: *pone illum in cistam, et pone illum في اليم in mare,* conf. Sur. XXVIII, 6. Addendus DIODORVS SICULVS L. I. c. 12.: *οἱ Αἰγυπτίοι τομέστεν θαλασσαῖς τοι πάρα μάκρη στόλοι ποταμῶν Νείλου.* \*)

6. (הַזְרָחֵר כְּהֻרוֹת) In verbo זָרָח interpretando non consentiunt interpres. Plurimi, contenti, tale quid dedisse, quod sermonis contextui uteunque conveniret, verterunt, deficient fluvii. Ita Alexandrini: *ἐξελαύστων οἱ πόταμοι.* Alii ex notione repellendi et amovendi, quam verbo nostro tribuunt, partim, *vi transitiva*, reddiderunt, *repellens* fluvios, partim *intransitiva*, fluvii *amovebuntur*, vel, *se repellent*, quasi fontem versus ascendentes: quarum versionum prior prorsus inconveniens est, et ab hoc loco aliena, ut iam Vitrina multis ostendit; posterior sensum bonum quidem exhibet, sed non exprimit propriam verbi זָרָח significationem, quam prius ostendit et exposuit SCHROEDERVS in *Observat. ad Origg. Hebr. pag. 74. seqq.* Scilicet זָרָח, Arab.

(**סִדְרָה**, primaria et antiquissima potestate notans *sidere*, *subsidere*, peculiariter de fluminibus et stagnis usurpatum fuit, quorum aqua, quando *sidit*, et in terram paulatim absorbetur, ex lutulentis reliquiis, et limo putrescente, tetur illicum putorem, quem *rancorem* dicimus, exhalat: unde per metonymiam significatio *rancescendi* succrevit. Haec significatio totius orationis seriei aptissima est: והאזרחים כהרות sidere, et ecce sidendo rancescent fluvii, rivi et

\*) Posit tamen hoc comma et sic verti: *bibentur aquae*, i. e. bibent Aegyptii aquas, *ex mari*; et, i. e. quod *fluvius*, Nilus, *exsiccatus fuerit*. Debeo hanc interpretationem patri meo.

fossæ Nili, tenuabuntur et exsiccabuntur rivi Aegypti. Vbi facile animadvertisit, verbo הַאֲזִכְרֹה, hac in serie, nihil aptius, et ad elegante gradationem, qua utitur vates, accommodatius esse. Nam fluvii quando exsiccantur primo subfundunt, ex quiete stagnantium aquarum rancorem, seu corruptionem eum ingratu odore et sapore coniunctam, contrahentes; dein magis magisque extenuatae tandem penitus exarescunt. — De rariore vocis הַאֲזִכְרֹה forma dissentunt Grammatici, quorum varia sententias recentet Kimchius in *Commentario a MALANIMAEO latine verso (Florent. 1774.) p. 147.* Quidam putant, litteram נ, quae olim usum vocalis habuerit, superfluam remansisse; alii, litteram נ hic esse ex usu Chaldaico formæ Aphel, quae hic cum Hebreæa commixta sit. FAEER ad *Harmari Observatt. super Orient. P. II. p. 328. not. 10.* olim duplice lectionem exituisse existimat, quae postea a Masorethis coniuncta esset, unam, Aramaeam, אֶזְנֵחָה, alteram, Hebraeam, הַזְבִּיחָה, prius, utpote insolentius, esse preferendum. SCHVLTENSIVS vero in *Institt. ad Fundam. Ling. Hebr. p. 272.* cui adserit SCHROEDERVS in *Institt. ad Ling. Hebr. pag. 192. Reg. CLVII. f. et STORRIVS in Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 347.* *He emphaticum, seu affirmativum esse autumat, reddendum per ecce! Jane!* quale in illo הַרְאָתָה שְׂמִיכָה, oculi tui eccœ vi-dentes sunt, Deut. III, 21. IV, 3., נ autem esse characteristicum Hiphil, pro נ, atque pro הַהְעִנְיָה commodioris pronunciationis causa elatum esse הַאֲזִכְרֹה. Praeterea observat Schroederus, in *Observatt. ad Origg. l. c.*, formæ Hiphil vim transitivam, ut in aliis multis, ita et in hoc verbo, per quendam tropum in intransitivam deflectere. Talia sunt הַרְבִּישׁ, הַאֲרִיךׁ, הַלְּבִין, הַאֲדִים. Eodem modo verba דָלָלָה et חַרְבוּ, quae in contextu nostro sequuntur, intransitive sunt vertenda. idem est ac מְצֻור, Aegyptus, et occurrit etiam 2 Regg. XIX, 24. Mich. VII, 12. Conf. not. ad Genes. X, 6. יְאַרְיוּ מְצֻור כְּהַרְחָה sunt canales et fossæ ex Nila, cura hominum per totam terram Aegypti inferioris

deri-

derivatae, in agricolarum et urbium usum, conf. Exod. VII, 19. Per tamen יְאַרֵּים ego potius intellecterim *brachia Nili*, ut Ps. LXXVIII, 44. Ezech. XXIX, 3., certe in numero unitatis, non nisi de *Nilo* usurpatur, ideo haud dubie quod proprie vocabulum Aegyptiacum sit, exigua varietate his scriptum litteris: IAPO, vid. CROZII Lexic. Aegyptiac. p. 27. Ceterum id, quod vates modo dixit, *rancescere et subsidere aquas Nili et brachiorum atque canalium ex illo derivatorum*, egregie illustratur recentiorum nonnullorum, qui oras illas adierunt, narratione, *Amnem Traianum*, quod nomen est canalis cuiusdam ex *Nilo* per urbem *Cairo* ducti, antequam viva *Nili* aqua in illo ascendat, pessimum odorem exhalare, adeo ut vase argentea, licet in cistis condita, ferrugine obducantur. Vid. OEDMANN *Vermischte Samml. aus der Naturk.* Fasc. I. pag. 49. קנה (קָנָה וְסִחַת כְּמֻלָּו) esse esse arundinem *Donaceem*, satis verisimile fecit Oedmann l. c. p. 50 seqq. Conf. de hac planta FORSKALII *Descript. Plantar.* p. 24. *Donax*, is inquit, et *Saccharum Ganesi* ripas *Nili* non solum vestiunt, sed prorsus impediunt, ut *Alnus* in Septentrione et *Mangle* in *India*. Vnde intelligetur, cur huius plantae hoc loco mentio fiat. סוקה esse algam *Niloticam*, *Sari* dictam, vidimus ad Exod. II, 3. Verbum נֶגֶב allii language, alii succidere interpretati sunt; sine ratione; nam si dialectum Arabicam conferamus, discimus, نَجْفَة esse nomen *pedicularum*, arida tempestate et sereno coelo in plantis natorum, vid. NIEBVHRII *Descript. Arab. Praef.* pag. XXXIV; unde verbum نَجْفَة significat, *nigricans*, quasi pediculis ob-situs, apparuit *carduus*, vid. CASTELLI *Lex. Heptagl.* pag. 3364. Pertinet igitur ultimum hoc commatis nostri mem-brum ad descriptionem *siccitatis*, et tristis Aegypti incolis *Nili exsiccationis*.

7. עֲרוֹה על יְאֹור על פִּידְיוֹאָר *papyrus* significare, multi sine ratione contendunt; *papyrus* est גְּכָא, vid. supra XVIII, 2.

XVIII, 2. Rectius alii gramina vertunt, quae significatio defendi potest eo, quod Arabibus <sup>جَوْهَرَةً</sup> arborem perennem semper virentem denotat. GEVHARIUS apud VAN DERSLOOT ad Togr. vs. 4. <sup>جَوْهَرَةً</sup> من الشَّجَرِ الَّذِي لَا يَزَالُ بِأَقْمَانِهِ لَا يَنْتَهِي لِلْأَرْضِ, i. e. de arbore usurpatum, quae superstes manet in terra, nec perit. Kimchius: עֲרוֹתָה הַאֲרֻךְתִּי וְלֹדֶשָׁאֵם הַלְּחִי Aroth est nomen appellativum olerum et herbarum virentium. Idem intelligentes Alexandrini Αρόθι posuerunt, quo nomine Aegyptios ipsorum lingua omne, quod in palude virens nascitur, significare, ex Hieronymi Commentar. ad h. l. iam observavimus ad Genes. XLI, 2. Conf. CELSII Hierobot. T. II. pag. 229. 230. Ego intelligo gramineta. Gramineta autem ad Nilum, ad Nili ostia, ut verba Hebraea sunt reddenda, erunt terrae humiliores ad Nili ostia, Βεγκολια Graecis dicta, quae, ad agriculturam incepse ob solum nimis palustre, a Nomadum pecudibus depascuntur: vide MICHAELIS not. ad Abulferiae Aegypt. ad num. 66. pag. 121. 122. Nostro loco vertit ille

<sup>جَوْهَرَةً</sup> Marschländer. Saadias قَرْعَةً, horros, reddidit, dubito an satis recte יָאֹרֶר יְבָשׂ כַּדְךָ וְאַיְכָנָה Pro recte מַרְעָעָה יְאֹרֶר יְבָשׂ כַּדְךָ וְאַיְכָנָה posuerunt Alexandrini αὐτοφθάλεος, a vento corruptum, conf. Ps. I, 4. Fingit vates, magnam in Aegypto suscitatum iri tempestatem, quae Nilum repelleret, rivos et διωρυχας eius exsiccaret, et fruticeta omnia, prouentus Nili, alias etiam deficientibus aquis collapsura, ita frangeret, dispelleret, dissipiceret, ut plane sint peritura. — Sunt interpretes, ut Grotius, Vitrina et Dathius, qui Nili exsiccationem, in praecedentibus descriptam, non proprie, sed figurate intelligent, Aegyptum per ista bella civilia ad summam omnium rerum inopiam redactum iri: ex Nili enim inundationibus Aegyptus omnem suam percipiebat fertilitatem. Sed ego nullam rationem video, cur illa non sint intelligenda proprie?

prie? Saepius enim factum esse, ut Nilus aestivis diebus nulla ceperit incrementa, Aegyptumque irrigarit, ex narrationibus et antiquiorum et recentiorum constat. Quae calamitas, cum iam per se satis magna esset, si accedebat ad bella civilia, satis digna erat, quae in memoraretur a vate, miserum Aegypti statum deplorante.

8. Communem totius gentis cladem sequitur communis moeror et luctus eorum, qui ex ubere eius solo et preventu ac divitiis, quas Nilus adfert, magnam perceperant utilitatem. Varii generis homines commeniorat, qui aquarum beneficio vitam degebant, et primo quidem *piscatores*. Abundasse Aegyptum *piscibus*, observavimus ad Num. XI, 5. (וְאָכְלָו בְּלִמְשָׁלְכֵי בַּיָּאָר חֶכֶת) Et moerebunt omnes, qui hamum iaciunt in fluvio. Vocabulum הַבָּה, praeter hunc locum non nisi bis obvium, Habac. I, 15. Job. XL, 25. hamum satis unanimiter antiqui et recentiores vertunt: nec quidquam de significatione dubii. Etymologiam si quaeras, hamus dici videtur Hebraeis **חַק** *palato*, cui infixus haeret; ac si ultro etiam quaeras, **חַק**, *palatum*, est pro **חַק**, ut ex Arabico حَكْ يَحْكُم eiusque derivatis constat, recte monente DANZIO in *Litteratore* §. 56. p. 483. Sic etiam Thalmudici scribunt. (ופרשי אמללו) מִכְמֹרָה sunt *reria*, aut *nassae*, vid. infra LI, 20. Habac. I, 15. a כְּמֹר, quod Chaldaeis in Pael significat *includere*. Aegyptios veteres praeter retia etiam usos esse *nassis*, patet ex marmoribus *Praeneftensisibus*, vid. SHAW *Itiner.* p. 365. vers. germ. additque vir hic doctissimus, hodienum *nassi* tantummodo pisces capere Aegyptios soiere. MAILLET *Epist. IX.* retia in Aegypto plane non esse in usu docet. FABER ad *Harmari Observat.* P. II. p. 363. מִכְמֹרָה *retia minora* significare contendit, sed nullo argumento solito probat; nam ex Habac. I, 15. vbi מִכְמֹרָה distinguitur a חַרְם, non liquet, utrum מִכְמֹרָה rete maioris aut minoris generis sit. Nec magis probavit Faber illud, quod in eadem nota dicit, in versione Alexandrina comma-

tis nostri verba καὶ οἱ ἀμφιβολεῖς alias interpretis esse, non Alexandrini. Nam quamquam nemo inficiabitur, versioni Alexandrinae multa esse inserta ex aliis graecis interpretibus, non minus tamen notum est illud, Alexandrinos in versione Iesaiæ non tam accuratos fuisse, ut verba Hebraica semper redderent totidem verbis Graecis; saepissime sensum tantummodo expressisse contenti erant.

9. וּבָשׂוּ עַכְבָּר פְּשָׁחִים שְׁרִיקֹת (בָּשָׂר) quid agant, Mich. III, 7. De פְּשָׁחִים, *lino*, vid. not. ad Exod. IX, 31. et FORSTERI librum de *Byssus Antiquor.* p. 63. שְׁרִיקֹת non est *generofus*, *preciosus*, ut multi verterunt, nulla alia ratione duci, quam quod שׂוּרָק Cap. V, 2. vulgo redatur *vitis generosa*; nec colorem *flavum* seu *subflavum* indicat, quae BOCHARTI est sententia in *Hieroz.* P. I. Lib. II,

Cap. VII.; sed conferendum est Syriac. פְּשָׁחָה, *pexuit*, *pecline dissipauit*, vnde פְּשָׁחָה peclen ad explicandum *linum*. שְׁרִיקֹת igitur erunt *lina bene pexa*, *peclinata*, carminata, ut iam ostendit BRAVNUS de *Vestitu Sacerdoti*, *Hebrr.* Lib. I. Cap. VIII. §. 8. Hac significatione Syrus quoque, Vulgatus et Saadias sumserunt verbum רַק, eo tamen discrimine, quod שְׁרִיקֹת *aclinae* acceperunt, quasi significarentur feminæ pestantes, quod et Koppio placuit. Sed posuisset vates haud dubie ante particulam נ, si eo nomine *feminas artifices* significare voluisset. Hinc ego cum Chaldaeo et multis recentioribus שְׁרִיקֹת refero ad פְּשָׁחִים. Obstat quidem videtur constructio: sed evanescet haec difficultas, modo observetur, vocem פְּשָׁחָה esse ex vocabulis, quae in plurali quidem *masculini generis* terminacionem habent, sed potestate *feminini generis* continent; quippe est a singulari פְּשָׁחָה; perinde ac vox מְדֻכָּאָם construitur cum voce FABER, l. c., verba nostra *vertit*, *perturbari* erunt, qui *linum subtile, tenui, coluerunt* (es werden bestürzt seyn, die feinen Flachs baneten), שְׁרִיקֹת confrens cum פְּשָׁחָה, *difficit*, *divisit*, quam significationem et.

iam Syr. **אַלְבָה** habet: ad hanc significationem haud dubie Alexandrini respicientes, **אַלְבָה** το **χειρόν** posuerunt. **וְאַרְנוֹנִים חֲרוּרִים** Sunt, qui haec verba vertant *textores alborum*, operum, Aben-Esrae autoritate permoti, qui **חֲרוּרִים** reddit **לְבָנִים**, *alba*. Putant, alludi ad *byssum* Aegyptiorum; vel pretiosioris generis aliam, qua induit magnates, Hebrewis dicebantur **חֲרוּרִים**, *albi*. Verum et quae praecesserunt, et quae sequuntur, arguant, vocem **חֲרוּרִים** multo rebus reddi per *retia*, propr. *foraminosa* scil. opera, a **חָוָת**, vel **חָרֵן**, *foramen*, *caverna*; cum sermo sit de piscatoribus. Verit quoque ita Chaldaeus, eumque secuti sunt Jarchius et Kimchius. Formam **חֲרוּרִים**, irregularē, nonnulli Grammatici, e. c. *Ludovicus de Dieu*, et *Altingius*, explicant ex lingua Syriaca, in qua pluralis numerus formae constructae desinit in (...). Sed illud ipsum, quod haec forma apud Syros forma est non absoluta, sed constructa, viros doctos monere debebat, non satis accurate eam conferri cum illa forma linguae hebraeae nominum quorundam in statu absolute positorum. Mihi quidem rectissime de horum nominum forma videtur iudicasse MICHAELIS in *Grammat. Hebr.* p. 130. dum non unam omnium rationem esse afferit. Nonnulla enim esse singularia collectiva, aut genus indicantia, cum Jod affirmativo mobili, v. c. **נָוְבִי**, *locustae*, ad formam aliorum nominum in Jod definitum, quod alias quidem plerumque in Chirek quiescit, sed interdum tamen in *Parach*, cuius formae in nominibus propriis exempla complura extant. Eadem est SCHROEDERI sententia, *Grammat. Reg. XCII*, b. 3. not. p. 115. Ad hanc collectivorum formam nostrum **חֲרוּרִים** quoque pertinet. Alia vero huius formae nominā pluralia sunt, in statu constructo posita, iuxta formam Syriacam, quale exemplum occurret infra XX, 4.

IO. **וְהִיר שְׁחָרוֹה מְדֻכָּאִים** Mirum est, quantopere different interpretes in horum verborum explicatione. Vocabulum **שְׁחָרוֹה** multi retulerunt ad verbum **מְהֻבָּבִית**; ita iam

iam e veteribus Syrus: et humiliabuntur omnes, qui siceram  
conficiunt **לְאַתָּה תִּשְׁאַל** ad potum humanum (Im-  
merito Vitrina hic accusauit Alexandrinos, quasi hi verba  
nostra verterint: **καὶ πάντες οἱ ποιηταὶ τοι γέγονται λυπηθεούσαι**  
ita reddunt potius quae in textu nostro sequuntur: **כִּי עֲשֵׂה שָׁכֶר אֲנָמֵן כִּי**. Quomodo vero nostra verba Alex-  
andrini verterint, deinceps videbimus). *Doederlein* a **תְּחִשָּׁה**,  
**bibere, שָׁחוֹת** significare censet id, quod potui parando apium  
est, fruges, ex quibus potus coquitur. Similis est *Fabri* sen-  
tentia, loco supra citato, quamquam alia via incidentis: pro

**שְׁחִלְתִּית** legit illustrat ex Syriaco **לְאַתָּה**.  
Sed vitium cultura omnibus fere temporibus in Aegypto  
erat mediocris (vid. WARNEKROSI Commentar. de fertilitate  
Palaestinae, comparata cum Aegypti fertil. §. X. in Eichhor-  
nii Repertorio P. XIV. p. 288. seqq.) nec tanti momenti,  
quae digna fuerit, ut a vate hic memoraretur. Ad radicem  
הַשְׁחִית vocabulum nostrum refert quoque Dathius, sed legen-  
dum arbitratur in participio Hiphil: **שְׁחִיתָ**, *Zythopoei*, die  
*Brauer Aegyptens*. Quae mutatio, cum paullo audacior sit,  
an omnibus probetur, ego dubito, nec confirmatur illi ul-  
lius aut codicis aut prisci interpretis testimonio. Quid sibi ve-  
lit Vulgati interpretatio: *et erunt irrigua flaccentia*, haud  
facile dictu est. Aquila: **αἱ αποθηκαὶ αὐτῆς τεταπεινωμέναι**.  
Respexit significationem verbi **תְּחִשָּׁה**, *ponere*. Theodotion:  
**ταπειναὶ αὐτῆς τεταπεινωμέναι**, item ad **תְּחִשָּׁה** respiciens, quasi  
הַשְׁחִית esset fundamentum, i. e. infimum. A **תְּחִשָּׁה**, *ponere*,  
Clericus quoque vertit *nassas*, quia in iis pisces reponuntur.  
Sed nulla harum interpretationum efficit bonum sensum.  
Veri proprius, quod habet Chaldaeus, qui pro vocabulo  
Hebraeo ponit: **אַחֲרֵ בִּיה שְׁחִית**, *locus texentium texu-  
ram, ein Weberstuhl*. Hinc verti possit: *machinae Aegypti  
textoriae contritae*, i. e. destructae. Et id placuit Hensle-  
ro: die *Weberstühle zerschlägt man*. Verum quia in toto  
hoc contextu non de *instrumentis* sed de *hominibus*, artes  
exer-

exercentibus, sermo est, et verbum דְּכָא plerumque de ani-  
mī contristatione et perturbatione usurpatum, ego, auctore  
Koppio, שְׁקַחֲיָה, rexores eius, Aegypti, legere mallem, a

תְּחִתָּה, quod conferendum cum Syriaco טְמֵאֵי, rexuit, un-

de טְמֵאָה, textura, Chald. טְמֵשׁ, stamen, et Arab.

טְמֵאָה, stamen telae. Hunc sensum iam perspexerunt  
Alexandrini, dum verterunt: καὶ ἐστοι τοῖς ἐγράψομενος αὐταῖς  
(scil. λέποις καὶ βυσσοῖς, quorum vs. praeced. mentio erat facta)  
ἐν οὐδην. In his verbis haud minor  
lectionis quam interpretationis diversitas invenitur. Pri-  
mum pro עַשְׂיָה pauci codd. legunt in singul. הַשְׂעָעָה, deinde  
pro שְׁבָרָא Alexandrini et Syrus legerunt שְׁבָרָא Sicera, de  
quo potu vid. ad Levit. X, 9. Nam vocem ipsum

תְּמֵאָה ponit Syrus, et Alexandrinos eodem modo legis-  
se, patet ex eo, quod ζυδόν posuerunt. HIERONYMVS in Com-

mentar. ad h. l.: norandum, quod pro lacunis LXX. ζυδόν  
transulerunt, quod genus est positionis ex frugibus aquaque  
confectum, et vulgo in Dalmatiae Pannoniaeque provinciis

gentili barbarorum sermone appellatur Sabaium. Hoc maxi-

me utuntur Aegyptii. Eandem lectionem, שְׁבָרָא, exhibent

biblia Robert. Stephani in 4., Veneta, 1766., Pilano, 1781.

Praeferunt eam lectioni receptae Michaelis, Doederlein,

Henslerus. — Biblia Brixiensia legunt שְׁבָרָא, ruprum,

quod ut variam lectionem sistunt ad marginem Bombergia-

na utraque anni 1518. Sed mihi quidem haec lectio sen-

sum sanum non videtur exhibere. — Quod nos legimus,

שְׁבָרָא, Chaldaeus interpretatus est סְבָרָא, lacunas, quod ip-

simum vocabulum latinum posuit Vulgatus. Retulerunt hi

vocem שְׁבָרָא ad סְכָרָה, occludere, obturare Genet. VIII, 2., et

conf. not. supra ad vs. 4. quasi שְׁבָרָא propr. esset clausura  
aquarum. Sic Kimhius, quod et Clerico placuit. Ad eam-

dem illam radicem Saadias vocabulum nostrum retulit;

nam  , aggeres, quasi clandentes aquas, posuit, et Vitringa, qui שְׁכָר nostrum rete circumcludens interpretatur. Rectius, ex mea quidem sententia LVDOV. DE DIEU שְׁכָר mercedem vertit, qua significacione occurrit Proverb. XI, 19., quod et Hezelio placet. שְׁכָר igitur erunt facientes questum, quod sane optime huic contextui convenit. — Pro טַבְנָה Chaldaeus posuit: בְּבִנְשֵׂי בְּנֵי גָּדָר לְגַפְשֵׂה, et congregabunt aquas unusquisque sibi ipsi, quod quam parum aptum huic loco sit, quisque sentiet. Ex Hebraeis multi אֲגַמִּים verterunt paludes, stagna, qua significacione אֲגַמִּים occurrit Exod. VII, 19. et sub אֲגַמִּים נְפָשָׁת intellexerunt stagna, voluptatis causa facta, qualia refrigerii ergo etiamnum in hortis et viridariis Orientalium inveniuntur. Alii vertunt stagna animae, i. e. animantium viventium, pilcium, cuiusmodi stagna sive piscinas Latini vivaria appellant, Graeci ζωορρόφων. Aben-Esra: האנמים שם נפשות הרים, stagna, in quibus pisces viventes servantur. Idem placuit Vitringae, comma nostrum vertenti: omnes facientes retia viviorum. Alio modo NIC. GVIL. SCHROEDERVS in Commentar. de vestitu mulier. Hebr. Cap. X. §. 6. p. 151. verba nostra interpretatur, hanc integri versus versionem et explicationem reddens: „Erunt stamina eius contrita, et facientibus retia stagna odoris; vel, si mavis, et ad facientes retia quod adtinet, iis erunt stagna odoris, aut foetoris, nam aquae oientes non sunt nisi quae foetent. Ut sensus sit: frustra, et in vanum piscares Aegyptii retia contexent, et parabunt; ea nulli ipsis usui erunt, nam stagna foetida pisces non alet. Sic forte respiceretur ad aquas Aegypti foetentes, et mortuos hinc pisces, Exod. VII, 21. Propheta Aegyptiis plagam, haud absimilem ei, quae ipsos iam olim edflixerat, intentante.“ — Kimchius verba nostra reddit: omnes, qui faciunt clausuras sive lacunas capiendis piscibus (vid. supra), erunt animi anxi. Censet, אֲגַמִּים hic scriptum esse pro עֲגַם, litteris gutturalibus ו et נ inter se permutatis, et voci עֲגַם tribuit significationem

ficationem *anxietatis, sollicitudinis*, ex Job. XXX, 25. Sane haec interpretatio praferenda videtur hucusque memoratis, quia ex ea et מִלְכָרִים אֲגַמְּרִים apte invicem respondent. Verum ne opus quidem habemus permutatione litterarum *נ* et *ו*, nam Arabibus ﺍَنْ وَ ﻭَ et Chaldaeis אַנְ וְ est tristari, animo *anxio* esse. Sed nunc facilis punctorum mutatione legendum erit אַגְמֵרִי. Sic Alexandrini: λυπηθεσται, καὶ τὰς ψυχὰς πονεγότι. Contentiunt Michaelis, Dathius, Waltherus, Doederlein.

II. Consilii inopiam apud Aegyptios nunc vates depingit, et ita quidem, ut oratio eius continuo surgat. Vocabula נָא hic vertenda est enimvero, certe, obtinet enim haec particula in initio sententiae significationem *asseverationis*. אָוְלִים sunt *stolidi*, mente perturbati; Arabibus quidem أَلَّ med. *Vav*, أَوْلَ, propr. est *incrassuit liquor*, idem quod خَذْر. Hoc postremum transfertur ad animum turbatum, confusum, sui minus compotem. Utriusque verbi participium أَيْلَ, pro أَوْلَ, نَسْنَ, et خَذْر propr. *incrassatus*, *crassescens*, commode usurpatum pro *stolido*, cui *iudicium turbatum, corruptum*, ac quasi *incrassatum*. Sic fere Graecis παχύς, *spissus*, *crassus*, ad *stupidum*, *stolidumve* transiit. Vid. Schulteni. ad Job. V, 3. pag. 131. Per شَرِيعَةَ haud dubie intelligendi sunt primariae dignitatis homines, qui apud aulam regiam in urbe *Tani*, et, ut mox vs. 13. *Memphi*, regibus Aegypti erant a consiliis, vel ipsarum harum urbium proceres, praefecti Nomorum, nobilioribus dominibus orti. נָעַז esse veteranum *Tans*, recentiorum *Mansoram*, diximus iam ad Num. XIII, 22. Alexandrini hic et alias reade pro נָעַז habent *Tans*, et Chaldaeus quoque Paraphrastes טָאנְס ponit. — (חַבְמִי יְעַצֵּי פְּרֻעָה עַזָּה בֶּנְуֹרָה) Lowthio in hoc commate verbum deficere videtur, quod in codice suo lectum putat ab interprete latino, qui habet: *sapientes consiliarii*

liarii Pharaonis dederunt consilium inspiens, hinc unctionem  
 constituendam arbitratur ita: חכמי פרעה ועצי עזה נבערה,  
 sapientes Pharaonis consiliarii consilii brutescentis. Verum  
 nec additamento, nec transpositione opus habemus. Verti-  
 enim potest vel sic: quod adtinet ad sapientes consiliarios  
 Pharaonis, consilium eorum obbrutuit; vel sic, ut haec ver-  
 ba coniungantur cum praecedentibus: *stali sunt principes*  
*Tanis, sapientissimi que consiliariorum Pharaonis: con-*  
*silium obbrutuit:* ita Vitrina. Chaldaeus עצי transtulit non  
 substantive, sed participialiter: sapientes, qui consuluerunt  
 Pharaoni consilium erroris, in eandemque sententiam Syrus,  
 atque ex illo nata Hieronymi interpretatio videtur, sapien-  
 tes consiliarii Pharaonis dederunt consilium inspiens. Ce-  
 terum verborum חכמי יעצי פרעון constructio non est inusi-  
 tata, scilicet, ut duo nomina in statu regiminis coniunctim  
 ponantur, et genitivus sequatur, qui utriusque communis est.  
 In tali locutione genitivus ex voce sequenti ad anteceden-  
 tem etiam est subintelligendus, veluti Job. XX, 17. Ne  
 spectet rivos, בחרי בחל' flumina, torrentes mellis et bu-  
 ryi, i. e. flumina mellis et torrentes mellis. Ps. XXXV,  
 16. בחרי לצעני מטווג, inter hypocritas sanniones placenta, e  
 i. e. inter hypocritas cibi, sanniones cibi, parasitos intelli-  
 git, qui gulae causia aliis adulantur. Vid. GLASSII Phil. Sa-  
 cr. Append. Gramm. S. Tract. II. de figur. Grammatt. Obs.  
 XII. p. 639. ed. Dath. et BVXTORFI Thesaur. Gramm. L. II.  
 Cap. III. pag. 363. עזה recte vertitur consilium obbru-  
 rescens, est enim haec significatio genuina verbi, ut  
 patet ex Ierem. LI, 17. et ex usu recepto vocis. בער  
 Dicitur autem consilium brutum, in quo nihil est rationis, nihil  
 sanitatis et prudentiae. (בנ' חכמים אני בנ מלך קדם) Si haec  
 verba ad litteram vertantur, filius sapientum ego sum, fi-  
 lius regum antiquorum; orationi difficultas subest: nam cum  
 hic ὀρεδισμός seu μυκτηρισμός dirigatur ad consiliarios Phara-  
 nis, sua sapientia gloriantes, quibus membrum prius bene  
 convenit; quomodo in eos cadit, quod additur, filius regum  
 anti-

*antiquorum?* Optime difficultatem hanc mihi sustulisse videatur Vitrunga, dum observat, vocem יְנִיחָר genuine significatio hic esse sumendam, qua notat *consiliarium*, unde deinde *regibus* nomen inditum est. Receptissima haec est significatio in dialecto Chaldaica, et usurpatur quoque hoc sensu in libro Danielis in oratione eius ad Nebucadnezarem, IV, 24. בְּלֹקֵי יְשַׁפֵּר עַלְיָה, *consilium meum tibi placeat*: et Nehem. V, 7. בְּלֹקֵד לְבִזְעָלֵי, et *consilium iniit apud me cor meum*. Hinc verba nostra erunt vertenda: *filius consiliariorum priscorum*. — Non contemnendum tamen, quod Grotius habet, qui sub *filiis regum antiquorum* intelligit quidem etiam *consiliarios*, sed ita se expedit, ut hanc afferat rationem cur illi dicere potuerint, *se esse filios regum antiquorum*, quod multi sacerdotes Aegyptii genus suum ad reges retulissent.

12. יְבָאֵר וַיְגִידֶר Pro eo duo codd. Kennicott, *veniant et annuncient*. Placet Lowthio, sicutque nexus verbi יְגִידֶר. Sed vetustae versiones non legunt, ac repetitum videtur Doederlinio ex Cap. XLV, 20. יְדִיעָה) Animadverendum, verbum יְדֻעַ hic usurpari de re, non praeterita, sed de futura, ut idem valeat, quod, *solerter indagare, explorare*. Sic sumitur Ierem. V, 1. Obite vicos *Hicrosoltymorum*, et videte, quaeso, וְדַרְתָּ, et cognoscite, explorate, solerter indagare, et quaerite in plateis eius etc. Alexandrini σπετωσαν verterunt, et cum iis Vulgatus, *indicent*, quasi legissent, יְדִיעָה, quod Seckerus et Lowthus probant. Placet quoque id Koppio, hoc tamen discrimine, quod is יְדִיעָה sine novae litterae additamento pro futuro Hiphil defective scripto habet, quod igitur punctis instruendum sit his, שְׂמִיעָה sive שְׂמִיעָה, coll. Job. XXXVIII, 12. Ad hanc sententiam Michaelis quoque propensus est, in *Adpend.* ad Tom. XIV. Bibl. Orient. p. 31., quamquam ipse agnoscit, non opus esse hac mutatione punctorum. Sive enim vertas: *ut indicent et cognoscant* (vid. quae antea monuimus); *sive, age, indicent, explorent*, utrumque sensum bonum exhibet.

13. שָׁרוֹן נֶגֶב) veteres interpretes magno consensu Memphis reddunt: nec est, cur horum testimonium temere spernamus. Varias de notione huius nominis opiniones hic referre non adtinet, vid. SIMONIS Onomastis. V. T. p. 598. FORSTERI Epistoll. ad Michaelem p. 34., MICHAELIS in Supplem. ad Lexx. Hebr. P. V. pag. 1536. Erat autem Memphis urbs celeberrima, et post Thebas maxima totius Aegypti; superioris Aegypti metropolis, commodissime sita ad ripam Nili occidentalem, supra την Delta, ubi Nilus se dividit in alveos, qui Aegyptum inferiorem circumscribunt. Ceterum Memphis non est confundenda cum urbe Aegypti hoc tempore celebratissima Cahira, ut multifecerunt; Memphis enim ad ipsum Nilum aedificata erat, Cahira vero ad canalem ex Nilo ductum sita est. (הַחֲשִׂיר שְׁבֵתִיה ו ante הַחֲשִׂיר omittunt multi libri et scripti et impressi. Norzius, qui commentarium criticum in omnes V. T. libros composuit, una cum textu sacro editum Mantuae, 1742., lectionem וְהַחֲשִׂיר purum editionum recentiorum mendum existimat, nec negari potest, plerosque codices, et hispanos accuratores nexus omittere. Extant tamen codd. mss. et antiqui, et hispani, qui illum exhibent, quibus Alexandrini, Aquila, Symmachus, Theodotion et Syrus accensendi sunt. Quod autem commatis huius sensum adtinet, de illo non consentiunt interpretes. Alexandrinus: καὶ πλευράς τινας Αιγυπτίων κατα φύλας, neglexit vocem σέπτη, quam non intellexit, et relativum in voce שְׁבֵתִיה. Hieronymus multo rectius: errare fecerunt Aegyptum, angulum tribuum eius, ubi per angulum tribuum Aegypti intelligit ipsum regnum Aegypti, quatenus plures populos continet et inter se devincit. Doeberlinio quoque שְׁבֵתִיה δicitur periphrastica videtur, quae nihil aliud significet, quam שְׁבֵתִיה, i. e. nomos Aegypti: Arabibus enim פְּנִים significare, gentes per classes distribuere, inde פְּנִים esse classem Judic. XX, 2., veritatem igitur: et universos nomos in errorem deducunt, scil. magnates Mem.

psi: Arabibus enim פְּנִים significare, gentes per classes distribuere, inde פְּנִים esse classem Judic. XX, 2., veritatem igitur: et universos nomos in errorem deducunt, scil. magnates Mem.

Memphitiei. Vellem vero, Vir Venerandus significationem illam verbi Arabici exemplis probasset. Sensum recte mihi expressisse videtur Chaldaeus, *deceperunt Aegyptios בְּנֵי פָּלָךְ*, *principes provinciarum eius*. Scilicet *angulus* cum respectu ad populum Hebraeis dicitur *vir primarius*, eximus, sive ad duces exercitus, sive ad rectores populi referatur. Sic apud Zachariam X, 4. *ex ipso* (scil. populo Iudaico) exhibet, *angulus*, *ex ipso clavus*, h. e. duces exercitus et rectores populi. Conf. Ps. CXVIII, 22. Ies. XXVIII, 16. Sunt itaque *tribus Aegypti* hic ipsi *nomi*, sive *praefecturae*, in quas descripta erat tota Aegyptus, et *anguli tribuum Aegypti* sapientissimi et primarii in quoque nomine viri, quorum consiliis videbatur stare salus populi. Grotius pro *nisi* legendum putat in Plurali פְּנַס, adducitque locum Iudd. XX, 2., ubi פְּנַח כָּל הָעָם, *totius populi anguli* dicuntur proceres populi. In Plurali Lowthus quoque et Henslerus legendum censent. Sine necessitate: nihil enim frequentius in scriptoribus Hebraicis, quam de pluribus collective loqui in numero singulari, cui recte aptatur verbum numeri pluralis, perinde ac pluribus frequenter dant verbum numeri singularis, distributive interpretandum, ita ut sensus sit, *quisque angulorum tribuum Aegypti eam fecerunt errare*. Exempla similia extant 2 Sam. XIX, 42. וְהִנֵּה בְּלֹא אִישׁ יִשְׂרָאֵל הַמֶּלֶךְ, et Num. XXXI, 35. וְנַפְשׁ אֲשֶׁר לֹא יָדַעַת מִשְׁבֵּב זָכָר.

ארץ מארים קרכיה in ח. 14. (יזוה – עווים) Suffixum *ח* in קרכיה est referendum, unde *inutilis* est Lowthi coniectura, legendum esse בקרכם: testem quidem adducit Chaldaicum, sed is recte de *incolis* cogitavit, et liberius tantummodo vertit. Vox עווה a verbo עווה, quod conferendum est cum Arab.

عوى, erravit, seductus fuit, viam obliquam inivit (conf. van der Sloot et Pocock. ad Carm. Tograi vi. 16.), notat perversitatem summam, nam geminatio significationem auget, vid. not. supra ad Cap. II, 20. Sed cum in hoc com-

mate ceterae dictiones de *potu inebriante et ebrietate* sunt defumtae, apte Vulgatus mihi videtur vertisse *spiritus vertiginis*. Recte Grotius: „*dominus miscuit in iis spiritum vertiginis*, neimpe ut undecim illi reges nihil in commune consuerent, sed dum pugnant singuli, vincerentur universi.“ בחרחוות שכור בקראי Persistit in similitudine incepta. Potus ille spiritu vertiginis mixtus titubare facit consiliarios Pharaonis et sapientes Aegyptii, quemadmodum in ebrio vertigo capitis omnem sensum turbat, et hominem plane ineptum facit administrandis corporis sui motibus.

15. Sensus est, tantam fore confusionem in republica et perturbationem iudicii, et consilii inopiam, ut in tota república nemo futurus sit vir, politici aut sacerdotalis ordinis, aptus ad honestum et salutare consilium expediendum. Per caput intelliguntur politici, per caudam ordinis sacerdotalis homines, et iidem hi haud dubie per ramos et iuncos, uti iam monuimus ad Cap. IX, 4. ubi eadem locutio proverbialis occurrit.

16. (וְיֹהֵה מָצִיר בְּכָנָשִׁים) Hac dictione poetæ Hebraeū saepius exprimunt summam ignaviam summumque pavorem; veluti Ierem. LI, 30. Nahum. III, 13. Pro (וְיֹהֵה) referente Lowiho codex Bodleianus legit, quod Alexandrino quoque et Chaldaeo lectum fuisse putat. Sed vid. supra ad vs. 14. (וְחַרְדָּת עֲלֵיכָם) Agitare manum adversus aliquem vel est minitantis, vel auctu quem elata manu aggredientis, eumque percutientis, et hoc posteriore sensu passim in V. T. accipi, iam monitum est ad Cap. X, 32. XI, 15.

17. (וְיֹהֵה לְחַנָּא) Difficultatem in hoc commate explicando interpretibus creavit vox חַנָּא. Et ante omnia quidem notandum, duplicem lectionem in hac voce esse, unam חַנָּא, per He, alteram נַחֲנָא. Sed in textu Masorethico facta est hic, ut saepe, duorum lectionum confusio; punctis lectionis נַחֲנָא, litteris נַחֲנָא substratis: nam נַחֲנָא flagrante analogia

logia נִגְעָן legendum erat. Nos utramque lectionem nunc paullo accuratius considerabimus. 1) חַקָּה haud dubie est derivandum a חַקָּה, cuius vis propria est in *gyrando*, vt docet Arabum حَكْ, quodque transfertur tam ad significandam laetitiam effusam, tripudiando exultandoque se prodentem, quam ad notionem *pavoris*: in utramque significacionem usurpatur etiam בְּחֵר, et Arabicum عَزْ, vid. SCHULTENSI *Animadversif. Philologg.* ad h. l., et ROCOKIVM ad Hol. III, 5. Iam nostrum חַקָּה in significatione *pavoris*, *terroris*, hic esse sumendum, patet ex verbis in contextu proxime sequentibus: כָּל אֲשֶׁר יוֹכִיר אַחֲרָיו יִפְחֹד, omnis, qui illius recordatus fuerit, pavebit. Ita et veteres omnes vocem nostram acceperunt. In eadem notione verbum חַנְגָּה (cuius significatio usitator est, festum agere, tripudiando, exultandoque signa gaudii emittere), usurpatur Ps. CVII, 27, ubi de illis, qui mariis irati procellarumque vi iactantur, dicitur יְחִוָּנוּ וַיְכַונְּדוּ כִּשְׁבָּרוֹ, trepidant titubantque instar somnolenti. Hinc verborum nostrorum sensus erit, terram Iudeae terrori fore Aegyptiis, ut quisquis eius meminerit apud Aegyptios, magnum vis incusurus sit terrorem, quod Vitrina recte, meo quidem iudicio, sic explicat, Aegyptios, pressos gravissimis calamitatibus, demum aliquando intellecturos esse, a Deo Israelis sibi haec mala esse immissa, eiusque maiestatem summan et potentiam esse agnituros, ita ut, ad mentionem terrae Iudeae, in qua illius Dei sedes est, apud se factam, parverent et trepidarent. — Iam quod 2) adtinet alteram lectionem, נִגְעָן, eam prius recte interpretatus est SCHULTENSI l. c., *asylum*, *refugium*, coll. Arab. حَكْ, *confugit*. Sed praferendum haud dubie est prius, חַגָּן, ob ea quae sequuntur.

18. בֵּין הַיּוֹם הַרוֹא non tantum verii potest, illo die, verum etiam saepe post illud tempus. Littera ח vocibus, tempus aliquod significantibus praemissa, tempus praecisum de-

notat, sed ב, haud raro per post est interpretandum: exempla praeber NOLDIVS in Concordant. Particular. sub ב §. 20. Conf. SANCTIVM in Commentarr. in Librr. Regg. pag. 1189. et SCHMIDIVM ad Ies. IV, 2. quo loco הוהא item post illud tempus est vertendum. Et hic quoque accipiendum de tempore, quod afflictionem in superioribus descriptam, sequetur, post restitutam rempublicam. ויהוּר—בנָעֵן) Quinque urbes positas esse pro pluribus urbibus, numero definito pro indefinito, quod solenne poetis, recte monent hic interpres. שפה בכנען, lingua Cananaea, est Hebraea, quae appellatur Cananaea, sive quod eadem esset quae Phoenicia sive Cananitarum, veterum huius terrae incolarum, qui illo tempore adhuc supererant in Tyriis et Sidoniis; sive simpliciter, quod Abrahamidarum esset, terram Canaanis (ארץ כנען) incolentium, et tunc locutioni subest ellipsis, et שפה בכנען idem valet, quod כנען שפה ארץ, quae ellipsis non est inusitata Hebrais, veluti Exod. XV, 15. נמוגר כל יושבי בכנען omnes incolae Canaanis, i. e. ארץ כנען. Ceterum vates phrasin, Aegyptios locuturos lingua Cananaea, haud dubie translate usurpavit, ut significaret, fore, ut Iehova, Israelitarum Deus, in Aegypto colatur, loquela igitur, ut cum Vitringa loquar, hic est realis, non verbalis, perinde ac vox in pluribus aliis locis sumitur, vid. VITRINGAE Observatt. SS. Lib. I. Cap. IX. §. VII. VIII. Sic שפה אמרת, labium veritatis, sermo verus; שפה חילקוות, labium blanditatis, oratio blanda et fallax. עקאר שפה עקי, perversus labiis suis, qui falsa et non consentientia loquitur. Similis autem nostro loco est Zeph. III, 9. quippe tunc vertam ad populos labium purum, i. e. doctrinam verae religionis. Id velle vatem nostrum, clarissime patet, et ex totius orationis scopo, et ex iis quae sequuntur. נשבעה להוה צבאות) Se iureiurando ipsi obligabunt ad obsequium, venerationem, omnemque religionis Israeliticae cultum. (עיר הרים יאמר לאחלה Ante omnia observandum, pro הרם legi in undecim codicibus Kennicottianis, et quinque Rossianis, porro in Bi-

bliis Brixiensibus, Bibliis Munsteri utrisque Hebreo latinis, 1534. 1546. sed cum alia lectio ad marginem. הַר נוֹתָן etiam ad maginem Biblia Veneta 1518. et in Adpend. Basileensia, 1536. Nonnullos codd. mss. Sec. XI. et XII. ita legisse, docet nos Aben-Esra, nec aliter legebant codices Talmudistarum ex tractatu *Menachoth* Fol. 10. ubi hoc vocabulum legitur cum *Hesh.* Vid. KENNICOTTI *Dissertation. General.* § XXI. pag. 110. et §. CXXVI. pag. 271. ed. Bruns. Ex priscis interpretibus חֶרְסָה legerunt Alexandrini iuxta editionem Complutensem, nam ibi invenitur Ἀχέρες, et qui Alexandrinos constanter sequitur, Arabs in Polyglot-tis, سَوْنَةُ كَانَةٍ exhibens, quod hodie nomen est eius urbis, quam veteres Ἡλιοπόλις appellant, vid. Michaelis not. ad Abulfedae Aegypt. p. 125., porro Symmachus, qui habet πόλις ἡλίας, nempe ita interpretatus est חֶרְסָה, quod solem notat Job. IX, 7. Iud. VIII, 13. XIV, 18. *Vulgatus*, ci-vitas solis, Saadias قُرْبَةُ حَرْسٍ urbs custodiae. Testes hos sicutus est *Vitrina*, vertens civitas solis, sive olim lectum putat ab Onia, et Iudeis, qui hoc loco usi sunt ad permoveendum Ptolemaeum, ut ipsis concederet, in trætu Heliopolitano templum extruere, vid. JOSEPHI *Antiqq. Iudd.* Lib. XIII. c. 3. §. 12. Quod nos vero in plerisque codd. et libris impressis legimus, סָרֵס, inter veteres exhibent Syrus, Ἄγριος, Aquila, Θάξης, et Theodotion, πόλις Αἴγες: Praefert hanc lectioνem IKENIVS, qui in *Dissertat. de עיר דָרְשָׁן et Altari Iehovae in media Aegypto ad Ies.* XIX, 18. (in eius *Dissertat. Philologico-Theologicis.* P. I. Lugd. Batavor. 1749. *Dissertat. XVI.* p. 258.) contendit, סָרֵס conferendum esse cum Arabico عَلْيَنْ, quod *leonem* significat, עיר דָרְשָׁן itaque esse *Leontopolis*, nec aliter Oniam, extorrem patriae sacerdotem, intellectissime, qui Iesiae vaticinium, ut ipse quidem putabat, impleturus, significabat regi, se cum Iudeis venisse

venisse αἰς λεωτῶν πόλιν της Ἡλιοπόλιτης, Leontopolin, urbe in nomi Heliopolitan, petiitque libertatem templum Deo suo aedificandi; quam licentiam impetravit quoque, referente Iosepho, l. c. Haec Ikenii sententia placuit plerisque post eum interpretibus, veluti CHRISTIANO MÜLLER in *Satura Observari*. Cap. VI. pag. 65. seqq. Michaeli, Doederlinio et Da-thio. Ego vero (ut ingenue fatear, quod sentiam) satis mirari non possum, hanc sententiam viris doctissimis probatam



esse. Primo enim quod Ikenius contendit, **שָׁמֶן** absolute leonem notare, vellem ab ipso exemplis probatum esset.

Nam **שָׁמֶן** adiectivum est ab **שָׁמֶן**, contudit, sive media Kesre, **שָׁמֶן**, vehementer edit, vorax fuit, unde in genere quidem notat vel contudentem, vel voracem, et de omni animali vorace et rapaci usurpari potest; verum an voce **שָׁמֶן** simpliciter posita, leo denotetur, ego dubito.

In Lexicis Galii et Castelli invenitur: „vehemens et vorax leo;“ ubi id ipsum, quod vocabulum leo exaratum est litteris obliquis (*cursiv*, nostrates dicunt), indicat vocabulum illud ut leonis tantummodo epitheton usurpari, ut quisque sciet, qui lexicis illis usus est. Si vero etiam concedamus,

quod nondum probatum est, **שָׁמֶן** Arabibus leonem notare, certum tamen est, nec in Chaldaica nec in Syriaca dialecto, quippe cum Hebraea arctius connexis, **לְוֹנֵם** leonem significare: num autem credibile est, vatem, si leonem exprimere voluisset, usum esse voce in lingua vernacula plane inusitata, cum haec ipsa plura leonis nomina, ut **אריך**, seu **אריה**, **כַּפִּיר**, **לְבִיא**, **לְחֹשֶׁךְ**, ipsi offerret? Deinde in eo quidem vehementer errat Ikenius, quod Iolephum narrare dicit, Oniam ideo Leontopoli templum extruxisse, quod id ipsum

ipsum in Iesaiā prae dictū invenisset. Nil tale in Josepho. Dicit tantummodo, Oniam Leontopoli templū exstruendi veniam petiisse a Ptolemaeo, Θαρρων μονίσσα τῷ προφῆτῃ Ιε- σαῖᾳ, ἐς προμπεύ, ὡς δὲ πάντων ἐν Αιγυπτῷ οἰκοδομηθῆναι ναούς τῷ μεγίστῳ θεῷ ὅπ' αἰδήσος Ιαδαις, et mox Oniam ad Ptolemaeum haec scripsisse refert: petere se, ut Leontopoli templū exstruere Ptolemaeus ipsi concederet, καὶ γαρ Ησαῖας ὁ προφῆτης, pergit, τέτο πρεσβύτερος ἐσαῖ Θυσιαστηρίου ἐν Αιγυπτῷ κυρίῳ τῷ Θεῷ καὶ πολλὰ δε προφῆτευσε αἷδε τοικατα διος τοι τοπον. Iam si Onias in Iesaiā de leonis urbe quidquam invenisset, quis credat, hoc, quod maximi erat momenti, ab eo esse omissum? Quod autem Leontopoli Onias templū exstruebat, id fecit, quod huius loci situs p̄ae aliis maxime opportunus ipsi videbatur (εὐρῶν τον τόπον ἐν τῷ προσ- αγορευομένῳ τῆς αὐγας Βεβασειας ὄχυρωματι. βενοντας ποικιλῆς ὕλης, καὶ των ἵερων ζων μεσου, δεομαι συγχωνευσαι μοι το χρεοπο- τον ανακαθαρεστι ἱερον καὶ συμπεπτώνος οἰκοδομησαι ναον) non permotus Iesaiæ prae sagio. — Alexandrini in libris impressis nunc exhibent: πόλις Ασέδεκ κληπτοτατης ή μια πόλις (quod prorsus diversum est ab eo, quod in editione Complutensi legitur, vid. supra). Incertum, quid hic cogitaverint inter- pretes. Ikenius egregium pro sua de Leontopoli senten- tium monumentum in hac versione deprehendisse sibi vilus est.

putat enim, Ασέδεκ exprimere Arabicum  (sic enim scribendum, non ut Ikenius semper, et ipso deceptus Mulle-  
rus p. 67. , quod leonem notat. Quod quam e-  
longinquo petitum sit, et nullo modo verisimile, qui que,  
nulla opinione praecognita impeditus, spero, intelliget.  
Vox Ασέδεκ sine omni dubitatione respondet Hebraeae ρτς,  
iustitia, etiam observavit Eusebius: ὁ δὲ σημαντικός δικαιοσύνης.  
Nec tamen probabile videtur, interpretem Graecum, pro  
ῥῆσις σύρην, leguisse ράζην, cum elementorum magna ni-  
mis in utraque voce quod ad figuram sit diversitas. Vitrin-

ga putat, interpretem Graecum, cum non assequeretur, quid illud **הַרְסָה עִיר** sibi veller, vertisse per πόλιν Ασεδέκ, ad imitationem Cap. I, 26. ubi de Hierosolymis: *vocaberis עִיר הַצָּדָק urbs (Asedek ut Graeci legerent) iustitiae*, et eadem est Cappelli opinio. Mihi tamen probabilius videtur PRIDEAVX sententia in Connex. V. T. P. II. p. 329. interpres illos, quippe Alexandrinos, verba hebraea ideo ita redidisse, ac si scriptum esset **עִיר צָדָק** אמר לאהח עיר צדק, ut tanto magis honorifica templi Oniae mentio hic loci fieret: quod Michaeli quoque videtur. Paullo longius procedit WALTHERVS, cui totum hoc comma glossema a Iudeis Aegyptiis textui intrusum videtur, quod succedente tempore in fontem Hebraeum quoque irrepserit. Sed mihi quidem parum probabile est, Iudeos Palaestinenses tale quid admisisse. Omnino autem hoc comma viris doctis non creasset tantas molestias, si cogitassem, non scriptorem aliquem *historicum*, sed *poetam* ab ipsis esse interpretandum. Iam cum per quinque urbes Aegypti, lingua Cananæa locutas, non certae quaedam urbes sint intelligendae, ut vidimus, facile est intellectu, **עיר הרס** merum esse nomen poeticum, ad sententiae et imaginis ornatum a vate eleganter inventum. Quod viderunt iam illi interpres, qui verterunt *urbem desiruções*, cuius appellationis tamen rationes variis. MVNSTERVS et VATAELVS: „*civitas desolationis*, ut scilicet ex multis civitatibus paucæ fuerint, quæ domino exercituū non crediderint, post summam cladem Aegypti illatani.“ IVNIUS et TREMELLIVS: „*civitas destructionis* hic dicitur urbs a destructione liberata.“ HENSLERVVS: „*Stadt der Zerstörung heißt die eine*,“ quod in bello civili, de quo sub carminis initio, destruxta, auxilio praestito Aegyptiis a Iehova, iterum reparata esset. Sed haec omnia ex longinquo petita sunt. Mihi quidem ex duplice lectione duplhei modo verti posse videtur hic locus. Et id quidem, quod nunc legimus in plerisque libris et impressis et manu scriptis, **עיר ההרס**, collato Syriaco **መ־סֵתֶר**, *redemptio, liberatio, salus,*

*lus, vertendum videtur urbs liberationis*, i. e. liberata a calamitatibus, quibus bello civili erat oppressa: qua in versione mihi iam praeivit HEZELIUS. Alterum vero, עיר ההרים coll. Arab. *ال Custos*, *custodivit, servavit, reddendum videtur, urbs custodiae, servationis*: sieque Saadias, cuius interpretatione iam supra memorata est. Vtrum a Iesaiā sit scriptum, num חַרְס, an חַרְס, hodie nemo facile dixerit: nec magni interest, cum ex nostra interpretatione sensus exeat idem, sive unum legas, sive alterum. Chaldaeus utramque lectionem expressit: דָעוֹת דֵא לְמַחְרֵב וּהַאֲמִרָה הַוָּא חַרְס מִנְחָה קְרַחָא, *civitas domus solis, quae destruenda est, dicietur una ex iis.*

19. Satis patebit ex antea dictis, quae iam sequuntur, non proprie esse intelligenda, sed ornamenta poetica esse, ut iam bene Waltherus observavit. יהוה מזבח־מצרים Post יהוה addunt אֱלֹהִים sex codd. Kennicott. et duo Rossiani, nec non Syrus, qui vertit כְּבָשָׂעַד, *domino potenti*, ut vertere solet יהוה אֱלֹהִים. — Quaerunt interpres, utrum vates sub *altari* intelligi velit altare otiosum, quales arae absque ullo earum usu Diis frequenter consecabantur apud Gentiles; an vero *altare*, consecratum religioni, quod inserviret sacrīs, in eo offerendis, quodque proin supponitur coniungendum fore cum *templo*, sacerdotibus, sacrorum ministris, et universo cultus divini apparatus. Prius elegit Grorius, qui altare hic vult esse *memoriale*, ad *memoriam* videlicet, non ad *sacrificia* erendum, collato loco Ies. XXII, 22. 23. Non dubitarem hanc sententiam amplecti, nisi propheta se ipse mox interpretaretur vs. 21., ubi dicit, fore ut Iehova ab Aegyptiis *sacrificiis* et *muneribus* coleretur. מצבה אצל נבולה ליהוה Hebrews est qualiscunque *cippus, titulus aut monumentum*, si ve sit lapis maior rudis, sive columna ex ligno aut lapide formata, ad rei alicuius *memoriam* conservandam erectum,

aut

aut Deo alicui consecratum, vid. Genes. XXVIII, 17. Cap. XXXIII, 20. Erat enim moris vetustissimi, ut si cui in hoc illo loco obtigisset singulare aliquod beneficium divinae providentiae, cippum sive titulum, vel aram in eiusmodi loco poneret, et numini consecraret, subinde etiam, addita inscriptione, quae vel simpliciter Dei illius, cui consecratum erat monumentum, nomen exhibebat, vel beneficii memoriam latius explicabat. Græcis haec monumenta sive tituli σηληνας dicebantur, qua voce Alexandrini quoque h. l. utuntur, ut Hieronymus *tituli* vocabulo. Hoc igitur monumentum, in Aegypto erigendum, testabitur, Aegyptios accessitos esse Iehoyae populo, veraeque religionis fidem ac cultum suscepisse, tanquam qui levare puniti a Iehova, manum vindicem eius tandem agnoverint, et se ipsi tanquam vitori et supremo omnium potestatum domino subiecrint.

20. (וְהִי לְאֹורֶחֶת וְהִי) Pro codex Rossianus 789. (ante annum 1283. scriptus, multas eximiss varietas habens) Syrusque legunt וְהִי, in feminino, relato verbo ad מצבָה, seu statuae nomen, quod proxime praecedit, non ad מזבח.—(רוּשֵׁלָח לְהַם מֹשֶׁרֶת וּרְבָה וְהַזְּלָטָם) Interpretes tantum non omnes, Cocceio excepto, רב vertunt *magnum*, et Ptolemaeum *magnum*, Lagi filium intelligunt alii, alii *Alexandrum magnum*. Sed primus vidit Cocceius, significationem magni huic contextui non convenire, recteque obliteravit, vocem בְּ, cum kamez, non esse confundendam cum בָּ, per patrach, sed exponendam esse ex verbo בָּרְךָ, contendere, ligare, caussum alicuius agere in iudicio, adducitque locum parallelum Deut. XXXIII, 7. ubi Moles in benedictione Iudea, oratione ad Deum versa, יְדוֹרֶךָ רְבָה מְצֻרוֹ חֲרוֹה, manus ipsius, patronus ipsi, et auxilium ab hostibus eius fias. Conf. ROBERTSONII Clavem in Pentateuch. p. 561. Et veteres simile qui videntur in mente habuisse. Alexandrini: καὶ ἀποσελεῖ αὐτοῖς αἰθέρων ὁ ταῖσι αὐτοῖς, κρίνει ταῖσι αὐτοῖς: Chaldaeus: נְמִין כְּרָנָן, et Syrus نَمِينَ لَهَبَنَ, liberatorem et iudicem, Hieronymus: propugnatorem.

21. Haec verba gemino modo accipi possunt, vel, ut עברו, *servient*, *colet*, hic idem valeat, quod יְשׁוּ, *facient*, quomodo Latini usurpare solent *facere*, pro offerre: terte Chaldaicis עֲבָדָר est *facere*, et עֲבָדָה, *opus*, et vates noster infra Cap. XXXII, 17. eodem commate alternat עֲבָדָה הַצְדָּקָה et מעשה הַצְדָּקָה et עֲבָדָה הַצְדָּקָה; vel, ut phrasis statuatur elliptica, et מנה זבח ומנה זבח idem sit, quod יְהוָה נִזְבֵּחַ וּמִנְחָה *colet Iehovam sacrificio et munere*. Sic Chaldaeus, cui et ego cum Vitrunga accedo, nam phrasis עֲבָדָר זבח alias non occurrit, et ellipsis particulae ב frequentissima in libris Hebraicis.

22. Per sanationem Aegyptiorum hic absque dubitacione intelligenda est reipublicae, sive regni Aegyptii instauratio in splendorem et decus pristinum, conjuncta cum liberatione ab oppressione et vindicatione e servitute. Conf. supra Cap. I, 6. et Ierem. XXX, 17. *quia faciam, ut integras* (statura et valetudinis) *tibi surgat וּמִתְפֹּלֵחַ אֶרְכָּת* et plegas tuas curabo, restituam te in statum pristinum felicem. *nidore suffuso exorari, propitiari*, vid. 2 Sam. XXIV, 25. et aedificavit David altare domino atque obtulit holocausta et complectoria pacis, *וְעַמְּךָ וְעַמְּךָ יְהוָה et nidore isto propitiatus est Dominus*. Hinc de beneficentia, multis, adsiduis et longi temporis precibus impetrata dicitur 2 Sam. XXI, 14. Originem variasque huius verbi notiones multis exposuit SCHVLTENS ad Proverb. XXVII, 6. p. 388. seqq.

23. Aegyptii cum Assyriis, a quibus olim maxime divisii erant animis, Iehovam colet, uterque populus erit in communione Israelitarum. Id vates poetice ita enunciat, fore viam planam, tutam, latam, id enim indicat מסילה ex Aegypto in Assyriam, ulroque citroque ab Aegyptiis et Assyriis calcandam: similem imaginem habuimus supra Cap. XI, 15. et conf. infra XXXV, 8. *וְעַבְדוּ מִצְרַיִם אֶחָד אֶשׁוּר* Haec verba gemino modo accipiuntur ab interpretibus.

Alii sic: et colent Aegyptii Assyrios, sive, servient Assyriis,  
et ita veteres: alii, supposita ellipi: et colent scil. Iehovam  
cum Assyriis, quod posterius haud dubie est praferendum,  
ob totius orationis scopum et consilium.

24. בְּרֵכָה בְּקָרֶב הָאָרֶץ (Pax et se-  
licitas incorrupta.

25. Talia nomina tribuit Aegyptiis et Assyriis, quae  
antea populo solum Israelitico conveniebant, ut ita etiam  
significaret, populos illos, iam Iehovam colentes, eodem  
iure frui, quo Israelitae. — Pro נָאצָר Prophetæ Sonci-  
nenses contra ms̄. codd. et antiquor. omnium interpretum  
fidem legunt בְּרוּם הַהְוָא.

CAP. XIX. 1. *Vaticiniam in Aegyptum.* Ecce Ie-  
hova levi nube vectus Aegyptum venit. Adventante eo Dii  
Aegyptii terrii fugiunt, Aegyptii animum despontent.

2. *Committam, inquit, Aegyptios cum Aegyptiis:* pu-  
gnabit quisque contra fratrem suum, et quisque contra proxi-  
mum suum: civitas contra civitatem: regnum contra regnum.

3. *Evanescet Aegyptiorum animus, consilium ipsorum*  
*perdam: consulent idola et mussitatores, engastrimythos et ha-*  
*riolos.*

4. *Concludam Aegyptios in manum domini duri, et rex*  
*rigidus dominabitur iis.* Sic factus est Dominus ille Iehova  
Exercituum summus Imperator.

5. *Tum putrefacet fluminis aqua, immo flumen ipsum ex-*  
*siccabitur.*

6. *Subsident rivi, decrecent et exarescent aquae canales;*  
*arundo et papyrus pediculis obseretur.*

7. *Gramineta iuxta flumen, in ora fluminis, et omnis fe-*  
*mentis fluvij exaresceret, vento auferetur, exspirabit. —*

8. Piscatores moerebunt, lugebunt, qui hamum coniunt in rivum, qui retia pandunt, deficient.

9. Erubescunt omnes operarii in lino subtili, et textores retium.

10. Omnes textores eius animo erunt perturbato, omnes questum facientes tristes.

11. Quin ipsi proceres Taneos stupent, consilium sapientum Pharaonis amicorum infatuarum est. Ausintne iam coram rege suo iactare, sapientibus se prognatos, regiaque satos esse stirpe?

12. Vbinam illi? ubinam sunt sapientes tui? Indicent, age, tibi, et cognoscant, quodnam consilium ceperit Iehova exercituum Deus de Aegypro.

13. At flulte agunt principes Taneos: deceptri sunt proceres Memphis; in errorem deducunt Aegyptum primarii nomorum eius.

14. Iehova miseruit in iis spiritum vertiginis: errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, quemadmodum errat ebrius in vomitu suo.

15. Et non erit in Aegypro opus, quod faciat caput et cauda, ramus et iuncus.

16. Tum vero erunt Aegyptii ut mulieres, irrepidabunt et parebunt proper agitationem manus Iehovae, exercituum Domini, quam agitaverat aduersus ipsos.

17. Sed terra Indae Aegyptiis terrori erit, ad quam, quisquis illius mentionem fecerit, pavebit, ob consilium Iehovae, Exercituum Domini, quod aduersus illos ceperit.

18. Circa illud tempus erunt quinque civitates in Aegypro, lingua Cananaea loquentes, et iurantes Iehovae, exercituum domino: una earum appellabitur urbs liberationis.

19. Illo die Iehovae ara erit in Aegypro, cippus in finibus eius Iehovae erit dicatus.

20. Erit in signum et testimonium Iehovae, exercituum domino, in Aegypto; quia clamarunt ad Iehovam causa oppressorum, illeque iis misit liberatorem et vindicem, qui illos eriperet.

21. Sic innotescet Iehova Aegyptiis, venientque Aegyptii tunc in notitiam Iehovae: colent eum sacrificiis salutaribus et fertis, et vorrebunt Iehovae votum et persolvent.

22. Ita Iehova Aegyptios percutiet, ut iterum iis medetur: convertent se ad Iehovam, et exorabilem se praebet ipsi, et sanabit illos.

23. Tunc erit via strata ex Aegypto in Assyriam, venientque Assyrii in Aegyptum, et Aegyptii in Assyriam, co lentque Aegyptii Iehovam cum Assyriis.

24. Illo tempore Iraelitae tertii iuncti erunt Aegyptiis et Assyriis, in illa totius terrae felicitate.

25. Quam Iehova salutabit: felix sit, inquiens, populus meus Aegyptius, et opus manuum mearum, Assyrii, et peculium meum, Iraelitae.

---

# CARMEN DECIMVM SEPTIMVM.

(CAP. XX.)

*A r g u m e n t u m.*

*Cum imperium Assyriorum eo tempore, quo maxime florebat, limites suos quotannis fere protenderet, et occupata iam Syria et Ephramitide (ut videtur), Iudeae, Phoeniciae, Palæstinae magnum incuteret metum, ut deinceps, his terris subactis, securius rentaret Aegyptum; populi hi, et in his Iudaci et Ephraimitae, quorum erat, Deo patrum suorum certa fiducia niti, maxime respiciebant Aegyptios et Aethiopes, quorum tunc temporis iunctae erant vires, ut unicum salutis suaे sive conservandæ, sive vindicandæ, remedium, Deum Iehovam plane negligentes. Quod cum aegre ferret Iesaias, hoc vaticinio praenuntiat, fore, ut Aegyptii et Aethiopes, in quorum auxilio Israelitæ tantam ponerent fiduciam, mox ipsi ab hoste subigerentur, et ita foederatorum suorum exspectatio modo sibi et ipsis pudendo frustraretur.*

*Quamquam tempus editi huius vaticinii vs. I. indicatum est, tamen prorsus incertum illud est, cum non constet, quisnam sit ille rex Assyriae, qui h. l. peculiari nomine Sargon vocatur, cuius praeter hunc locum nulla fit mentio. Volunt aliqui, Senacheribum esse, cui iuxta Iudeorum traditionem septem erant nomina; eo maxime nisi argumento, quod Tarthan, qui hic regis Assyrii iussu Azotum ob sedisse narratur, 2 Regg. XVIII. Senacheribi exercitus dux vocatur. Alii, ut Viringa, Salmanassarem, patrem Senacheribi; KALINSKY (in libro, cui titulus: Vaticinia Chabacuci, Nahumi, Isaiæ, Michæae et Ezechielis, observationibus historico-philologicis*

lologicis ex historia Diodori Siculi circa res Sardanapali illustrata, L. I. c. VI. VII. p. 75—106.) cui et Michaelis adstipulatur, Assardinum (אַסְרָה דָרְוָן) Senacheribi successorem (Ies. XXXVII, 38.) intelligit, qui et Thebas Aegypti everterit, et magnis potitus sit victoriis in Aegypto. Verum si etiam id concedamus, quod adhuc probatione indiget, regibus illis Assyriis varia fuisse nomina, parum probabile tamen mihi est, sive Senacheribum, sive Salmanassarem, sive Assardinum, cum alias semper nominibus felitis occurrent, hoc nostro loco nomine insolito appellatum esse. Hinc mihi verisimile, Sargonem fuisse nomen regis Assyrii, qui Salmanassarem inter et Senacheribum regnaverit, quique paternis vestigiis insistens, ut imperium suum ampliaret, Philisthaeos aggressus sit. Tarthanes vero, qui 2 Regg. XVIII. a Senacheribo missus dicitur, iam sub initiis antecessore exercitui praefectus esse potuit. — Hac assumta hypothesi vaticinium nostrum editum est sub initiis Hiskiae. — Certi tamen quidquam in hac historiae Assyriacae obscuritate definire non ausim.

1. יְהוּדָה, Graece Αἴγατος, turbs celebris, tribui Iudeæ assignata, fuit, Iamniam inter et Ascalonem sita. Prolixè de hac urbe egit RELANDVS in Palaestina, Lib. III. pag. 606. seqq.

2. Non putandus est Iesaias fecisse, quae hic leguntur, nihil meagis quam Ezechiel omnia ea, quæ passim in eius vaticiniis a se facienda leguntur (v. c. Cap. IV.), vere patrassè credetur. Fata Aegyptiorum sicut narratione allegorica, cuius significationem mox tamen ipse exponit. Sic Ezechiel Cap. XXIV. vñ 3. postquam dixisset, se a Iehova hanc allegoriam (לִשְׁוֹרֵת) Israelitis proponere iussum esse, statim pergit: sic dominus Iehova dicit: appone ollam igni, atque aquam ei insunde, deinde coniice in eam offas optimas, vespere femora et armos, et quæ sunt reliqua: ubi quis tam habes erit, quin intelligat, haec ab Ezechiele neutiquam vere

vere esse facta, sed totam narrationem mere esse allegoricam. Viderunt id iam saniores ex Iudaicis interpretibus. MAIMONIDES in libro *More Nevochim.* P. II. Cap. XLVI. docte disputat, quae prophetae se fecisse dicarent, non fuisse facta re vera et externe, sed tantum in visione prophetica. Kimchius ideon valide tenet ac defendit in sua ad h. l. *commentatione,* et contrariam sententiam absurdam pronunciat. Totum hoc argumentum de prophetarum narrationibus parabolicis singulari iudicio et elegantia tractavit STAEVLIN in *commentatione, über die symbolischen Handlungen der Propheten,* quae inest libro ab ipso edito: *Neue Beyträge zur Erläuterung der biblischen Propheten,* pag. 123. 240., ubi et de nostro peculiariter loco egit p. 220. (פְּתַחַת הַשָּׁק מֵעַל מִתְנִיךְ) Ut haec intelligantur, monendum est, prophetas indutos fuisse, non vestibus, quales ab aliis hominibus gestarentur, sed *sacco*, i. e. laxiore veste, superimposita tunicae aut cuti, et quidem ex panno asperiore confecta, et, ne diffueret, cingulo coriaceo cincto: vid. 2 Regg. I, 8. Zachar. XIII, 4. et Matth. III, 4. ad quem locum conf. *Hammondum.* Quae- runt interpretes, utrum propheta plane nudus, an interula tectus incesserit. Plerique posterius contendunt, et multis probare student, *tunicatos*, h. e. toga et palio nudatos, sed interula tectos, veteribus passim nudos dici. Sed tota haec disquisitio est vana, cum haec narratio mere allegorica sit. (גַּדְלִיךְ—רַגְלֶיךְ) Pro *הַגְּדָלָה*, pede tuo, legunt *רַגְלִיךְ*, *pedibus tuis*, codd. Kennicottiani septemdecim, totidemque Rossiani, nec non quatuor libri impressi.

3. (כַּאֲשֶׁר־יָעַל־כֹּשׁ) *Quemadmodum incedit servus meus Iesaias nudus et discalceatus, per triennium, signum et portentum, super Aegyptios Aethiopesque.* De quo triennio, ad vetemne an illos pertineat populos, quaeritur. Equidem triennii spatium ad utrosque, tam ad populos, quam ad va tem referendam existimo, et hinc, opinor, factum est, ut apud Alexandrinos hodie bis τριετὴν legantur, ex conjectura

magis, quam quod in textu Hebreo ita legerint: nam neque codices hebreici, nec ceteri, quantum comperi, interpres vetusti, imo nec omnes versionis graecae editiones repetunt: nec qui de graeco fideliter transtulit, Arabs in Polyglottis. — Miris difficultatibus implicitos se vident, qui haec vere patrata a propheta putant, quum ipsis a ratione alienum videatur, prophetam tantum temporis incessisse nudum et discalceatum, variosque, hanc difficultatem enodandi modos excogitarunt. Alii e. c. non semper aut quotidie vatem sic incessisse volunt, sed rarius sollemnive tempore. Alii ellipsis statuunt in verbis prophetarum, et mandatum ipsi putant nudum incedere per iridum, ita ut tres dies stylo prophetico significarent tres annos, et sententia integra esset: ut incedit servus meus Iesaias nudus et discalceatus per tres dies, שָׁלוֹשׁ יְמִים, trium annorum, שָׁלוֹשׁ שָׁנִים, signum super Aegypto et Aethiopia. Verba שָׁלוֹשׁ יְמִים post supplenda, et textu excisa esse, LOWTHO ita certe persuasum est, ut adeo illa textui inferenda putaret, qua in sententia consentientem secum habet CUBIVM. Sed hisce difficultatibus non premitur nostra sententia, hanc narrationem esse allegoricam, eo fine a poeta inventam, ut mala Aegyptiis et Aethiopibus minanda poetico ornatu praenunciasret. — Ceterum observandum adhuc, triennii spatium definitum positum esse pro indefinito, ex more poeticō, quale erat quadraginta dierum, vel trium et dimidii annorum spatium: vid. EICHHORNII Commentar. in Apocalypſ. P. II. pag. 60. et STAEVOLDINII librum supra laudatum, p. 182.

4. רַחֲשׁוּנִי שְׁחָרֵר מְצֻרִים In voce שְׁשָׁבֵד (his enim punctis insignitur in melioribus codicibus, non שְׁשָׁבֵד, ut in nonnullis legitur, αἰωμαλόν quid est. Est autem status constructus pluralis numeri iuxta formam Syriacam; conf. notam supra ad Cap. XIX, 9. et STORRI Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. §. XX. II.) 1) a) dd) p. 95.

5. וְזַהֲרֵת וְבָשֵׂר Tunc consternabuntur et pudore afficiuntur omnes confoederati eorum, conf. Cap. XXXVII, 27.

ט eodem sensu hic usurpatur, quo Zachar. IX, 5. ubi Ty-  
rus dicitur מִבְטָח, respectus Philisthaeorum, h. e. id in quo  
fiduciam ponunt. Videre enim, sive, quod rectius hic usur-  
patur, respicere, hoc in loco est, in dubio et anticipite casu  
respicere quem ut praesidium tutelare. Eadem vis est in  
voce חַפְאָרָה; notat proprie decus, laudem, et inde facile  
refertur ad gloriationem, ut Zach. XII, 7. et servabit Iehova  
tentoria Iudee primo, ut non invalefacat, sive, se effera,  
רֹדֶר הַפְאָרָה gloriatio (Alexandrini: καυχημα) domus Da-  
vidis, et חַפְאָרָה, gloriatio incolarum Hierosolymorum adver-  
sus Iudam. Qui enim alium respicit ut numen auxiliare,  
vel praesidium tutelare, illum hoc nomine passim laudare  
solet et celebrare, eoque, cui fudit, gloriari.

CAP. XX. 1. Anno, quo Tarhan venit Schdodam,  
missus a Sargone, rege Assyriae, urbemque illam oppugnavit  
et cepit;

2. Illo, inquam, tempore, locutus est Iehova ministerio  
Iesiae, filii Amozi, in haec verba: age, solve saccum a lumbis  
tuis, et calceamentum tuum exue pedibus tuis. Et fecit ita,  
incedens nudus et discalceatus.

3. Tum Iehova dixit: quemadmodum incedit servus  
meus Iesias nudus et discalceatus tribus annis in signum et  
portentum respectu Aegyptiorum et Cuschaeorum:

4. Sic ducet rex Assyriae captivos Aegyptios, et in exi-  
lium deportandos Cuschaeos, pueros et senes, nudos et discal-  
ceatos, nudatos nate, in summum Aegyptiorum opprobrium.

5. Tum Iudei consternabuntur et pudenient causa Cu-  
schaeorum, quos respiciebant, et Aegyptiorum, quibus gloria-  
bantur:

6. Dicentque incolae regionis huius illo tempore: ecce!  
sic se habent illi, ad quos refugimus auxilii causa, ut eripere-  
mur a rege Assyrio. — Quomodo nunc evademus nos?

C A R M E N   D E C I M U M  
O C T A V U M .

(C A P. XXI. 1 — 10.)

A r g u m e n t u m .

**B**abylonis excidium hoc carmine cantari, extra omnem dubitationem ponunt versus secundus et nonus. Versatur autem poeta in hoc argumento tractando miro artificio et gravitate. — Advenit exercitus hostilis ad expugnandam Babylonem, quae superbia et ferocia elata, urbes ceteras omnes quasi vietas intuetur (vſ. 1. 2.). Omnia belli atque oppugnationis instrumentis et apparatu strepunt, ita ut poeta, ipſe etiam in urbe versatus, summo angore afficiatur (vſ. 3. 4.). Babylonii, turpi securitati ſiſe trahentes, ad commiffandum et epulandum accumbunt: ſed ſubito auditur clamor vigilum ad arma excitantium (vſ. 5.): nam hostis in urbem incurrit: quod tamen vates non dicit nudis his verbis, ſed ita declarat, ut fingat vigilem, a ſe ipſo, Iehovae iuſſu, conſtitutum, qui magna voce clamat, ſe videre exercitum hostilem equis et camelis equitan-tem urbem aggredi, ipſeque protinus laetum clamorem extollit, lapsam eſſe Babylonem! (vſ. 6. 7. 8. 9.). Concludit vates brevi alloquio ad Iudeos, hucusque a Babyloniiſ affli-ctos (vſ. 10.).

Hoc carmen eadem illo tempore, quo decimum, editum eſſe, etiam me non mouente, cuiquam ſponte patebit. Omnia, ad minima usque, tam accurate conſpirant cum veterum ſcri-ptorum narrationibus de expugnatione Babylonis, a Cyro fa-ela, ut nullum dubium ſit, poetam expugnacioni illi ipſum in-ter-

terfuisse, et eorum, quae viderat, atque audiverat, adhuc plenum, carmen hocce effudisse.

### Inscriptio carminis.

מִשְׁא מַדְבֵּר יָם

Verissimam sententiam de hac inscriptione, de qua quam multa absonta et incongrua adduxerint interpres, dici vix potest dixisse mihi videtur VITRINGA in Observatt. SS. Lib. I. Dissertat. III. Cap. IV. Putat hic, titulos tam nostro vaticinio, quam ceteris in hoc ipso Capite oraculis, praescriptos esse a scribis sacris, qui illa digesserint, et pro more apud Hebraeos recepto desumserint ex prima vel conspicua aliqua dictione, quae in vaticiniis occurrit. Illos vero, cum observassent, in initio huius oraculi hostem adversus Babylonem suscitandum, comparari cum surbinibus et ventis violentis deserti australis; huic vaticinio praescriptissime titulum מַדְבֵּר־יָם, deserti australis, cuius inscriptionis sensus fit: prophetia, in qua, vel, in cuius initio mentio sit deserti australis, ut proinde מַדְבֵּר־יָם idem sit, quod מַדְבֵּר־נֶגֶב, nam ים Hebraicis neque Austrum ac Occidentem notat, ut inter alia liquet ex Ps. CVII, 3. Favet huic sententiae, quod prophetia de Arabibus, huic nostrae subtexta, vs. 13., inscribitur בְּעֵד בְּעֵד, quod aperte desumptum ex eo, quod vaticinium incipit his verbis: בְּעֵד בְּעֵד. Sic oraculum Cap. XXII. inscribitur מִשְׁא נְיוֹן זְהֻוִּין, quia Hierosolyma vs. 5. ita appellatur. Hac assumta hypothesi haec inscriptio non eget interpretatione. Placuit illa KOPPIO quoque. Sed ipse Vitrunga, in Commentario ad h. l., hanc sententiam deseruit, et adstipulatus est iis, qui verbis Babylonem significari, et hanc appellationem inde petitam existimant, quod Babylon in planicie (cum enim saepe denotat vox מִרְבֵּר per quam aminoena sita erat, quam Euphrates perfluebat, qui fluvius, haud secus ac Nilus, et alias ים, mare, voca-

tur, e. c. Ierem. LI, 26. conf. supra ad Cap. XIX, 5. Hanc sententiam plerique recentiorum probant, veluti, Weltherus, Daederlein, Dathius, Hezelius. Henslero מִרְבָּרִים nomen videtur esse regionis alienius, Babylonii haud dubie finitiae, cui ipsi quoque Babylonis excidium damnosum fuisse, atque ad huius regionis incolas sermonem dirigi existimat vs. II. — MICHAELIS in *Supplemm. ad Lexx. Hebrr. P. IV.* p. 1084. sententiam, quam in nott. ad version. vernacula iam ante dixerat, ita declarat: „ex simillima vocabuli מִן notione (*fluvii magni*, vid. supra ad Cap. XIX, 5.) suspicor explicandum esse locum Ies. XXI, 1. ubi Babylon vastanda, eique vicina regio (si modo sana lectio, possis enim et מַדְבָּרִים, *deserta*, adpellare), מַדְבָּרִים *desertum maris*, dicitur. Euphrates ubi Tigridi propior, cumque illo innumeris brachiis canalibusve coniunctus, humiliora Chaldaeae perlabitur, quotannis ripas excedens late terris superstagnat, ut omnia illum inter et Tigridem maris speciem referant, unde aequa ut Nilus, *mare* dici potuit. Has valles ab utroque fluvio in mare versas proxime attingit desertum Arabicum, quod multis in locis ne quarta quidem milliaris germanici parte ab Euphrate abest.“ Mihi quidem haec paulo obscuriora; sed alii forsan perspicaciores. — KOPPIVS suspicatur, Alexandrinos legisse מַרְבָּר מִשְׁׁנֶה, omissa יְמִינָה in libris impressis hodie legitur το δέκατη της ἑπτης. Equidem tamen puto vocem Θαλασσης olim in versione Alexandrina extitisse, sed a librario, qui non sciret, quid sit ἑπτης της Θαλασσης, omissam esse. Certe et unus codex manuscriptus Marechalii, a Bosio citatus, vocem Θαλασσης habet; et eandem vocem ab interprete Arabe in Polyglottis in suo versionis Alexandrinae exemplo repertam esse, ex eo patet, quod

النَّوْدَةُ فِي أَهْلِ الْبَرِّ يَهُ مِنْ الْبَسْرِ،

*prophetia de incolis deserti, quod est mari proximum.* — HVBIGANTIVS coniecerat, Iesaiam scripsisse ita:

מִמְרָבָר בְּגַל מִמְדָבָרִים לְסֶופּוֹת וְגַוְיִם  
vicem parallelum esset: quae coniectura, quamquam inge-  
niosa est, tamen ideo est reiicienda, quod nec ullo inter-  
prete antiquo, nec ullo hucusque collato codice confirma-  
ta reperitur.

I. (כטיפות בכנב' לחלהך) Ut citissime discurrunt ac fe-  
runtur turbines per desertum, ita maximo impetu oppu-  
gnat hostis Babylonem. חלהך propr. per vices succedere,  
hinc invadere, vi et impetu irrumpere, de fluctibus irrumpen-  
tibus dicitur supra VIII, 8., de vento, ut hic, Habac. I, 11.  
או חלהך רוח ויעבר,  
tunc irrumpet ventus, et pertransibit, h.  
e. instar turbinis sese provolvet cum copiosissimo exercitu,  
et Job. IV, 15. Conf. omnino de hac radice SCHVLTENSIVM  
ad Proverb. XXXI, 8. pag. 506. 507. elliptice pos-  
tum est pro לחלהך היר, quo modo Hebrei temporis finiti  
periphrasim facere solent, vid. SCHROEDERI Institut. ad Fun-  
damm. Ling. Hebr. in Syntax. Sect. III. Reg. LXXXVII. pag.  
299. Verbum substantivum vero, היר, in hac dicendi for-  
ma saepe omittitur, ut Proverb. XIX, 8. servans prudentiam  
למצא טוב inveniet bonum, vid. etiam Ies. XLIV, 28. Mich.  
V, 1. Dan. II, 16., et confer STORRIVM in Observatt. ad Analog.  
et Syntax. Hebr. p. 421. ubi haec linguae Hebraeae proprietas  
bene est explanata et exemplis illustrata. טופות בכנב' propr.  
turbo in meridie, i. e. meridionalis, australis: huiusmodi  
circumscriptionibus Hebrei adiectivorum defectum solent  
farcire, veluti עכוזה opus in agro, i. e. agreste, Exod.  
I, 14. בלילה שמואז, vigilia in nocte, i. e. nocturna, Ps.  
XC, 4. vid. SCHROEDERI Syntax. Reg. XIX, et STORRII librum  
laudat. p. 242. Ceterum turbines australes a poetis passim usur-  
pantur pro vehementissimis, vid. Zach. IX, 14. et VIRGILIVM  
Aeneid. I, 89. creberque procellis Africus, et in Ciri, vs. 480.  
Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo. ממרבר בא) Com-  
parat

parat copias militares cum turbinibus deserti: etenim flatus ventorum vehementior est in deserto, quam in aliis locis, quod illuc nihil habeat, quod remoretur ipsum. PETRVS VALLENSIS in *Itiner.* Part. IV. Epist. XI. pag. 183. 191. version. germ. exerte meminit huius *vehementioris venti* *deserti*, qui tentoria disiecerit, cum per illud iter faceret. Conf. Hof. XIII, 15. ubi Eurus ex *deserto* venire dicitur, et Job. I, 19. *ventus vehemens* *venit ex ulteriore deserto*, et corripuit quatuor angulos domus, quae collapsa est super liberos etc.

2. קָשָׁה כְּשָׁה הַגְּדָלָה) Coniungitur hic verbum mascūlum cum nomine feminino, per archaismum; nam olim omnes verborum personae communes erant, postea vero generis discriminem quidem constitutum, nonnumquam neglegitum est, exempla vide I Chron. II, 48. 2 Regg. III, 26. 1 Sam. XXV, 27. Conf. SCHROEDERI *Syntax.* Reg. LVII. דְבוֹנֵד—שִׁוֹרֵד) Adhuc ferus Babylonius vistor vastando atque omnia sibi subigendo furit. Verbum בָּנֶר saepissime a Chaldaeo vertitur per οὐράνιον, spoliavit. Id iniicit suspicionem, eum hoc verbum sic accepisse, ut proprie significet, *vestem* (בָּנֶר) detrahere, λαποδεύται, ut קָרְבָּלָה, notat cervicem praecidere, ab קָרְבָּלָה, cervix. Ita לְבָנָה a עַלְמָה. Spoliandi significacionem nostro loco insuper flagitat parallelismus cum שִׁוֹרֵד.

Et Syrus quoque pro בָּנֶר usus est verbo מְלָאָה, opprefxit, vi aut fraude surripuit. עַלְמָה עַלְמָה Elam, Persidis pars, pro Persia ponitur. Sunt autem voces hae summi Dei imperatoris ad milites suos, quos contra Babylonios excitat. כל אֲנַחֲתָה הַשְׁבָּתִי) Gemitus eius, scil. Babelis, est genitus aliorum de eius iniuriis; pronomen igitur hic habet significacionem agentem, ut saepe, vid. SCHROEDERI *Syntax.* Reg. IX. p. 229. Sensus igitur est: Babylon non amplius gemitre cogit alios propter illatas iniurias.

3. Sunt, qui putent, prophetam hic loquentes inducere Babylonicos: sed nil impedit, quo minus poetam ipsum, qui

qui in tota hac scena praesens putandus est, summo pavore atque angore ob hostiles apparatus ad expugnandam urbem correptum existimemus. Similes ceterum imagines vid. supra Cap. XIII, 8. רָאוּה שָׁמַע ו (נְעוּרִיָּה—מְרָאוֹת) ante et שָׁמַע (נְעוּרִיָּה—מְרָאוֹת) Propter suumendum est *privative*, seu *negative*, conf. not. ad Cap. V, 6. עֲוָה, coll. Arab. عَوْي, propr. *torsit*, *distorsit*, *inflexit*. Ita distortus et perturbatus est, ut sensuum sibi non constet usus, quod accidere solet in summa perturbatione et commotione.

4. חָשָׁה לְבִי, erravit cor meum, i. e. factus sum mentis perturbatae atque emotae. אֵח נְשָׁקֵיו שֶׁם לו לְהָרְדָה Propter crepusculum desiderii mei posuit mihi Deus in terrorem, i. e. noctem a me desideratam convertit in noctem terrificam; ea nocte, quam antea concupiveram plurimum videre, coepi timere maxime. Qui vero interpretes Babylonios hic loquentes inductos sumunt, his verbis alludi putant ad noctem illam, qua capta est Babylon, festam Babylonii, ut ex Herodoto et historia Belzazaris liquet, desideratamque, qua statuerant animum laxare et exsolvere curis, post excubias et custodias, quibus fidebant, rite dispositas. Quidquid sumas, non videtur mihi necessarium, cum Henslero propter השקי legere מְשֻׁבָּח, ut sensus sit, vesperam voluptatis, i. e. noctem, qua Babylonii conviviis et oblationibus indulgent, posuit, fecit, mihi Deus terribilem. Ita nempe verba nostra legenda et interpretanda cenlet, quod difficilius intellectu ipsi videtur, quomodo propheta dicere potuisse: השקי נְשָׁקֵיו, vespera desiderii mei. Sed nulla difficultas erit, puto, si verba ita interpretari velis, ut nos supra insti- tuimus.

5. Infinitivi צָפָה, עֲרוֹךְ, שָׁחָה, אֲכִיל, pro verbis finitis, et quidem temporibus praesentibus posita sunt, ex idiotismo Hebraico, satis frequenti, vid. SCHROEDERI *Syntax. Reg.* LIV. p. 270. STORRII *Observatt.* p. 157. Quod autem Babylonii epulati et convivia celebrare hic dicuntur, id protinus

sus consentit cum historia. Illa ipsa nocte, quia Babylon & Cyro capta est, oppidani festum celebrabant, vigilibus tantum negligenter in muro dispositis, et sic inter medias commissationes et compotationes ab hoste irrumpente sunt oppressi. HERODOTVS in narratione expugnatae urbis: Ἀλλα (τυχεῖν γαρ εφείσεις δέρπην χορεύειν) τε τάτου τον χρόνον, καὶ εἰ παπαζοῦσιν, εἰ δὲ καὶ τὸ καρτα επιθυμοῦτο. Sed (quod forte festum iis esset) et exercendis choreis atque oblationibus hoc tempore operam darent, captam esse urbem eos aliquandiu, qui in extremis erant, latuit, usque quo id maxime resciverunt. XENOPHON adhuc distinctius, in Cyropaed. Lib. VII.: Cyrus autem cum intellexisset, eiusmodi festum apud Babylonios celebrandum esse, εἰ οἱ πάτερ Βαβυλωνος δῶλη την νυκτην πινεσι καὶ καμαζεσιν, quo Babylonii omnes per totam noctem potare et commissationibus fese tradere solebant, cum statim ad vesperasset, recludi iussit Paludem Nitocris, in quam abducendus erat Euphrates. Mox Cyrus in oratione ad milites: nunc vero adversus illos imus, εἰ ὡς πόλιος μέν αὐτων καθευδοσι, πόλιοι δὲ αὐτων μεθυσοι, πάτερ δε ασυνταχτοι ήσιν quo tempore multi quidem illorum dormiunt, multi eorum εβριι sunt, omnes vero incompositi. Rursus in verbis Gobryae et Gadae, quibus eventus certitudinem confirmat, πάσαν την πόλειν καμαδοκειν είρου τη δε τη νυκτι. totam urbem hac nocte indulgere commissationi: quibus consentit historia Belzazaris apud Daniellem V, 1. (קומו השרים מ شأنו כנן) Vitrunga aliique verba haec Dei esse putant, hostem excitantis ad expugnandam Babylonem, quasi dicat, nunc tempus esse opportunum occupandae urbis. Verum mihi videtur totius orationis contextui accommodatus esse, si haec ut verba vigilum, hostium irruptionem annunciantium accipientur. Bene Vatablus: „Cum iam instruxissent mensam regiam, dixerunt speculatori, ut in speculam alcederet, speculareturque, an advenirent hostes. Antequam autem absolutum esset convivium, renunciavit speculator, adesse hostes.“ Quid autem sit: מאשׁר כנן, de eo interpretes dissentunt. Alii hanc locutionem

tionem de detergendis et poliendis clypeis intelligunt: sic quidem Chaldaeus, exque recentioribus Vitrunga. Mithi vero eorum videtur praferenda sententia, qui *ungere clypeos* vertunt; i. e. corium clypeis inductum ungere, ne rigidius siccitate fatiscat isteque gladii dissiliat. Conf. 2 Sam. I, 21. *מִן־שָׁאוֹל בְּלַי מִשְׁיחַ בְּשָׂטָן*, *clypeus Sauli nequidquam unctus oleo*. Confirmat hanc sententiam SEB. RAVIVS in Thesis V. Dissertationis ad nonnulla Cantici Canticorr. loca. Trai. ad Rhen. 1774. „Quod Ies. XXI, 5. occurrit de clypeo ungendo, ex eo explicandum videtur, quod Orientales scuta ex corio parare soleant, quae proin ne fatiscant nonnumquamungi debent. Vide ALHHATH. in descriptione Granatae spud m. CASIRI in Biblioth. Arab. Escrur. Tom. II. p. 258.“ Hieronymus vertit, *arripite clypeum*, itemque Alexandrini editionis Complutensis et Aldinei, *ανταπατετε*, unde Dathius coniicit, eos legisse *כְּפָא*, quod verbum non solum est *trahere*, sed etiam *prehendere*, ut *חֲנֵס* apud Arabes. Praferre mallet Dathius *כַּשְׁכַּר* illi quod nos legimus, *חַרְבָּה*, hac maxime ratione permotus, quod urbe iam capta, hostibusque undique irruentibus, non possit cogitari de armis poliendis. Quae ratio me quidem non movet, ut lectionem Masorethiam deseram: non est argutandum in poeta, qui pro consueto: *sumite arma apte* sane dixit: *ungite clypeos oleo!*

6. Fingit propheta, Deum iussisse, ut vigilem in loco excelsō sistat, qui annunciet, quid eminus videat.

7. Vedit speculator advenientem exercitum, totumque apparatus bellicum. Tenendum omnino est in hoc commate, vocem *רְכָב* denotare *vecturam*, quounque modo ea fiat, sive iumentis, sive curribus, sive navibus, eandemque significationis latitudinem habet Arabicum *ركب* (vid. LORSBACH Archiv der morgenländischen Litteratur, P. I. pag. 112.) et Gallicum *viture*. (רכב צמד פרשים) Propr. *vectura* Ies. Var. *M h* *par*

*par equitum*, i. e. equitatus, *binorum* in ordine equitum turmae. XENOPHON Cyropaed. L. II. Ως δε το τα ποταμούς γενες ἐπορσυνετο, παρηγγυησεν ο Κυρος Περσαις χιλιοχοις και πεζων και πε-  
πεων, εις δυο αγωνας την χιλιον παρηισαι περος αυτον, τας δ' αγωνας  
συμμαχος κατ' αγεν τατων επεσθαι, ηπει προσθεν τεταγμενος.  
רְכָב חֲמֹר Propr. *vectura asinorum* (collective) *vectu-  
ra camelorum*, i. e. homines asini insidentes camelisque  
invectos. Hinc non est opus, ut pro רְכָב legamus, רְכָב,  
quod Doederlinio et Henslero placet. Ceterum *camelis* ve-  
teres uulos esse in proeliis, discimus ex locis veterum scripto-  
rum, quae collegit BOCHARTVS Hieroz. P. I. Lib. II. Cap. II.  
Omisit tamen, qui maxime hic pertinebat, locum XENO-  
PHONTIS Cyropaed. L. VII. Cap. I. §. 14. 22. ubi Cyrus in  
proelio cum Croeso maxime adiuvasse dicuntur camelii,  
quippe qui equos insolito asperetu consternarunt et plane  
perturbarunt. *Afinos* autem a nullo populo antiquo in bel-  
lis exhibitos legimus, nisi a Caramaniis (qui etiam sub di-  
tione Persarum erant), vid. STRABO L. XX. p. 727. edit. Ca-  
saub. Narrat praeterea Herodotus, Lib. IV. cap. 129.,  
Dario Hystrasi in bello adversus Scythes magno adiumento  
afinos fuisse, quod horum, non minus ac camelorum, ad-  
spicere equi hostium perturbati essent. Iam inter Cyri co-  
pias, Babylonem oppugnantes, utrosque, et Persas *camelis*  
invectos, et Caramanios afinis insidentes, fuisse, vix du-  
biuum erit. Aptissime igitur vates noster ad exercitum hosti-  
lem describendum utitur ea re, quae illi propria erat. Ce-  
terum conf. EICHHORNII *Allgemeine Bibliothek der biblischen  
Litteratur*, P. II. Falc. VI. p. 1041. seqq.

8. וַיָּקֹרֶא אַרְיָה (וַיָּקֹרֶא אַרְיָה) Ad haec verba HVBIGANTIVS: „Quis  
credat leonem vocari speculatorum, leonem clamare, ego in  
excubiis, Domine mi? Emendationem adiuvat Syrus, apud  
quem legitur: קָרְבָּן בְּגִתְּנֵת מִצְּפָה, et clama-  
vit speculator in aures meas et dixit: nempe legit  
הַמִּזְפָּה עַל אַזְנֵי, et clamat ad aures meas speculator,  
ut

ut legendum; posito על post אורי pro אורי, ווקרא אורי מזפה et littera ה verbi אורי attributa sequenti verbo מזפה. Clamat ad aures ipsius Isaiae speculator, nempe in visu, postquam ius-  
sus est Isaia ponere excubias, ut deinde in eodem visu ipsi respondeatur, quid videat speculator.“ Assentiantur Hubigantio Michaelis, Lowthus, Dathius et Doederlein. Sed recte, si quid iudico, Koppius observat, Syrum suum קָרְבָּן? posuisse pro מזפה, cui haec puncta vocalia substra-  
verit: מזפה; אירה vero plane omissum esse ab ipso in ver-  
sione, sive quod non intellexerit, sive quod in suo codice non legerit. Sed nihil est, quod nos cogat lectionem vul-  
garem deferere; vertendum est: clamavit ut leo, vece leoni-  
na, ut in Apocal. X, 3. de illustri illo angelo, qui terram et  
mare utroque contingebat pede: καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ ὥσπερ  
λέων μυκάται. ABEN-ESRA: omnino mihi videtur littera כ hic  
deficere, ut in phrasi: ignis consumens (אֶרְכָּלָה וְנִמְלֵא pro כָּאַשׁ,  
sicut ignis consumens, Deut. IV, 24.), estque sensus, specula-  
torem instar leonis alta clamasse voce. Exempla ellipsoes par-  
ticulae comparativae כ plura exhibentur a Grammaticis, vid.  
GLASSII Philol. S. Adpend. Grammat. S. Tract. I. Observ. III.  
p. 568. ed. Dath.

9. (שבר לארץ) Propr. fregit ad terram, i. e. fractas (imagines) proiecit ad terram. Constructio est praegnans,  
i. e. unum verbum pro duobus positum, alias omisi signifi-  
cationem simul complectitur: veluti Ps. CXVIII, 5. שָׁבֵן  
בְּתַפְרָחַב, exaudiuit me in locum amplum, i. e. exaudiens re-  
stituit me in locum amplum. Vid. SCHROEDERI Syntax,  
Reg. LXXXVII. a. GLASSII Philol. S. L. I. Tract. III. de Ver-  
bo Can. II. p. 185. ed. Dath. Pro בְּפַשְׁתִּים, confregit, Dathius  
legere mallet בְּפַשְׁתִּים fracta sunt, quod veteres omnes expresse-  
runt. Cui mutationi quamquam ego non admodum refragor, minus tamen necessaria ea mihi videtur. Nam in lec-  
tione vulgari, בְּפַשְׁתִּים, subintelligi potest יהוה, qui in toto  
hoc carmine vatis menti obversabatur.

10. *(מדשתי ובגדנני)* Quoniam similis phrasis in simili argumento Ierem. LI, 33. de Babylone usurpatum, atque etiam in aliis locis, veluti Ioe III, 14. Mich. IV, 12. contendendi et tritirandi metaphora de iudiciis divinis usurpatum; plerique interpres hunc versum ad Babylonios directum esse putant. Mihi tamen sermo ad Israelitas tunc temporis adhuc in exsilio degentes consolandi caussa converti videtur. Potuit hos, graviter hucusque a Babylonis afflictos, vates apte compellare: *tritura mea, fili areae meae!* Vtramque sententiam quodammodo coniungit Dathius. Verbis enim *מדשתי ובגדנני* *Babylonios*, reliqua comitis nostri parte autem *Israelitas* appellari existimat — Ceterum idem plane est, quod *מדשן*, ex consueto Orientalium idiotismo, de quo vid. CLASSII Philolog. Sacr. P. I. Tract. I. de nomine Can. XXXVI. pag. 95. Sic Arabibus

*اذن سحابٍ* *filius nubium* est *pluvia*, *اذن عاصفٍ* *filius* *vaginae* est *ensis*, *اذن الشّرفة* *filius labii* est *sermo, loquela.*

CAP. XXI. I. [Oraculum deserti australis]. *Ut turbines australes magno impetu irruunt: ita hostis ex deserto venit, ex terra terribili.*

2. *Severum oraculum mihi indicarum est: — praedo praedatur! vastator vastat! Invadite Persae, obsidete Medi! compescam quos extorsit gemitus.*

3. *Propterea invasit lumbos meos dolor vehemens: doloribus, quales parturientem discruciant, teneor: qn in percussus et perturbatus nec audio nec video.*

4. *Falpitat cor, horror me percellit. Nox a me valde desiderata veritur in terrorem.*

5. *Instruitur mensa, speculatur speculator, editur, bibitur.* — *Surgite principes, prehendite clypeos!* —

6. *Nam iusserat me Deus constituere speculatorem, qui, quidquid viderit, indicet.*

7. *Vider equitarum, binorum in ordine equitum turmas, vecturam asinorum, vecturam camelorum: — diligentissime attendit:*

8. *Clamat voce leonina: in specula, o Domine, sto inginer interdiu, atque in excubiiis meis permaneo totis noctibus.*

9. *Et en! veniunt agmina hominum, venit equitatus: sed exemplo addit: cecidit, cecidit Babylon, et omnia sculptilia Deorum eius humi allisa confacta!*

10. *O tritura mea, et fili areae meae! Quod a Iehova omnipotente, Deo Israelis, audivi, id vobis nunciavi!*

---

# CARMEN DECIMVM NONVM.

(C A P. XXI. vs. 11. 12.)

*A r g u m e n t u m.*

**D**uo haec commata carminis longioris esse fragmentum, carmini praecedenti nulla alia ex causa adnexum, quam quod in vitroque vigilis mentio fit, certissime mihi est persuasum. Et versus quidem duodecimus ita est abruptus, ut sensum sanum vix possim elicere. Referam tamen interpretum priorum sententias, consideratis prius singulis verbis et locutionibus.

הַדָּוְתָה) Refert Kimchius in Commentar. ad h. l. (pag. 159. verl. Malanimaei), in Rabbi Meiri codice pro דָוְתָה scriptum fuisse אֲרוֹם: et habent quoque Alexandini: το ὄραμα της Ἰδεουαις. Praefert hoc Lowthus illi quod nos legimus, דָוְתָה. Sed reliqui veteres omnes tuerunt lectio-  
nem receptam; nec aliter legitur in codicibus a Kennicottio et de Rossio collatis. Praeterea vix est credibile, librarios pro אֲרוֹם substituisse minus usitatum דָוְתָה: contra facile fieri potuit, ut unus aut alter, quod nesciret quid sibi velit דָוְתָה, scriperit אֲרוֹם. Sed illi etiam, qui lectio-  
nem receptam defendunt, quod plerique faciunt, in ea interpretanda maximopere dissentiantur. Interpretes veteres, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Saadias דָוְתָה pro nomine proprio regio-  
nis cuiusdam habent. Et quoniam hoc nomen occurrit in-  
ter tribus Ismaeliticis in Arabia Genes. XXV, 14.; MICHAEL-  
LIS (in nott. ad version. teuton. et in Supplem. ad Lexx.  
Hebrr.

*Hebrr. P. II. p. 420.)* huc referendam censet urbem **Dumam** دوماً, in provincia Arabia Neged, نجد, apud Abulfedam دومة الجندل, i. e. *Duma Jacea*, de qua haec pauca refert: *locus est Syriae et Arabiae limitaneus, a quo Damascus septem, et Medinam tredecim stationes: conf. NIEBUHRII Descript. Arab. p. 344.* Probant hanc sententiam Doederlein et Henslerus. Mihi quidem huius inscriptionis eadem ratio videtur, quae ceterarum in hoc et sequ. capite; scilicet ut formata illa sit ex argumento vaticinii ipsius, et quidem ex primo illius commata; conf. supra de inscriptione Cap. XXI, 1. Vedit hoc iam Vitringa, cui tamen non assentior in eo, quod דומה per ῥᾳδιαὶ scriputum putat pro אַדְרָם: ceterum verba illius sunt haec: „quod propheta דָרְכָה scripsit pro אַדְרָם, ratio peti debet ex aenigmatica quadam וִזְעָנֶת, sive allusione allegorica nominis sic formati ad argumentum prophetiae: quae cum agat de nocte gravissimae calamitatis, in illum inducenda populum, qui hic designatur nomine *Dumae*; Propheta idem ex aenigmatica nominis huius fictione praeiudicari voluit. Hebraea enim vox דָרְמָה, sic formata fictaque, explicanda ex voce מְדֻמָּה, silere, significat silentium, quod noctis est, qua strepitus, quos florentis et negotiosi populi occupationes et commercia de die efficiunt, cessat et intermittitur, quod coniunctum cum tenebris, quale est silentium noctis, oppositum est gaudio, laetitia et luci, quae coniuncta est cum motu, quomodo usurpatur vox Ps. XCIV, 17. cuiusmodi silentium Idumaeis ficeret iudicium illud divinum, de quo in hoc vaticinio.“ MICHAELIS in *Adpeud. ad Bibl. Orient. P. XIV.* p. 37. refert patrem suum margini sui bibliorum exempli adscripsisse haec: “gentis exscindendae: Idumaeam autem intelligi, non Dumam Arabiae Ismaeliticae, colligo ex sequenti יְהוּדָה, quae regio non ab Ismaelitis, sed ab Edomititis possessa est. „KOCHEVRUS p. 112.:“ Titulus per

paronomasiā irrisiōne mque pro אָדוֹם, quasi silentium, extitumve dixeris (Ps. XCIV, 17. CXV, 17.); frequente apud Esaiam aliosque, sed in primis apud Micham c. I. figura. Edomū dici, ex sequente מַשְׁעִיר satis intelligi arbitror. LXX., quod paronomasia sermone graeco esset peritura, proprio nomine Idumæam dicere maluerunt.“ Haec Kocheri sententia mihi placet prae ceteris: et video, Waltherum et Hezelium iam antea quam Kocherus librum suum edidit, in eandem cogitationem incidisse.

II. אלֵי קְרָא מִשְׁעִיר Sub Seir hic intelligitur Idumæa, vulgatissimo in sacris dictiōnis genere. Seir אֲשֶׁר-זָרָס est הַר שְׂעִיר, montanum Seir, sic dictum Deut. I, 2. Ezech. XXXV, 2. Notum est, ita appellatum fuisse tractum illum montanum, qui est ad Austrum Cananaeę proxime mare Sodomæorum; montes enī Seir ab illa parte terminabant terram Cananaeam, ei ab Austro confines. Conf. RELANDI Palaestin. Lib. I. Cap. XII. pag. 68. 69. שְׁמַר כְּהֵ-מַלְיָה שְׁמַר כְּהֵ-מַלְיָה Codex Kennicott. 187. et Syrus semel tantummodo exhibent verba et pro מַלְיָה legitur, lequere, in Cod. Kennicott. et Ionathan, qui utrumque hoc vocabulum hoc sensu interpretatur. Congruit unus codex Rossianus, qui primo habebat מַלְיָה. — Fingit vates Edomitas, maximis oppressos calamitatibus, ex montano Seir sibi acclamantes. Sub שְׁמַר, vigilem, prophetam intelligi ipsum, non est dubium. לְוִילָה, nox, tenebrae, est imago angustiae, calamitatis, afflictionis, e. c. infra XLVII, 7. Ioel. II, 2. Amos. V, 18. Arabibus quoque nox longa symbolum tristitia et calamitatis: veluti in illo Abu-Nomairi, Saaditae, adducto ab ABUFEEDA in Annal. Moslemm. T. I. p. 216, ed. Adler.

أَلَا قُلْ لِخَيْرٍ أُوْطَبِوْا بِالسَّنَابِكِ  
قَطْأَوْلَ فَهَذَا الْكَلِيلُ مِنْ بَعْدِ مَالِكَةِ

Dicite tribui equorum ungulis concuicatae:

Sublato Maleco nox haec longa nobis fuit et misera.

הַזְמָנָה כִּי, propr. quid ex nocte? i. e. ecquid nox proficit? Quantum eius praeterit? Nihilne hactenus observas auro- rae, molestas noctis tenebras pulsurae? Si imaginem demas, sensus erit: quamdiu durabit tempus calamitatis et afflictio- nis nostrae? Ceterum interrogationis repetitio eleganter ex- primit interrogantium angorem et trepidationem.

12. אהא בקר ונס-לילה (אהה) scriptum invenitur in codd. Kennicottianis et Rossianis quampluri- mis, et in Bibliis Complutensibus. Sensus horum verbo- rum interpretes plerique post Vitringam hunc esse putant, lucem quidem ortam esse, sed Iudaeis tantum, non Idumaeis, noctem adhuc apud eos duraturam esse. HENSLERVS: fore quidem, ut ipsis illucescat feliorum temporum auro- ra, sed mox reddituras esse calamitatum tenebras. אַמְדָחֶבְעֵוֹן בְּעֵיו שְׁבוֹ אַחֲרֵי (סְנָבִים) Sensus horum verborum iuxta interpretes plerosque hic est: si vobis, Idumaei, animus sit, quem praevobis ferre videmini, ex me, aliisque prophetis sciscitari voluntatem Domini: agite rem serio, non per ludibrium, integro animo ad me aliosque Iehovae prophetas ac- cedite, ut voluntatem illius et decreta iustitiae suae de vo- bis cognoscatis: serio vos ad illum convertite (סְנָבָה), red- euntes ad communionem gentis Abrahamo satae, et venite (אַחֲרֵי), sive accedite, ac vos ad illius populi communionem aggregate. — DOEDERLEIN, quem DATHIVS sequitur, red- dit: si sciscitari vultis, licet, sed alio tempore redeundum est; quasi ratus Idumaeis spem remotam temporum feliorum faciat, dum alio tempore redire iubet. Fortasse HENSLERVS

idem intellexit, cum vertit: wollt ihr fragen, kommt zum  
Fragen wieder. — KOPPIVS: könnt ihr beten — betet —  
kommt wieder. Seilicet confert nostrum נזב cum Chald.

**בְּעֵזָה**, Syr. **חַדְשָׁה**, *precari*, i Regg. IX, 3. unde **לְחַדְשָׁה**, *precatio*. — VOGELIUS ad Grotium: *sciscitamini, si sciscitari vultis: quod si autem me non intelligitis, revertimini.* HV-BIGANTIVS: „Post verbum **בְּעֵזָה**, *sciscitamini*, reliquimus in versione tria puncta continenter, ut significetur, vel a contextu abesse, vel a propheta reticeri, quid de Idumaea renuntiet speculator; nam mox additur, *revertimini et haec nuntiate*, quamquam non narretur, quid sit nuntiadum. Diximus, *vel a propheta reticeri*. Nam potuit Iesaias omittere, de Idumaeorum regni interitu aperte dicere, postquam eandem figuram sermonis adhibuit, quam usurparat in ruina Babylonis praenuntianda.“ — Evidet iam fassus sum, me ex hoc commate nullum sensum sanum posse enucleare. Superest, ut sententias potiores de totius vaticinii nexu et argumento breviter referam.

VITRINGA: „Mea opinio fert, per noctem in prophetia intelligi tempus aliquod calamitatis, quam Idumaei communem haberent cum Iudeis: summam autem prophetiae esse, auroram, quae post noctem huius calamitatis transactam oriretur Iudeis, non perinde orituram esse Idumaeis: sed, luce post tenebras communis eal mitatis orta Iudeis, eorum calamitatem protrahendam et continuandam esse, idque valorem iis hac prophetia prenunciare, tanquam certum et decretorium fori ecclesiis iudicium.“ Tempus autem huius calamitatis, quam Iudei cum Idumaeis communem habarent, illud esse putat, quo Nebuchadnezzr in Palaestinam invasit, et tum Israëitarum, cum Idumaeorum aliorumque populorum Cananaeorum pluria millia captiva secum abduxit. Eadem sententia placuit Walthero.

DOEDERLINII sententia, cui adstipulatur Dathius, haec est: „Propheta, in eadem extasi adhuc constitutus, in qua Babylonis eversionem viderat, videtur sibi audire clamores ex Seire Idumaeorum sciscitantes, num nox calamitatum suarum praeteriisset. Reminiscitur lati a speculatoro responsi (supra vi. 6. 7.), ideoque hunc iterum consultum venit, quaenam fortuna post tot atra fata has regiones maneat, praecipue cum aliqua felicitatis aurora, destructio Babyloniorum imperio, prae fulgeat. Sed ille aliis quidem gentibus lucem, his autem nullum miseriae solamen praesagit: negative iam spei tam augustae locum esse, alii aevi reservatae.“

KOPPIVS censet, duo haec commata non esse seiungenda a superiore capituli parte. Suspicatur, vocem רָוֹמֵם olim seorsim positam fuisse, et vertendam, silentium, file, ut totius commatis sensus esset: file! mihi acclamatur ex Seire: custos! ecquid nox proficit? Quod autem nunc legimus: רָוֹמֵם אֲשֶׁר; id inde ortum putat, quod aliquis illud רָוֹמֵם non intellexerit et pro nomine proprio regionis alicuius haberit. Summam duorum horum versuum esse, vatem exprimere summum angorem, quo correptus esset commemoratione calamitatum, quibus, Babylone destructo, opprimerentur populi regno illi foederati. Quod principes Arabici sociati Babylonii et debellati fuerint a Cyro, referre Xenophonem, Cyropaed. II, I. 2. IV, 5. 28. VIII, 6. 10. ἐπι δὲ ταῦτα, inquit loco posteriore, συνεσκευάσατο αὐτῷ, ὡς με δε ταῦτη την σφράγια, ἐν ἣ λεγεται κατασρεψαθαι παντα τα ἔθη, οἵτινες Συριανοί οίκαι μεχεις ἐνθέαται Θαλασσην: i.e. quo adparatu facta, expeditionem illam suscepit, qua nationes universas sibi subiecisse dicitur, quae ab ingressu Syriae habitant usque ad mare rubrum: hi populi vero ab Hebraeis appellantur: Ammonitae, Moabitae, Idumaei, Arabes.

HENSLEVS nexus summa inque huius vaticinii ita sifit: „Duma, tribus Isinaelitica, in magnis versatur malis. Iesaiæ ex montano Seir, quod Dumam inter et Iudeam iacet,

cet, interrogando, acclamatur: quamdiu tristia haec tempora adhuc sint duratura? Respondet vates: Dumam quondam vires recollecturam esse, mox vero iterum novis calamitatibus oppressum iri. — Ex historia huic oraculo nullam accendi posse lucem, Henslerus ipse fatetur.

---

CAP. XXI. vs. II. (*Oraculum de Dumah*) Clamor e Seire ad aures meas pertingit: „speculator, quid a nocte? — quid a nocte?“ —

12. Respondet vigil: „venit mane atque iterum nox: si sciscitari vultis, sciseitamini: revertimini: venite!“

---

# CARMEN VIGESIMVM.

(CAP. XXI. vſ. 13—17.)

## Argum e n t u m.

*S*ententiam simplicem, „fore ut Arabes brevi ab hoste quodam extero infestarentur et debellarentur,“ ita declarat, ut Dedanitas per Arabiam iter facientes sifat; sed dum in via consueta pergunt, belli metu turbantur, ideoque in locis latenteribus et inviis pernoctari iubentur (vſ. 13.). Hinc ipſos inducit Arabes, acri persecutione pressos, vagos per desertum sparsosque, ac fitibundos, interiora deserti perentes, et ibidem quaerentes latibulum (vſ. 4. 15.). Prorinus sine imaginum ornamentiſ simpliciter praedicit, fore ut brevi ab hoste aliquo strage insigni imminuerenur et affigerentur (vſ. 16. 17.).

Hoc varicinium haud dubie ad idem illud tempus est referendum, quo oraculum in Arabes, quod Ierem. XLIX, 28. seqq. legimus, est editum, id vero est, ad id tempus, quo Nebucudnezar Nebusaradanem cum parte copiarum ablegavit ad Ammonitas, Moubitas, Philisthaeos, Idumaeos, Arabes, aliosque circumiacentes populos, qui ab eo defecerant, et Zedekiam in societatem traxerant, debellandos; conf. Narratione in rerum Iudaicarr. etc. ex Frankii Chronol. S., Sectioni primae praefixam, p. 15.

## Inscriptio carminis.

בְּרִירָה שְׁמָא.

Merito suspecta Lowthio haec inscriptio; nam nec legitur in codicibus graecis, neque in tali constructione נַשְׁמָא per

per ב constructum reperitur. Conficta est haud dubie ex proxime sequenti עבר ב. Potest quidem istudesse נ nomen proprium, sed scribendum videtur ב ערב, quomodo legendum esse pro sequenti עבר ב in vaticinio ipso mox videbimus. Sed librarii, cum videnter, oraculum hocce ad Arabes pertinere, primo quidem illud ב solum tantummodo, quod ex contextu ad inscriptionem transtulerunt ב ערב, ut nomen proprium Arabiae scriptissime videntur; quae scriptio deinde etiam ad עבר ב texu irrepsit. De Rossi: „Onus in Arabia. Cod. meus 226. alterutrum interponebat, vel מ eis, qui Arabiā incolit, vel מ, amarum. Verosimilius posterius ex vestigiis secundae litterae, quae dubia est, et ex parach sub n.“ Sed EICHHORNIUS, Allgemeine Bibliothek der biblischen Litteratur. P. I. p. 250. recte meo iudicio coniicit, librarium, cum iam in eo esset, ut vocem מ iterata vice scriberet, errorem animadvertisse, sed, quas semel exaraverit vocis inceptae figurās, non delevisse.

3. Pro ב גְּנָבֶב veteres omnes etulerunt ב יְעַר—דְּדָנִים. חֲלִיכוּ ב עַרְבָּה vespera, quod et sequenti חֲלִיכוּ, et toti contextui optime convenit et probatur etiam Lowthio, Michaeli, Doeberlinio, Hensiero. Si vates de sylva Arabiae cogitasset, scripsisset haud dubie עבר עיר. Dedanitae, Abrahā ex Katura posteri, Genes. XXV, 3. mercatores, pecudum et camelorum in primis magnos greges habebant, Cap. LX, 7. cum Tyriis quoque commercia exercentes. Ezech. XXVII, 21. conf. MICHAELIS Spicileg. Geogr. Hebr. Ext. T. I. pag. 201—208. Hi Dedanitae, sinū Persico haud dubie adiacentes (nam פָּדָן hodienum nomen est insulae in sinū Persico ab Arabibus Catarensis habitatae, Syris dictae סְפָרָא Dirin, vid. BÜSCHINGII Geograph. Asiae pag. 561. 562. edit. tert.) a vate nostro per Arabiam petraeam ac Palæsti-

nam

nam Tyrum petentes inferuntur. ארחוֹת hic sunt catervae, συνδιαι, peregrinantium, Caravanen, quo significatu vox nostra aderat Genes. XXXVII, 25. et occurrit etiam Job. VI, 19. Solebant enim iam antiquissimis temporibus, ut hodie solent, qui negotiationi studebant, ire cum comitatu, ne a praedonibus occuparentur et spoliarentur. יְשָׁר hic non tam saltum (nam caret Arabia deserta sylvis et saltibus), quam loca abdita et larentia, seu dumeta, senticeta, rubos indicat. Ceterum conf. Ierem. XLIX, 8. in vaticinio parallelo: גַּסְתָּא הַפְּנוּ תְּצִמְקֵךְ לְשָׁבֵח יְשָׁר בְּגַן, fugite, vertite vos retrorsum, profundas facite mansiones, Dedanitae.

14. (לקראת צטא החיו מיט) Videt poeta Arabes Dedanitas, ingenti metu correptos, absque impedimentis fugientes causa Assyriorum, strictis gladiis eos persequentium. Iubet itaque incolas terrae Themae, coguatos eorum, obviam ire sitibundis et famelicis, ad eos refocillandos. הַחֲיִי nonnullis est Imperativ. pro idque pro אֶתְּרָא: mihi vero portius videtur esse Praeter. Hiph. adducant, a rad. defective scriptum, sicuti Ierem. XII, 9. דְּקָה, pro דְּקָהה, vid. SCHROEDERI Instit. reg. LXXVI. d. p. 76. (ץישבי אֶצְחִימָא) Ad haec KOCHERVS: „V. LOWTHVS appellative, ihr Bewohner des Südlandes, vos, terrae australis incolae, nam Alexandinos Θαμανούς, Vulgatum austri habere, itaque חִטְנָן legisse (quod ipsum exprimunt etiam Syrus et Chaldaeus), quod recte se habere videatur. Est operae pretium, rem accuratius, collatisque locis cognoscere. חִימָא Ismaelis filius natus Genes. XXV, 15., ita Chaldae i duo, Samarita uterque, Syrus, Vulgatus et Arabs; at LXX. soli, nulla licet erroris confusionisque ansa appareat, Θαμανούς exhibit, tanquam si חִיטָן legerint. Tum Ierem. XXV, 23. perinde atque hic apud Esaiam nostrum דְּרָן et חִימָא iunguntur, LXX. utrobius suum Θαμανούς repetentibus; quod de Graeco Arabs Θαμαν exprimit. Chaldaeus, Vulgatus, et Syrus non uno modo, illic ut proprium nomen, hic apud Esaiam appellati-

ve reddunt. Adde Jobi VI, 19. אַרְחוֹת חִטָּא, *catervae Themaeæ*; sic Chaldaeus et Vulgatus, at LXX. Θαιμασσαν, aliasque Graecus Θαιμασσα, Syrus cum suo hic Arabe appellative. Est diversum חִטָּן ab יְמֵן, appellativo usu, *auster*; proprio est locus in Idumaea ab Eliphazi filio Themane Genes. XXXVI, 11. qui Graecis Θαιμασσα, alia lectione Θεμασσα, Syro חִטָּן, alibi חִטָּן, dicitur. En locos, Amosi I, 12. Obad. I, 9. Ierem. XLIX, 7. 20. Ezech. XXV, 13. ubi LXX. suum Θαιμασσα, ceteri propriam significationem servant, nisi quod Arabs appellative semel, Vulgatus bis, Chaldaeus ubique transtulit. Ex his ego colligo: primum quidem, Θαιμασσα apud LXX. hodie utrique proprio nomini חִטָּם et peraeque respondere, vel in ipsa Genesi Cap. XXV, 15. ubi de terminatione nominis hebraici in נ satis constat; sive scientes eodem nomine diversas gentes appellaverint, sive per imprudentiam eas confuderint; itaque non bene LXX. a Lowtho in suam sententiam citari. Dein Arabem non ex vero, nec ex antiquarum gentis originum notitia, sed de graeco nomen expressisse; nisi quod diversus eadem arabica lingua Pentateuchi interpres sapuit, prudenterque inter חִטָּם et חִטָּן distinxit; excepto Jobi VI. de quo superius. Praeterea Syrum in נִמְמָה proprium nomen agnoscere, at חִטָּם exceptis Genes. XXV. et Ierem. XXV., pro appellativo putare, atque Chaldaeum in חִטָּם eundem semel errorem, in חִטָּם solemniter errare; Vulgatum denique et rarius et excusatius peccare. Igitur ad nostrum Eliaeae חִטָּם ut revertar, lectionem, autoritate codicum, locisque Ierem. XXV, 23. Jobique VI, 19. satis confirmatam, temere sollicitatem esse arbitror.“ Quod mihi etiam videtur, qui lectionem masorethi-

eam eo magis retinendam censeam, quod نَيْمَةٌ, *Taima*, nomen loci, in Arabia deserta est circa hanc ipsam regionem, quae vaticinii nostri scena est, vid. Abulf. Syr. p. 14. not. 65. et Abulf. Arab. ed. Gagnier, pag. 33. 34. (בֶּלְחָמָה קָרְמוֹ גּוּדָר) Haec verba interpretes plerique reddunt:

pane

*pane suo antevērtite profugum*, quasi ἀνόμαλο scriptum sit pro ḥāmāt, et Dbederlein atque Henslerus ita rescribendum putant, nisi etiam autoritate Alexandrinorum, Vulgati et Syri: *לְחַמָּה* autem, *panem eius*, scil. fugientis, interpretantur demensum illud cibi, quod ad illum nutriendum requiritur. Mihi vero verba nostra potius reddenda videntur: occurrant (scil. Thematiae) fugientibus pane suo, quod Chaldaeus recte expressit: *לְחַמָּה דְּאַפְּתָן אֲכֵלָין תִּפְאֶרֶת* *panem quem vos comeditis, praeparate fugientibus.* קְדֻם hic est occurrere, ut Deut. XXIII, 5. in eadem phrasi.

15. חַרְבָּנְטוֹשָׁה, *Gladium strictum, vibratum, non retentum sed agitatum; conferri potest Thalmudicum וְתַעֲמִיד, excoriare.*

16. (שָׁנָה כְּשָׁנִי שְׁכִיר) Eundem tempus definiendi modum legimus supra XVI, 4. Non proprie sed de *tempore indefinito brevi elapsu*, accipienda videtur haec phrasis, quod iam vidit HIERONYMVS: *quomodo enim, inquit, velox mercenarii annus est, et omnem laborem brevem putat, dum ad desideratam mercedem perveniat: sic universa gloria filiorum Kedar auferetur etc.* De aliis tempus definiendi modis, variis Hebraeis usitatis (*allgemeine prophetische Zeitmaße vernacule dixerim*), vid. supra XXI, 3. — Pro פְּשָׁנִי codex unus de Rossi primo habet בְּשָׁנָה, in singulari, quem etiam exprimunt Alexandrini et Vulgatus. — וכל הַכְּלָבָד (קדר) (de quo vid. ad Genes. XXV, 13.) hic est positum pro Ismaelitis sive Arabibus universis. כְּבָד est quicquid eximii habent Arabes: opes, divitiae, greges, tentoria, et praecipue viri strenui, natalibus et auctoritate eminentes, vid. supra Cap. VIII, 7. X, 3. 16. Hos. IX, 11.

17. (וְשָׁאָר־יְמֻטָּה) Et reliquiae numeri arcus, i.e. paucorum arcuum, fortium Kedarenorum imminuentur. De gemina enallage Grammatica in voce ḥāp̄, *arcus*, σιλληντικῶς pro *arcibus*, et יְמֻטָּה, *imminuentur*, pro טְמֻטָּה, *imminetur*, sive *exiguum efficiet numerum*, nihil moneo, quia utramque

que est vulgatissimi usus. Vox אֶשְׁאָה, *relicuum*, licet terminationis sit singularis, quo ad potestatem significationis, est pluralis numeri. — Vulgatus habet: *sagittariorum fortium*, unde Lowthus transpositis vocibus legisse coniicit חַשְׁבָּרָה, et ita esse legendum, Hubigantius quoque censet. At in eandem sententiam nonnulli recentiorum, quos eodem atque nos ordine verba legisse liquet, interpretati sunt, *arcum* per metonymiam, aequo ac Vulgatus sive Hieronymus, atque Syrus, *sagittarium* dici rati. — Michaelis, quem sequitur Henslerus, pro חַשְׁבָּרָה legere mallet: חַשְׁבָּרִי, *sagittarius*, Genes. XXI, 20. Verum Michaelis ipse fatetur in nott. ad vers. germ., adeo necessariam hanc mutationem non esse, posse enim *arcum* poetice pro *sagittario* positum esse.

---

CAP. XXI. 13. (*Varicinium in vespera*). In Jalon vesperi pernocteis, synodiae Dedanitarum!

14. Sienti obviam apportare aquam! Incolae terrae Themae, occurrite pane vestro profugis!

15. Nam vagantur, ut fugiant gladios, gladios porretos, arcus tensos, et grave poelium! — —

16. Sic mihi fatus est Dominus: intra annum, qualis est annus mercenarii, peribit omnis gloria Kedarenorum.

17. Quod supererit e numero sagittariorum fortium e filiis Kedar, ad paucos redigetur! — Sic fatus est Iekovah, Deus Israelitarum!

---

# CARMEN VIGESIMVM PRIMVM.

(CAP. XXII. vſ. 1—14.)

## A r g u m e n t u m.

*Adveniat hostis ad obsidēdam urbēm (vſ. 1.). Praesagit vates perturbationes et miseriam multifariam qua urbes obſefſae ſolent premi, exprimitque angorem et pavorem quo ipſe calamitate hac corripitur (vſ. 2—8.). Rex cum praefectis militariibus quaecunque ad defenſionem neceſſaria ſunt, ſummo ſtudio ordinat (vſ. 9—11.): populus autem, his rebus fretus, gulæ atque luxi incurius indulget, quo Iehovah valde offenditur, tam quia ſuis ſe viribus defendere conantur, tam quia eo ipſo tempore quo poena irrogatur, dolorem de peccatis ſuis patriaeque periculis epulis mitigant (vſ. 12. 13. 14.).*

Pater ex dictis, priorem capitis nostri partem ex mea ſententia ſeiungendam eſſe a reliqua illius parte, ut carmen ſingulare efficientem. Praeiverunt Herzelius et Henslerus. Qui vero interpretes hoc capite unum tantummodo carmen comprehendendi putant, ii posteriorem capitis partem, quae agit de laſſu Sebnae, magistri palatii, ita cohaerere dicunt cum parte priore, ut vates doceat, hominem iſtum, inter malos aulae proceres illius temporis, adverſus quos in ſuperiore ſectione declinaverat, primarium facile et insignem fuiffe, qui primam re-publicae et palatii dignitatem post regem obtinens, familiam duxerit, et plures corruperit, poffimae turbae ſe ducem praestans et auctorem. — Sed cum absque ratione firma, certeque probanda ſumatur, Sebnae laſſum coniunctum fuiffe cum obſe-dione

dione urbis, vñ. 1—14. descripta, et vñ. 14. apta carminis clausula sit, duo diversa carmina hoc caput continere persuasum mihi est.

De tempore, ad quod hoc carmen sit referendum, diffentiantur interpres. Alii ultimam urbis destructionem a Nebucadnezare illarum describi arbitrantur. Alii contendunt, prophetam loqui de oppugnatione urbis, a Senacheribo tentata. Evidem cum Bathio horum sententiae accedo, quoniam vñ. 8.—11. describunt apparatus ad urbis defensionem instrutus, qui est idem ille, quem Hiskiam legimus 2 Chron. XXXII, 2. seqq. esse molitum. Obiecerunt quidem nonnulli, ostendere versus septem priores, in quibus mala graviora depinguntur, quam illa erant, quibus Hierosolyma oppressa erant a Senacheribo, qui obsidionem mox mittere cogebatur. Et movit hoc Vitringam, ut geminam in hoc varicinio Hierosolymorum calamitatem describi posset, posteriorein, eamque gravissimam, per Babylonios, vñ. 1—5., priorem, tanquam posterioris praenunciam, in Iudeam adductam per Assyrios, vñ. 6—14. Placuit idem Vogelio (in nott. ad Grotium); qui descriptionem prioris calamitatis ideo subiectam existimat a poeta, ut is popularibus caussam miseriae per Nebucadnezarem inductae, notam faceret, quae haec fuerit, quod auxilium humanum, apud exterios ab iis quae situm, divino auxilio praetulissent; ut igitur exhiberer imaginem auxilii humani visibilis, in oppositionem auxilii divini invisibilis, adiunxit poetam descriptionem operum Hiskiae, quae ad munierandam Hierosolymam ante Senacheribi adventum peregisset, ut ostenderet, haec Hiskiae facta non nisi conatus humanos fuisse. Mihi quidem haec expositio arguta magis, quam facilis et vera videtur. — Effudit noster carmen hocce haud dubie eo ipso tempore, quo Senacheribus contra urbem adventavit, qnum animus eius angore et pavore ob strepitem et apparatum ad defendendam urbem percussus esset. Hinc animo concipit miseriariam multifariam urbis obfessae, famem, pestem, ruinam. Commata igitur.

*tur 3. 4. 5. non tam exhibent ea, quae vere facta sunt, quam ea, quae vates timuit.*

---

### Inscriptio carminis

מְשָׁא נֵיא חַוִּין.

Hanc inscriptionem desumtam esse ex vs. 5., ubi Hierosolymorum urbs hoc nomine insignitur, nemo dubitabit: hinc infra demum, ubi ad vs. 5. devenerimus, de huic appellationis ratione dicendum erit. — Alexandrini vertunt haec verba: το ἔγμα της Φαραγγος Σιων, perinde ut vs. 5., unde colligas, illos pro נֵיא חַוִּין legisse נֵיא צִוָּן, aut a dictante exceptisse נֵיא הַצִּוִּין. Koppius putat, illos ex conjectura ita legisse. — Pro נֵיא codex unus Kennicotti יְהֹוָה habet, ut legitur vs. 5. Referendus et hoc haud dubie unus de Rossi, qui בָּרוּ exhibit: invenit fortasse is, qui illum codicem scripsit, in suo exemplo, quod descripsit, וְ, sed cum ex incuria aut negligentia otiosam וְ insereret, וְ exstitit.

---

1. In medias rapit res noster lectorem. Sistit commotionem et perturbationem civium Hierosolymitanorum ad famam appropinquantis exercitus hostilis. טה-ך אֶפְרַאִים כְּבָנָה לְגַנְוָת Pro פָּה legitur, hic, in cod. uno Rossiano a prima manu, et, ut viderur, in alio quodam. Legit fortasse quoque ita Chaldaeus, habet enim בְּרִין. Nostro loco par. icula illa commode potest reddi tandem: quid tibi tandem, ut etc. quam vim aliis etiam locis obuiet, vid. Coccoeum in Lex. sub פָּה. — Tecta conscendebant incolae Hierosolymorum, partim ut inde prospectarent exercitum hostilem, eiusque motum, partim ut securitati et incolumitati suae consulerent, aut vero etiam se ex iis, si copia daretur, defenderent. Moris fuisse spud Orientales, quorum plana

et cancellis munita sunt tecta (vid. Deut. XXII, 8. 2 Sam. XI, 2.), tempore irruptionis hostilis in ea securitatis et defensionis caussa ascendere, apparet ex 2 Macc. V, 12. ubi de Antiocho, inopinato invadente Hierosolyma, dicitur: καὶ ἐκελευσε τοις σφραγίστοις κοπτειν ἀφεδόν τοις ἐμπλικούσις, καὶ τοις εἰς τας σίκης ἀναβασινοῖς κατασφαγαν.

2. השוואה מלה (השוויה) *Vocem* Kimchius recte exponit הערם המונן העיר הארום אשר בחוכחה מרוב קול *vox* sive *strepitus*, *multitudinis urbis*, *caussa magnae frequentiae hominum*, *quae in ea est*; et eadem significatione *vox nostra* occurrit apud Zachariam IV, 7. Eodem redit הומיה עיר, *urbs tumultuosa*, i Regg. I, 41. Prov. I, 21. קרייה עליה *urbs exultabunda*, *hilaris*, *laeta*, *conf.* Zephani. II, 15. נאח העיר העיר העלiosa היושכת לבתח *haec est urbs illa exultabunda*, *sedens secure*. Aptè poeta hoc et reliquis epithetis utitur ad describendam urbem, quae, reserta incolis et peregrinis, florente eius statu in magno est motu, et ad quem Sacrorum et aulae caussa magnus concursus est incolarum regionum circumiacentium; quaeque dissonis vocibus, clamoribus, cantu, saltu, ut fit in magnis et florentibus urbibus, perstrepit. (חליל – מלחה) Sed urbs haec florens, et laeto strepitu plena, nunc ab hoste cingitur et obsidetur: quod poeta ita enunciat, ut dicat, durante urbis obsidione plures ingenti fame pressos morituros esse *inedia*, et cibariorum et commeatus penuria, non a gladio hostili sed a fame victos misere perituros. Sic Ieremias Thren. IV, 9. *melior*, inquit, *fuit fors* חיל רַב *confosorum gladio*, *quam* כחלי רַע *confosorum fame*. — „In gente bellicosa nihil magis honorisicum habetur, quam pro patria mori, et proelio confici, nec facile mater condoluit fato filii, qui in pugna obiit. Sed non ea felicitate fruuntur Iudei, verum aut in fuga pereunt, aut captivi (quod longe videtur funestius) abducuntur, vs. 3.“ DOEDERLEIN ad h. l.

3. מִקְשָׁה אָסְרוֹ „LXX συληγεως δεδεμενοι αστιν Vulg. dure ligati sunt quasi a την περιφερεια. Sed hoc non ago: illud docere volui: verbum רַסֶּא, ligare, poni pro captivum ducere, ut Arabic.

رسی. Abulphar. قُتْلَ وَمُنْقَصِّرَ مِنْ مُهْبِطٍ، partim imperfecti sunt, partim capti. Sed hoc pluribus exemplis docui ad Ios. X, 10. ubi etiam sic sumi coniicio. Observes etiam velim ex hoc loco usum pulcherrimum particulae יְחִידָה, quam non advertunt hic interpretes: cuncti principes tui fugerunt, partim, ita יְחִידָה verto, a sagittariis capti sunt: omnes qui inventi sunt in te, captivi partim sunt abdueti, aut procul aufugerunt. At LXX. cur נִמְצָאֵךְ reddunt iuxantes εἰ σα? forte hue facit, quod Arabic. وجد idem quod οὐτοι, invenire et sufficientem esse, de divitiis et opulentii usurpat. Des suffisans.“ SCHVLTENS in Animadvers. Philologg. ad h. l. — Paullo aliter DOEDERLEIN haec verba accipit: vertit totum comma ita: duces tui gregatim tela refugiunt: sed deprehenduntur in fuga, et, si vel lengius au-fugerint, catenis tenentur: et in nota subiecta addit: „facilis est sensus, si ηώρατο iungatur voci, בְּדָרו, fugiunt ab arcu, i. e. telo vid. Cap. praec. vs. 14. Praefecti provincierum, adventantibus Assyriis, fuga sibi consulebant, sed correpti ab exercitu hostili detinebantur.“ HVBIGANTIVS ad verba מִקְשָׁה אָסְרוֹ haec habet: „male punctum Athnach subdit; nam prius membrum finitur in vocabulo מִקְשָׁה; quod quidem non latuit Grotium. Sed idem Grotius non recte אָסְרוֹ, ligati sunt, seu coniurarunt inter se, ut fugam caperent. Nam talis significatus sine exemplo est non modo in hebraica lingua, sed in ceteris veteribus linguis. Quod si vertas, ligati sunt, tanquam in vincula coniecti, quomodo stabit longe fugerunt, quod mox sequitur? Ergo non recusandum, quin legatur הַטְרָה, הוֹסְרוֹ, retro acti sunt, vel pedem retro retulere, ut id concordet cum בְּרַחוֹ, fugerunt.“ Consentit cum HVBIGANTIO per omnia LOWTHVS, qui praeterea Chaldaeum ut sententiae suae patrocinantem

adducit, qui habet נָלֹךְ, quod verbum cum interprete latine in Polygl. vertit *transmigraverunt*. Sed audiamus KOCHERVM, qui hanc sententiam haud male refellit: מִקְרָבֵן אַסְרוּ, procul ab arcu, h. e. inermes imbellesque ac sine proelio, vincti sunt, fugitivi, dumque fugiunt deprehensi. נָלֹךְ, ex, a, ab; nec raro negative, *procul*, a, *sine*. Hubigantii somnium, הַסְרֵת הַשְׁקָדָה, ab arcu remoti sunt, fugerunt, recens placuerit, vix placitum posteris. Nec erat, cur appellaretur Chaldaeus, apud quem priori אַסְרוּ respondet בָּלֶר, captivi iverunt, alteri אַחֲקָטָרָא, imperfecti sunt; illa figura, quem dicunt ab antecedente id quod sequitur, itaque suum hunc sensum dare, vocem reddere voluisse vides.« KOPPIVS מִקְשָׁת בְּרוּדָם אַסְרוּ elliptice positum putat pro: VITRINGA supplere mallet vel: תְּהַשֵּׁת הַקְרָבָה, ligati sunt, ita ut non possint tractare arcum, vel: אַסְרוּ מַדְרָכֵי קַשְׁתָּה ligati sunt ab iis, qui arcum tractant. Mihi quidem optime placet ea interpretatio, quam Kocherus proposuit.

4. פְּשָׁע) Avertite vos a me, vani consolatores, פֵּי XXXIX, 14. Job. VII, 19. אַמְדָר בְּבָci. amare, acerbe agam in fletu, i. e. acerbe flebo. (אל-חַאִצּוֹ לְנַחֲמָנִי) Ne urgeatis, aut instetis (Genes. XIX, 15), me consolari. עַל שֶׁד בְּהַעֲמִי) Per filiam populi sui poeta haud dubie intelligit Hierosolymorum urbem, quam Ieremias promitue appellat, filiam Iudeae, filiam Zionis, filiam populi sui, Thren. II, 2. 10. 13. III, 48. Ad vocem שְׁדָה DE ROSSI haec habet: «pro שֶׁד legunt שְׁבָר, contritione, cod. Kennicott. 225., LXX., Syr. Chald. Codex meus 319. ad marginem: alii libri שְׁבָר נָמִים. Addo apud Ieremiam Cap. IV. v. 10. legi שְׁבָר בְּחַעֲמִים.

5. נִזְחָמָן, vallem visionis, valles esse Hierosolymae subiectas, omnes sere consentiunt; unde autem nomen accepterint, et quid illud significet, inter eos non constat. Nomen ipsum נִזְחָמָן non nisi semel, sed aliis vocalibus scriptum, נִזְחָמָן, occurrit, 2 Sam. VII, 17., quarum tamen nulla ratio videtur habenda, cum non pateat, qua ex causa  
aliae

aliae hic Masorethis, aliae illuc placuerint. — Vitrings, quem multi fecuti sunt, putat, Hierosolyma ita appellata esse ideo, quod sedes prophetarum ibi esset. WAEHNERVS, in Dissertat. de valle spectaculorum, ubi aliorum quoque sententias enarrat, interpretatur, vallem, in qua castra Assyriorum spectabantur. Singularem sententiam, cui Hezelius quoque adsentitus est, MICHAELIS profert in Supplem. ad Lexx. Hebrr. P. III. p. 704: „חוֹרֵן, visio, inquit, versio „videtur nominis proprii, מורה, monti Moriae, subiectiss. „que vallibus ideo inditi, quod Deus ibi olim Abrahamo et „Davidi adparuit, vid. Genes. XXII, 1. 14. et 2 Paral. III, 1. „ubi אשר נראה לדריך אביהו, quo in loco adparuit Davidi „patri eius, illustrando nomini addi videtur. Certe Samari- „titani terram Moria Genes. XXII, 1. אָרֶדֶת חַוִּה vocant, „nostro loco convenientissime, ut recte dixeris, vallem Mo- „riae, monti subiectam non Iudaico Iesaiam sed Samaritano „nomine vocare. Samaritanum si est, aliquid opprobrii „habere videbitur, ut plura alia, מבהש pro מקרש, etc. at- „que et a propheta in ignominiam ponи. Nempe חַוִּה „ambiguum: visionem Dei significare potest, a חַוִּה, vidi, „sed et pudorem, i. e. idola turpia illa in valle, humanis „sdeo sacrificiis, culta, a خَنْجِي, pudore, ignominia affe- „cit, dedecoravit.“ — Vox מִכְרָת in septem codicibus Kennicotti, ac prima manu in uno de Rossi abest. מִקְרָךְ קָר יְשֻׁעָא־הַהֲרָה (Mikra'ek Kar Yesha'a-haRa) Voces varie reddunt: Plerique recentiorum sub קָר murum urbis intelligunt, Vul- gato, Chaldaeo, Syroque praeuentibus: et מִקְרָךְ reddunt destruens, qua significatione idem verbum sumendum pu- tant Num. XXIV, 17., unde vertunt: dies est destruenter murum. — Aliter SCHULTENSIVS in Animadvers. Philologg. ad h. l.: „Ad Num. 24: 17., is inquit, ostendi, קָרְךְ struere convenienter posse notare (ex Arab. قر، quiavit, „in II. et IV. coniugat. firmavit, firmiter exstruxit). Ea si- „gnificatio et hic convenit: dies est perplexitatis et confusio-

„nis. *Est, qui reparat murum. Est, qui clamat montes petrite.* Hic est tensus: in tanta ex hostis adventu perturbatione aliquos ad fugam se parare, aliquos ad defensionem, ex clamando, murum esse resarcendum. Hoc plane convenit cum vs. 10. ubi domos dicuntur deieciisse, גַּבְצָר הַחֲרֹםה, „ad murum muniendum.“ Hanc sententiam fecutus etiam est Dathius. Sed recte mihi observasse videtur Henslerus, murum urbis semper חומתesse, nusquam קָרָב. Ipse vero hanc vocem parietem reddit, et קָרָב confert cum Arab.

גַּבְצָר, sonum cum murmure edidit, perstrepuit nubes tonitru et murmure (vid. CASTELLI Lexic. Heptagl. p. 3429. 31. No. 40. 47.): מִקְרָב pro participio Piel sumit, ubi verbum significationem transitivam accipit, et ad יָמָן refert, ut haec versio prodeat: *dies ille calamitatis et perturbationis resonare facit parietes*, i. e. parietes domuum urbis oblessae incolarum clamoribus: quod optime convenit sequenti וּשְׁוֹעֵן אֶל־הַהָר: unde et ego huic interpretationi accedere non dubito. SICDOECKERLEIN quoque: *murus tumultu resonat; clamor it ad montem*: confert Virgilii similem imaginem, Aeneid. IV, 668. *Resonat magnis plangoribus aether.* — Pro עַיִש Michaelis, cui adsentitur Henslerus, עַיִשׂ et adclamat legere mallet, Syri autoritate permotus, לְבָנָה ponentis: Vogelius רַשְׁוֹאָה עַד־הָר et vastantis in montibus: vtrumque sine necessitate, ut puto.

6. Hostes occupant Iudeam et valles Hierosolymitanas. עַילָם, Persidis regio, vid. supra XI, II. XXI, 2. וְרַכְבָב אֶדֶם פְּשָׁמֶן (ברכב אֶדֶם) Ad haec verba HUBIGANTIUS: וְרַכְבָב אֶדֶם פְּרַשְׁיִט, et Aramaeus concendit equos. Assumimus, וְרַכְבָב, ex graecis interpretibus, qui, καὶ ἀναβάται, et ascensores: אֶדֶם vero, pro אֶדֶם, ex propheta Amos, Cap. IX, 7. ubi legitur מִקְרָב וְרַכְבָב קִיר, et Aramaeum e Kiro, ut Iesaias iungat similiter Aramaeos cum Cyrenensibus, de quibus mox. אֶדֶם, homo, nomen commune, locum habere vix potest inter duo nomina propria *Aelamitam et Cyraeum.*“

Lowthus,

Lowthus, cui רכב אָדָם currus hominum sensum aptum admittere non videtur, legere mavult curribus ברכב אָדָם ופְּרַשׁ Syrorum et equitibus. Sed bene Kocherus: רכב אָדָם non ablurde dicitur currus hominis, quo homo vehatur; quamquam vectoram hominum dicere malo, sive in vectos curribus seu equis homines velis. Atque lectio nnamini testium, in quibus etiam Aquila et Theodosio inveniuntur, consensu probata, consimili insuper locutione רכב אִישׁ Cap. XXI, 9. confirmatur.<sup>4</sup> Michaelis pro אָדָם legens אָדָם, ruber, fuscus, vertit: vectura equorum rubrorum, i. e. terribilium, equites adveniunt. Sine necessitate, ut vidimus. Ceterum observandum adhuc in quinque codd. Kennicottianis, totidemque Rossianis, nec non nonnullis libris impressis, ante פרשימים particulam ר inveniri. Sed saepe omissam esse hanc particulam, ubi eam exspectares, praesertim in stylo poetico, iam saepius observavimus. קיר ערָה מְנֻן (וּקְרֵר ערָה מְנֻן) quidam ut proprium nomen reddunt, quidam ut appellativum. Illi ita verba reddunt: Kir denudat clypeum, i. e. depromit, extrahit clypeum suis ex involucris, parans se ad bellum. Kir autem est gens aliqua Mediae vel Assyriae, Elymaeis proxima, ut clarissime patet ex Am. I, 5. coll. cum 2 Regg. XVI, 9. ubi Syri a Tiglath-Pulassare dicuntur abducendi et abducti esse קיר הiram versus. Non improbabilis est Hensleri sententia, קיר esse regionem ad fluvium Kur, Graecis Κύρος, qui in mare Caspium effunditur. DOEDERLEIN vertit: Kir fervet in clypeis, ad quae in nota: „ערָה a rad. צור five ערָה, fervore, derivandum videtur. Eadem metaphora Virgilius: Iulus ardet in arma.“ LUDOV. BE DIEU ערָה illistrandum putat ex lingua Aethiopica, ubi verbum hoc usurpatum pro planum, leve, glabrum, aequale facere, unde vertit: et Kir laevigavit, polivit clypeum, et confert similem dictio nem supra XXI, 5. מְשֻׁחָה מְנֻן. Sed non est arcessendum e longinquo auxilium, ubi indigena sufficiunt. — Sunt vero, qui קיר parietem vertant, et ערָה significatione דְּבָק applicavit, coninxit, acceperunt, sensu hoc: Elam (quae vox in

in initio versus est) ad muros urbis appendit clypeum suum. Ita Chaldaeus quoque verba nostra accepit; sed male, nam nec קיר, nec ערד illam significationem habet. KOPPIVS verit: *murus urbis denudatus est clypeis*, auf der Mauer sieht man keinen Schild.

(וַיֹּאמֶר מִבְּחָרֵךְ עַמְקִיד מִלְאָר רַכְבָּךְ 7.) Affixum foeminiuum vocis (עַמְקִיד, docet nos, sermonem converti ad urbem Hierosolymorum. Valles huic urbi subiectas delectas, i. e. fertiles, amoenas, hominum cultura, laudat. Hae vero nunc ab hostibus occupantur et vastantur.) והפרשים שהה שערה השרעה HVBIGANTIVS: „verba השׁוֹר שׁ male in hod. codd. dissociantur, cum השׁ non significet sedem, vel stationem. Chaldaeus et Syrus coniunctae legunt תְּשַׁחַשׁ, duplicatis verbis השׁ litteris, stationem habent, vel, castra ponunt, in ipsis portis Ierusalem.“ Sed תְּשׁ stationem significare, nemini, quantum ego scio, in mentem venit; השׁ est notissimus Hebraismus: ponendo posuerunt scil. נצֵב, praefidium (cf. eandem ellipsis, i Chron. XVIII, 6. 13.), hostes intellige, urbem obsidentes, ad portam; arctissime cingunt urbem.

(וַיֹּאמֶר אֶת מִסְרָא יְהוָה 8.) SCHVLTENSIVS in libello de Defectt. hod. ling. Hebr., adnexo Origg. Hebr. p. 427. §. 258. „Aqua haeret doctis interpretibus in figura hac declaranda. Plurimi retulerunt ad propugnacula et munimenta Iudeae expugnanda. Alii de thesauris expromendis et erogandis cogitarunt, illue etiam inclinante VITRINGA. Non fecisset, si ampliorem habuisset conspectum veli remori aut scissi in styligato Arabum, quo signatur miseria et ignominia extrema. Sed loquantur exempla. Achm. Arabiadis Histor. Timuri, p. 129. ed. Golii: misimus ac vos hanc epistolam: vos ei quanzocius respondere قليل أن ينـ كـشـقـ الغـطـاءـ وـلـمـ يـبـقـ لـكـمـ دـاقـيـةـ

، antequam retegatur velum, et ne tenuissimae quidem reliquiae vobis supersint. Agitur de litteris Tammerlanis ad Sultanum Aegypti missis, quibus se suaque omnia

omnia dedere monebatur, antequam modis omnibus viola-  
retur et victoris exercitus furori exponeretur. Similiter Hu-  
lincu Tatarus, ad Halebi Dominum apud Abulpharag. p. 529.  
Aliorum exemplo docti, qui male perierunt resistendo, res ve-  
stras dedire nobis, قيل أن ينكشف الغطاء, antequam  
retegatur velum, et recidat in vos peccatum vestrum: nos  
enim non misericordia conquerentis, nec tenero affectu commove-  
mur erga plorantem. Additur pro commentatorio illius velt  
retegendi, quod hic neutquam praetereundum, iam regio-  
nes vastavimus, homines perdidimus, liberos orphanos feci-  
mus, et desolata omnia reliquimus.“ Et postquam Schulten-  
sius locutionis huius ortum et progressum plurimis exem-  
plis illustrasset, ita pergit: apparet hinc, imaginem veli re-  
moti, aut scissi desumptam esse a virginibus et matronis pu-  
dicis, quum vexantur, violantur, et omni ludibrio adficiun-  
tur, ac proinde cumulum miseriae atque ignominiae ob Esaiā  
intendi, quum Iudeae, velum retegendum esse comminatur.“  
Integrum hunc ex Schultensio locum attuli, quia video, ip-  
sum ab interpretibus post Schultensium plane esse negle-  
ctum, quum tamen hac interpretatione nil verius esse possit,  
nisi certius. רוחכת היום ההוא אל נשק ביהדות עיר (Respicies  
illo tempore armaturam domus saltus. Domus sylvae hic est  
eadem, quae in historia Salomonis i Regg. VII, 2.  
בוח יער הלבנון domus saltus Libani vocatur, in qua rex, in  
omnibus rebus splendidus, reposuisse dicitur armaturam  
pretiosissimam, quam parari iusserrat i Regg. X, 17., vide-  
turque domus illa hunc usum deinceps etiam retinuisse. In  
historia urbis apud Nehemiah Cap. III, 19. simpliciter dici-  
tur נשק, elliptice pro נשק, armamentarium; patetque  
ex illo loco, domum hanc exstructam fuisse in orientali eli-  
mate sive in clivo montis Zionis, qui Ophel dicebatur, iuxta  
angulum muri urbis orientalem et australem. Nomen domus  
saltus Libani illi inditum erat haud dubie nulla alia ex cau-  
sa, quam quod ex ligno cedrino exstructa erat tota, et qui-  
dein

dem supra quatuor ordines quindenarum crassarum columnarum cedrinarum. Fuit enim primo et proprie demus refrigerii a Salomone parata causa voluptatis ad liberiora aeris spiramenta captanda.

9. (וְאַחֲרֵ בָּקָרִי—בַּיְרָבוֹ) *Et fissuras urbis Davidis inspici-  
tis, quia multae sunt.* Elliptica locutio, vult dicere fissuras  
muri urbis Davidis: per quam constat, phrasí recepta histoi-  
riae sacrae, intelligi montem Tisionis cum clivo orientali ei  
subiecto, quem David, Iebusaeis extortum, proprio muro  
circumdedidit totum (2 Sam. V, 9.), cui Iosephus, *Bell. Iud.*  
*Lib. VI. Cap. VI.*, *sexaginta* turres dat: faciebat autem  
partem australē urbis Hierosolymae. Has *fissuras* poeta  
vult Hierosolymitanos *videre*, h. e. diligenter inspicere,  
considerare, quatenus urbi nocivae esse possent, et qua optima  
ratione refici ac provideri. (וְהַקְבִּז—הַחֲחוֹנָה) Obturabunt  
cives Hierosolymani omnes meatus et aquae ductus,  
per quos *piscina inferior* ad varios usus extra urbem late se  
effundebat; conf. omnino not. ad Cap. VII, 3. — Pro  
תְּקִבְצָן unus cod. Kennic. legit in marg.

10. Recensabitis et recensendo diligenter inspectabitis  
domos Hierosolymitanas, et videbitis, quae eorum cum mi-  
nimo urbis detimento et in usum commodissimum dirui  
possint ad murum reparandum, muniendumque turribus.  
Conf. 2 Chron. XXXII, 2. seqq. ubi ratio, qua Hiskias ur-  
bem contra hostes munivit, enarratur, plane cum nostro  
vate consentiens.

11. (וְמִקְוָה—הַיְשָׁנָה) „Sensus est, regem fontem Gihonis  
sive Siloami, qui erat extra urbem proxime occiduum  
tractum montis Tisionis, ex cuius radicibus scaturiebat, cir-  
cumdaturum esse muro, qui utrinque muro Zionis iungere-  
tur, et inter duos muros facturum magnam scrobem, in  
quam derivaret aquas *piscinae veteris*, h. e. regiae, ne ho-  
sibus Assyriis in usum prodesset, et, ut haberet fons, quo  
fe

se exoneraret, obturatis eius profluviis versus vererem illam piscinam: vel, regem per canales subterraneos aquas fontis Siloae ducturum esse in ipsam urbem superiorē, excisa ibi piscina in uīm harum aquarū, quae tegeretur a duobus muris, exteriore et interiore.“ Ita VITRINGA comma hoc illustrat ex collatione cum 2 Chron. XXXII, 2. seqq. et aliorum locorum, urbis Hierosolymae topographiam spectantium, quae omnia hic adducere et illustrare nimis longum foret. ראיות הבטחה לא ראיות (אriter nunc reprehendit Hierosolymorum incolas, qui non tam Iehovae auxilio, quam suorum ipsorum prudentiae considerent, et, cum in hac communi calamitate ieiuniis et luctu publico Iehovae iram placare debuissent (vid. vs. 13. 14.), securitati se dantes, commissionibus et potationibus indulgerent. ראיות הבטחת אל עשו, non suspexitis ad illum, qui fecerat eam, nempe urbem Hierosolymam. — וריאה מרוחק לא ראיות, et operatorem eius de longe, eum, qui pridem urbis eius condendae auctor fuit, non videris, non curatis.

12. Postulat hoc tempus lacrymas planctumque et crinum divulsionem vestiuinque lugubrem. קרהה, calvities, in luctu funebri erat vetita, non in publico malo, vid. Mich. I, 16.

13. Sed vos convivia et tripudia agitatis! — Vel, quod urbem sat munitam esse iam putarent, satque necessariis omnibus instructam, ad obsidionem, si opus esset, tolerandam; vel quod Sardanapali more etiam ante extremam cladem genio indulgendum censerent.

14. (וְנִגְלַת בָּאֹזְנוֹ יְהוָה צְבָאָה) Propr. revelatus est in aribus meis Iehovah, i. e. revelavit se Iehovah mihi: ניגלה est sumendum sensu reciproco, ut 1 Sam. II, 27. III, 21. eadem locutione. Inutilis igitur est Lowthi coniectura, באזני יְהוָה קָול vocem de esse. — Ceterum observandum est, Alexandrinos et Syrum non etulisse בָּאֹזְנוֹ, sed ut

ut sensus sit: *revelatum est in auribus Iehovae*, scil. quod Israelitæ turpi securitati sese tradunt, Iehovæ, Dei sui, oblii. Id Michaeli quoque, Koppio, Dathio, et Doederlinio placet. Accenset EICHHORN *Einleit. in das alte Testam.* P. I. §. 218. hanc varietatem iis locis, quae in textu Hebraico ad Paraphrasin Chaldaeam punctata sunt, אַמְשִׁיךְפֶּר הָעֵן הַזֶּה לְכֻם עֲדַחְמֹתָה Elliptice: *si vobis expietur haec iniquitas, usque quo moriamini* — sequi deberet, *non vivam!* ut saepe vidimus. — Per totam vitam eos, qui haec fecerunt, poenæ sequentur.

---

CAP. XXII. 1. (*Oraculum in vallem visionis*). *Quid tibi nunc est, ut universa in tecta ascenderis?*

2. *Vociferationibus plena, civitas strepera, urbs laeta? Occisi tui non sunt confosci gladio, neque in acie mortui.*

3. *Omnis principes tui partim fugerunt, partim a sagittariis capti sunt: omnes incolae vel captivi sunt abducti, vel procul aufugerunt.*

4. *Propterea dixi: avertite vos a me, amaro fletui meo indulgebo, ne tentate, me solari, ob vastationem populi mei.*

5. *Etenim dies perturbationis, vastationis et trepidationis adeat a Domino Iehovah omnipotente in valle visionis. Murus tumultu resonat, clamor it ad montem!*

6. *Elamitæ gestant pharetras; cum curribus adsunt homines et equites; Kir nudat clypeum.*

7. *Amoenissimæ tuae valles refertæ sunt curribus, equites obsident portas.*

8. *Retectum est velum Iadae, et vos respicitis ad armæ domus sylvae.*

9. *Videtis multas esse rupturas urbis Davidicæ, aquas piscinae inferioris colligitis.*

10. Numeratis domos Hierosolymorum, diruitis eas ad  
sacienda moenia.

11. Lacum facitis inter duos muros recipiendis aquis  
piscinae veteris. — Sed non respicitis ad eius auctorem, ne-  
que attenditis ad eum, qui haec inde a tempore longinquo  
praeparavit.

12. Vocavit vos Dominus Iehova, summus imperator,  
ad planctum, ad calviciem, atque ad induendum saccum.

13. Sed en! gaudium et laetitia! Mactantur boves, iu-  
gulantur oves, editur, bibitur! — Edamus et bibamus, nam  
eras moriemur!

14. Sed revelavit mihi Iehovah, exercituum dominus.  
Profecto non ignoscetur vobis hoc scelus, donec moriamini! —  
Sic fatus est Iehovah, summus imperator!

---

CARMEN VIGESIMVM  
SECUNDVM.

(CAP. XXII. vs. 15. usque ad fin.)

*Argumentum.*

**F**uit Hiskiae praefectus palatii, Sebna nomine, inter malos et impios illius temporis proceres haud dubie primarius. Huic propheta hoc carmine praenunciat, cum cum turba eorum, qui ipsi adhaererent, a praesenti dignitatis statu iri turbatum et ex terra Cananaea depulsum in oras externas; frustra igitur esse, quod sibi et familiae suae sepulchrum tam splendidum Hierosolymis extruderet (vs. 15—19.). In eius locum substituetur Eliakimus, qui genti suae magno praesidio erit (vs. 20—24.). Epilogus, quo propheta sententiam in Sebnam confirmat, oraculum hoc concludit (vs. 25.).

Hoc oraculum editum esse, antequam Senacheribus Hierosolyma obvideret, pater ex eo, quod infra XXXVI, 3. 22. XXXVII, 2. Eliakimum iam ea dignitate, quam Sebna antea obtinuerat, ornatum ad Senacheribum missum legimus.

---

15. **(אָלַחֲסָכִנּוּ עַל־הַבִּיחָה)** Difficultatem in hoc commate interpretibus creavit vox סוכן, ἀπαξ λεγομένη, quod aliqui veterum, non verterunt, sed retinuerunt, Syrus σύκον, Theodotion σωκην. Qui interpretantur, in duas classes divisi. 1) Aliqui pro nomine loci seu aedium habuerunt, quas ingredi Iesaiam iubeat Deus. Sic quidem Alexandrini, παροφερον ponentes, i. e. five cubiculum, five porticum:

πορευον ἐς το πικοφεριον πέρος Σομνων τον γραμματεαν, vel ταμιαν.  
 Commendat interpretationem diversa constructio nominum,  
 סוכָה cum הַלָּא, nominis proprii שׁכְנָה cum לְעֵ; tres tamen  
 eodd. utrobique הַנָּה habent. Qui sic interpretabantur, סוכָן  
 ad פרכה, rugurium, tentorium, videntur retulisse. Et haec  
 quidem sententia inter ceteras, adhuc memorandas, mihi  
 maxime probabilis videtur. 2) Plerisque hominis mune-  
 risque nomen visum, sed his quoque interpretatione valde  
 diversis. Vulgatus: *ad eum, qui habitat in tabernaculo,*  
*Hieronymusque in commentario: praecipitur prophetae, ut*  
*ingrediatur ad eum, qui habitat in tabernaculo, quod Hebrae-*  
*ce dicitur Sochen.* Tabernaculi nomine, ut ex his quae se-  
 quuntur, colligere est, thalamum (conclave aliquod) templi  
 intelligit, *in quo habitat praepositus templi*, male ille qui-  
 dem, cum versus 21. 22. nos doceat, domum, cui Sebna  
 praefectus, non templum fuisse, sed domum Davidis, palat-  
 ium. Ceterum et hic ad סוכָה retulit. Proximus illi, sed  
 obscurior, Aquila, πέρος τον σκηνηστα, conf. et CASTELLI Lexic.  
*Syriac.* a Michaeli editum, p. 596. — Σκηνηστα, rugu-  
 ria facientem, ex eodem סוכָה, vertit Symmachus, obscu-  
 rum, quo sensu. פֶּרֶגֶת אָ Chaldaeus vertit, forte, distribu-  
 torem alimentorum, dispensatorem, alimentorum thesauris  
 praefectionem intelligens, a פֶּרֶגֶת alere ita Chaldaeis dictum.  
 Sic fere et Vitrunga promum condum vertit. MICHAELIS, in  
*Supplementt. ad Lexx. Hebrr. P. V. p. 1756.*, duo proponit  
 derivatione diversa, re eadem: „שְׁכָנָה, inquit, si significavit,  
 ut Arabic. ﺱَكِنَ, familiaris fuit, familiarem regis intelle-  
 xerim, i. e. amicum, cum quo conversari solet, non tam  
 consiliarium, quam aulicum, sed qui bona suadere aut mala  
 multa potest, populi et pater esse, et hostis. — Haec signi-  
 ficatio verbi si dubia, possis mutatis vocalibus סְכָנָה ad  
 referre, non iam, rugurium, sed ex octava significatione p.  
 1747. adytum, recessus intimior regis, cubiculum, ut nos di-  
 cimus. Sic eadem manente sententia erit cubicularius, no-  
 niski seculi vocabulis, Cammerherr, Chambellan.<sup>4</sup> Praferen-

da mihi quidem videtur Doederlinii interpretatio, *mandavit mihi Iehova, ut adirem artificem quendam, qui operas exercebat, pro Sebna etc.* „Vates, addit in nota subiecta, non adit Sebnam, ut vulgo statuitur, sed סֵבְנָה, *artificem*, quem in sruendo mausoleo Sebnae occupatum videbat. De voce סֵבְנָה conf. Eccles. IX, 15. 16. ubi sine dubio hominem laboris studiosum significat.“ Sed huic sententiae obstare puto, quod in iis, quae proxime sequuntur, non ad artificem, sed ad Sebnam ipsum manifeste oratio convertatur. — Sunt, qui *Sebnam*, cuius hic mentio fit, eundem existimant virum esse, qui in historia Hiskiae ad *Tarthanem* et *Rabfacen*, et deinceps ad Iesaiam cum *Eliakimo* iam tum palatii praefecto, delegatus fuisse dicitur, et appellatur שֵׁבְנָה, *Sebna Scriba*, 2 Regg. XVIII, 18. 26. XIX, 2., sed id rem rite expendentibus, parum videri queat probabile. Nec enim videtur, salva dignitate sua, ex superiore praefectura in inferiorem detrudi potuisse; nec Hiskias rex in causa tam difficulti et dubia, maxime in legatione ad Iesaiam, uti voluisse opera viri, cuius probitas, religio et in prophetam affectus, ipsi explorata non essent. Putem igitur omnino cum Vitringa, hunc alium fuisse, a priore diversum, licet cognominem. — Sub finem commatis codd. Kennicott. duo habent רַאֲמֹרָה אֶלְיוֹן: concinunt Alexandrini, οὐαὶ σίκος αὐτῷ, et reliqui veteres interpretes, praeter Saadiam. Nec tamen necessarium est, haec verba textui inserere, quod Lowthus vult, cum horum vocabulorum omissione nil frequentius sit in libris Hebraicis, vid. e. c. Ps. II, 3. supra XIV, 8. et vel ipso hoc cap. XXII, 13.

16. Reprehendit propheta fastum et superbiam huius hominis, qui de status fortunarumque suarum stabilitate tantam animo conceperat fiduciam, ut sepulchrum splendidum et magnificum sibi condere statueret. צִבְנָה, *excidens*, i. e. excidi sibi curavit regale monumentum: Jod paragogicum ut Genes. XLIX, 11. מְרוּם *altitudinem*, i. e. in alta pe- tra,

tra, conf. Hab. II, 9. חַקְרִי בְּסָלָע מַשְׁכֵן לוֹ (חַקְרִי) *indicans*, designans, ut infra XLIX, 16. Ezech. IV, 1. Ante חַקְרִי subintelligas oportet relativum שָׁרֶב. Sie enim postulat pronominis e secunda in tertiam personam transitus, unde dictio nostra resolvenda est hoc modo: o tu, qui ille es, qui designavit sibi etc. conf. Obad. III. Habac. II, 15. Ps. LXV, 7. vid. SCHROEDERI Institt. in *Syntaxi pronominum reg.* XLIII. מַשְׁכֵן hic esse sepulchrum, et proorsus respondere קָרְבָּן, multis exemplis ex scriptoribus Arabicis probavit SCHULTENSIVS in *Animadverff. Philologg.* ad h. l. Sic e. c. in Historia Faudadae, virginis eruditae, quod prius قَبْر dictum erat mox nomine كَنْسَة insignitur; nam Arabicum كَنْسَة tam habitare, quam decumbere in sepulchro, sepeliri denotat. Nec minus voces بَيْت , لَمْ , يَجِدْ , mansionem simul et sepulchrum denotant: exempla iatis multa praebet SCHULTENSIVS l. c. Hebraeorum autem sepulchra, saltem honestiora, quaeque familiis principibus patria erant et gentilitia, speluncae erant ampliae, sub terra, ex nativa rupe, arte manuque excavatae, laqueari testudinato, quaedam tam spatiose, ut columnis suffulcarentur. Multa huiusmodi conditoria etiamnum in Iudea visuntur; duo prae ceteris magnifica, quae regum habentur sepulchra, alterum in ipsis Hierosolymis cellas habens viginti quatuor; alterum bis totidem continens, in urbis pomoerio. Conf. MAVNDRELL *Itiner.* p. 76. ARVIEUX *Memoires.* T. II. passim.

17. גָּבָר טַלְטָלָה (טַלְטָלָה גָּבָר) Propr. *proicit te proiciendo, robore* (nam גָּבָר propr. est *robur, virtus*, hinc per synecdochen deum, *vir, robustus*, conf. STORRII *Observat. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 80), i. e. proicit te vehementer, fortiter; ex consueto Hebraeorum idiotismo, quem multis exposuit Storrius, lib. cit. p. 328. coll. p. 318. seqq. עֲתָה עֲתָה Omnes fere interpres עֲתָה hic reddunt operire; sed perperam. Bene monet STORRIVS, l. c. p. 317.

conferendum esse Arabum **ل**, prehendit: certe significatio prehendendi aptissima est ad imaginem pilae projectae, vs. sequ. Hinc erit vertendum: *prehendit te prehendendo*, i. e. valide, ex illa linguae Hebraicae proprietate, qua pro adverbio intendendi infinitivus *coniugarus* ita additur, ut vim gerundii *indo* obtineat, v. c. Esaj. LXVI, 10. *laetamini cum ea laetando*, ωψω, i. e. vehementer gaudete; Ierem. XLVI, 5. *fugiendo fugiunt*, i. e. concitate fugiunt. Et quamquam huiusmodi dictiovis usu saepe ita minuitur, ut infinitivus adiunctus nihil ad verbi potestatem addat; nostro tamen loco infinitivum non omni vi destitutum esse et antecedentia, vs. 17. et consequentia, vs. 18., quae certe emphatica sunt, docent.

18. (צְנַח יָצַקְפֵּךְ צְנַח) Male interpretes nonnulli venum vertunt *volutare*, cum tamen צְנַח nihil significet, praeter *obvolvere*, ut patet ex Levit. XVI, 4. et derivatis נִצְבֵּא et נִצְבֵּא. Itaque potius vertendum: *obvolvendo obvolvet te obvolutione* (coniungitur hic infinitivus generis masculini et feminini) tanquam pilam, h. e. in figuram quasi globatam te colliget, quo facilius te loco deturbare sc per regiones dispergere possit. זָר, coll. Arab. حَوْر, *circumegit, in gyrum egit, in orbem egit, pilam* significat a *rotunditate*, vel quod *circumagatur*, ut גָּלְבֶל a נָגָב, conf. SCHVLTENSIVM in *Animadverg. Phil. ad h. l.* Iehova saepe dicitur *impios* habere tanquam *pilas*, veluti Ps. LXXXIII, 14. Quod autem sequitur, תְּהִזְבֵּחַ אֶרְץ לְאָ, ita est intelligendum: ut *pila*, in aequum et latum campum a valida manu projecta longe excurrit, dum *impetu lata*, nullum offendit repergulum; sic projectum a manu Iehovae Sebnam in longe distitas delapsorum oras.

19. Quia pro זָרְהָא Syrus et Vulgatus in prima persona verterunt, Lowthus ita reponendum censet in textu hebreo, quod prima persona praecedit. Sed Zepius iam vidimus,

dimus, veluti supra I, 29., vatibus Hebraeis subitum transi-  
tum ab una persona ad alteram solennem esse. Nec certum  
quidem est, Syrum et Vulgatum vere primam personam le-  
gisse: solent enim hi interpretes, non minus quam nostri,  
permutationes illas sibi insolitas vitare. Sic Alexandrinis  
verbis utrumque persona secunda passiva reddere placuit.

21. יהלבשתיו—אחוּכוֹן Fuerunt haud dubie summae dignitati praefecti praetorio propriae et privae vestes singularis ornatus, pro more veterum, et Orientalium hodiernorum, vid. PAULSEN von der Regierung der Morgenländer, p. 450. seqq. Casaubonus ad Locum Athenaei Lib. I. Cap. XXIII, in quo Persarum rex Themistocli inter alia dona dedisse fertur σολην γαμβέων, haec adscriptis: *lege et moribus distincta erant apud Persas vestimenta: alia fuit regi propria vestis, alia regis cognatis conveniens, alia eius generis et affinibus, alia amicis et proceribus.* Is mos est in aulam Imperatorum Orientis postea translatus — — — ut apud Latinos Ornamenta consularia, praetoria etc. (ויהה לאב ליוושב ירשלים) יהב collective est sumendum. Quatuor codd. Kennicotiani, duoque Rossiani, ליוושבי, in Plurali, habent. Sed ex eo, quod Alexandrini cum ceteris interpretibus veteribus in plurali verterunt, nil certi potest colligi.

22. שבעם על דוד ביה מפחה Clavis signum est curas et administrationis, nec non potestatis in ordinando gubernandoque statu totius familiae. Poterat quoque esse symbolum praefecture palatii, et fortasse palatii praefecti vel clavem gestarunt, vel acceperunt solenni aliquo ritu, ubi muneri suo inaugurarantur. Certe non abludit a moribus gentium etiam antiquarum; et praefectos praetorio apud celebriores populos insignes fuisse quibusdam exterioribus sive symbolis sive ornamentis dignitatis, res nota est. Ne vero quisquam offendatur in eo, quod noster clavem humeris Eliakimi imponendam dicit, observandum est, veterum claves ita fuisse formatas, ut epomidi adiunctae ab humeris

penderent. Est apud Callimachum locus, ex quo patet, sacerdotes Cereris hoc ornatu insignes fuisse, ubi ipse de Cerere, sacerdotis sui ordinis habitum mentita, ait: καταμηδίαι δέ εχει λαοδει clavem autem habuit ab humeris pendentem; ad quem locum de sacerdotibus Aedituis κληρονομοι Spanheimius multa concessit. רפקח-פְּתַח (Pro arbitrio summa cum auctoritate et omnium approbatione curam et administracionem regni Davidici geret.

23. Sensus est, Iehovam confirmaturum et stabiliturum Eliakimum in statu suo, haud aliter ac clavus in pariete non doloso fixus, certus immotusque persistit, quique praeterea aptus est ad sustinenda suppellestilia, quae ad usum et ornatum domus ab eo suspenduntur.

24. Continuat vates metaphoram a clavo sumtam, cui Eliakimum, eiusque dignitatem in versu antecedenti comparaverat. In hoc clavo, inquit, suspendentur omnes nobiles familliae eius, propagines et posteri, omnia vasa parva, a vasis craterum, usque ad vase lagenarum. Sensus, demto imaginum poeticarum involucro, haud dubie est hic: ab Eliakimo omnes de familia sua magnos honores esse consequentur, filios et nepotes, omnesque consanguineos et propinquos, nobiles et ignobiles. (הצצאים והצפורה Postmodicū, egressiones, omissum est, מיעדים, viscerum, i. e. proles, posteri, ut Job. V, 25. Ies. II, 5. nam plene est Ies. XLVIII, 19. ואצאי מיעדים, vel 2 Chron. XXXII, 21. מיציאי מיעדים, et phrasis ריצא טממי פלוני, Genes. XV, 4. 2 Sam. XVI, 11., quod alias est מירך, vel ריצא מחלץ. Sic Ebr. VII, 5. οὐδὲν λύθεται ἐκ τῆς σφρόνος Αβραμοῦ, et vs. 10. adhuc in lumbis patrius eius, i. e. nondum natus erat. Vocis צפירה, cum alias non occurrat, significatio definienda est ex affini צפירים, quod apud Ezechielem IV, 15. notat excrements (cf. Schultensium ad Proverb. XXI, I, 32. p. 305.): sed hoc nostro loco contextus docet, vocem eis sumendam significatione prolis, posteritatis, quasi e stirpe sua protrusat. Non improbabilis

probabilis est Vitrinæ sententia, inesse huic voci notionem simul ignobilioris et vilioris, ita ut illa designentur *consanguinei* et *affines* Eliakimi *tenuioris conditionis*, sed nunc per consanguineum, maxima dignitate et auctoritate ornatum, evitendos et honorandos. Ceterum vates ipse se interpre-tatur, dum addit: *omne vas parvum, a vasis craterum usque ad vasa lagenarum*, h. e. tenuioris fortunae homines et obscuri ad aulae et reipublicae ornamentum per affinem admovebuntur. — Ceterum pro *הכטן* קָלִי *vasa parvi* habent duo codd. Rossiani קָלִי הַכְטָן, *vas parvum*: similiter pro *הכטן* unus cod. Rossianus *habet* וְעַד כָּל קָלִי Vulgato et Syro: reliqui veteres non expresserunt. Codex unus Rossianus hispanus omittit primo כָּל, quod nec exprimit Syrus.

25. Fuerunt interpretes, ut Hieronymus et Cocceius, qui comma hoc referrent ad Eliakimum, cum domo suo aliquando ruiturum ipsum etiam, non minus quam Sebnam. Sed quoniam in praecedentibus Eliakimo constans et stabilis fortuna in munere suo promissa fuerat, non probabile est, de eodem in hoc versu esse sermonem. Videtur potius propheta denuo lapsum Sebnae praenunciare, et in eum transferre eundem tropum a clave desumptum, quo de Eliakimo fuerat usus.

CAP. XXII. 15. *Ita dixit mihi Iehova, summus imperator: ito, adi cubiculum istud, in quo Sebna, praefectus palatio.*

16. *Quid? aut quis tibi hic? quod sepulchrum hic struas? quod in petra sepulchrum, et in rupe excaves habitationem?*

17. *En vero Iehova magna vi te proiicit, vehementer te cerripiet:*

18. *Convolutum instar pilae gyrbabit te in regionem spatiosam: ibi morieris, et ibi erunt currus tui superbi!* O probrum domus domini tui.

19. *Deiciam te de sede tua, et de statione tua detru-dam!* —

20. *Ilo vero tempore vocabo servum meum Eliakimum, filium Hiskiae:*

21. *Eumque induam tunica tua, et balteo tuo cingam, munusque tuum ei tradam: is patris instar erit Hierosolymis et roti Iudaeae.*

22. *Imponam humero eius clavem domus Davidis, adeo ut ipse aperturus sit et nemo clausurus; ipse clausurus, et nemo aperturus.*

23. *Pangam illum ut clavum in loco solido, eritque in folium gloriosum domui patris sui.*

24. *Pendebuntque ab ipso omnis gloria domus patris eius; germina et propagines ignobiliores, omnia vasa parva a suppellestili craterum usque ad omnem suppellestilem uterum.*

25. *Ilo die, inquit Iehova, summus imperator, loco suo movebitur clavis ille fixus in loco fido, et exciderit, cadetque et rescindetur sarcina, ei appensa. — Sic fatus est Iehovah!*

CARMEN VIGESIMVM  
TERTIVM.

(CAP. XXIII.)

*A r g u m e n t u m.*

**D**escribit vates in hoc carmine atque ad vivum depingit ingentem quae Tyro accidit calamitatem, figurata magis, quam proprie, oratione concinnata ex variis Apostrophis, partim ad ipsos Tyrios directis, partim ad gentes, cum illis commercia exercentes, quae Tyriorum cladem tum mirantur, tum deflent. Hoc ita exequitur vates, ut Tyriorum calamitatem comparet cum divitiis et rebus secundis, quibus olim fruebantur; tum enim florentissimus reipublicae status oculos omnium gentium illius temporis ad se trahobat (vs. 1—11.). Hinc fit illos, quibus Iehova ad Tyrios puniendos utitur, Chaldaeos, qui, cum olim populus ignobilis et nullo imperio fuissent, ita ut Tyriis vix nomine noti fuerint, nunc ipsorum rempublicam exitio tradunt (vs. 13.). Secet mitigat nosster, fere pro more vatum Hebraeorum, tristes hasce imagines prospicu temporis futuri laetioris, dum promittit, post septuaginta annorum spatium rempublicam in pristinum statum florentem restauratum iri, et tunc Tyrios quoque Iehovam proximum et potenissimo numine agnitueros et culturos (vs. 18. usque ad fin.).

Scenam vaticinii fixam esse in illo ipso tempore, quo Chaldaeis sub Nebucadnezare Tyrum expugnarunt, quisque qui in carmen inspexerit, facile observabit. Vident vates urbem illam superbam et lascivam, per plures annos arcta obfidiq-

ne pressam a Chaldaeis, et tandem ab iisdem expugnata; sed ob longiorem obsidionem maxima parte civium orbaram et opibus destitutam. Ut autem strepera et velox fama est; sic casus huius novitas et magnitudo facit, ut terra marique fama captae Tyri volocissime diffundatur per omnes illas regiones orbis terrarum, quae cum Tyriis antea colerent commercium, et praesertim per colonias, quae hanc urbem venerarentur ut matrem suam. Quod dum prophetæ obversatur, veritatem ad hasce urbes et colonias, aequem ac ad ipsam Tyrum, orationem easque veluti praesens exhortatur ad planctum et eiulatum.

Paret autem ex his omnibus, carmen nostrum a vate quodam Iesaiæ multo seriore, Ieremiae coacvo, esse concinnatum. Vedit hoc iam EICHHORN Einleit. in das alte Testam. P. III. p. 72. et probavit hanc sententiam argumentis internis. Occurrunt enim in hoc carmine tales dictiones, quae non nisi in vatis superioribus inveniuntur: veluti רישׁ de Nilo fluvio usurpatum, invenitur tantummodo in libris recentioribus, vid. Ierem. II, 18. 1 Chron. XIII, 5. Porro tempus definiendi modus uterque, per מָלֵך אֶחָד, vs. 15. et septuaginta annos, aetatem seriore arguit: prior enim praeter hunc locum occurrit tantum Dan. VIII, 21. coll. VII, 4.; alter Ieremiae est prius et proprius: ut raseam scriptiōnem Chaldaicam in וְמִצְבַּיהָ לְשָׁבֵיד, vs. 11.

I. Exorditur vates ab *Apostrophe*, ad nautas Tyrios et Gaditanos directa. Hi iubentur amare lugere et deplorare luctuosum urbis casum, quem propheta ait illos, dum in portibus Baeticæ haererent, ex insulis vicinis accepturos esse. הַיְלֹוּ אֲנָיוֹת חַרְשֵׁי Naves Tartessi esse naves Tyro Tartessum navigantes, vix monitu opus, conf. 1 Regg. X, 22. חַרְשֵׁי esse Tartessum in Hispania post BOCHARTVM in Geogr. S. Lib. III. Cap. 7. multis aliis argumentis evincere studuit MICHAELIS in Spicileg. Geograph. Hebracor. ext. post Bochar-

*Bocharum*, Tom. I. pag. 82. seqq. Sed plura contra hanc sententiam monuit, simulque novam proposuit HENSLEVS in *Animadverff.* prolixioribus ad Iesaiam, versioni ipsius subiunctis. Probare studuit, Tarschisch esse regionem quandam Aethiopiae seu Abyssiniae, fortasse insulam aliquam in sinu Arabico ad litus Aethiopiae sitam. Defendit hanc sententiam contra obiectiones TYCHSENII (in MICHAELIS *Neuer Oriental. Bibl.* P. VI. p. 18. 19.), EICHHORNII (*Biblioth. der bibl. Litteratur* P. II. p. 1048.), et DOEDERLINII (*Theolog. Biblioth.* P. IV. Fascic. 8.), in libro cui titulus: *Bemerkungen über Stellen in den Psalmen und der Genesis*, p. 337. seqq. Nobis utramque sententiam indicasse tantummodo sufficiat, nam argumenta pro utraque hic enumerare et ponderare consilii nostri angustia non patitur, nec esset talis disquisitio geographicā huius loci. (שָׁדֵד מִבְּחֹת מִבְּרָא)

Ad verbum: *nam vastarum est* (neutraliter, *omnia late vastata*; verba intransiva et passiva in tertia persona singulari, tam masculina, quam feminina, recipere possunt usum neutralem, vid. SCHROEDERI *Syntax.* Reg. LXI. p. 276.), *ut nulla sit domus, nec sit, qui intret* (conf. Cap. sequ. yl. 10. סַגֶּר כָּל־בִּיהָה מִבְּרָא). Evanescit igitur difficultas, quam MICHAELIS et KOPPIVS his verbis inesse arbitrati sunt, propterea quod שָׁדֵד, ad *Tyrum*, שָׁדֵד, nomen generis feminei, utope *urbis* nomen, referendum sine terminatione feminina hic ponatur. Nec erat, eur Michaelis pro שָׁדֵד enunciaret, *vastator*, totumque comma ita verteret: *Trauret, ihr Schiffe Spaniens, denn von aussen, von innen, vom Lande der Sidonier her, zeiget sich ihr* (Tyro) *der Verwüster.* Multo minus probandus esse videtur Koppius, qui verba nostra חִימָה שָׁדֵד מִבְּחֹת, reddit, *verwüstet ist*, euer mütterliches Land, quod quomodo ex verbis Hebraicis erui possit, me non intelligere fateor. DATHIVS verba מִבְּחֹת post FORERIVM et VITRINGAM vertit *domi forique*, qua dictione regionem circumiacentem subiectam reipublicae Tyrorum innui putant. מַארְץ בְּחוּם גְּנֵלה לְמַרְךָ (E terra Chittim revelatum,

nunciatum, est iis, Tyriis in Hispania. De terra כהים dissentunt interpres. Alii *Macedoniam* intelligunt, alii *Latium*, alii *Cyprum*. Posteriorem sententiam amplectuntur MICHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr. P. V.* p. 1378., et Doederlein ad h. l. „Terram *Cithim*, is inquit, JOSEPHUS praeeunte Lib. I. Cap. VI. §. 1. insulam *Cyprum* esse existimo, cuius non tantum urbs *Cizium* primi nominis vestigia ostendit, sed marmora etiam, quae SWINTONVS descripsit (de quibus conf. Schol. ad Genet. X, 14 pag. 99.) Phoeniciam originem produnt. Citiae regibus Tyri subiecti fuere, si Menandro *Ephegio* fides habenda apud JOSEPHVM *Antiqq. Lib. IX*, c. 15. §. 2., inde frequentia inter utrosque commercia, quae finienda dicit Iesaias. Idem circa hoc ipsum tempus rebelles ab Elulao rege Tyri, Salinanasseri coaevo, ad obsequium redacti, forsan et exilio multati sunt.“ — HENSLEO in den Bemerkungen über Stellen in den Psalmen und in der Genesis, p. 354. 355. כהים Arabiae populus quidam videntur, in littore Arabico e regione Aethiopie, ubi הרשיש sitam existimat.

2. (דטו—טלאיך) *Silete, habitatores regionis maritimæ, tu, quam mercatores Sidonii, mare traicentes, implebant,* hic haud dubie denotat *tractum maritimum*, quem significatum in seriore Hebraismo habet, veluti Dan. XI, 18. Esther X, 1., pro אֵי רַיִם (Ies. XI, II. XXIV, 55.); conf. MICHAELIS *Spicileg. Geograph. Hebraeor. P. I.* p. 142. *Insulas maris mediterranei* hoc loco per אֵי indicari, verisimile est Vitrinæ, maxime ob locum parallelum Ezech. XXVI, 16. 17. 18. ubi *insulae de Tyri lapsu consternatae dicuntur*, conf. Ezech. XXVII, 35. Sed cum in ipso carmine nostro vs. 6. Tyrii ipsi quoque appellantur יְוָשְׁבֵי אֹי, *habitatores tractus maritimi*; et attributa vs. 4. Tyrio convenient; ego iis accedo interpretibus, qui hic etiam *habitatores urbis et regionis Tyricea* intelligunt. דטו, *silete*, terrore et moerore percussi; saepius hac apostrophe acerbitas et gracitas calamitatis

lamentatis alienius declaratur, vid. Thren. II, 10. Ies. XLVII, 5. Ezech. XXVII, 35. Ceterum ad intelligentiam tam huius commatis, quam totius carminis pertinet, quod observavit Vitringa, per Sidonios a nostro ipsis intelligi Tyrios, qui ortu erant Sidonii, et inter quos et Sidonios ea erat coniunctio tam studiorum, artium, et mercatus, quam regiminis, ut candem rem agere censerentur, et pro uno haberentur populo, ut propheta mox declarabit vs. 4., unde *Tyrus deinceps dicitur בחרון בת ציון* *virgo filiae Sidonis.* Ipsi Tyrii erant Sidonii, quare vetusti scriptores, ut Homerus, eos sub Sidonis comprehendunt. STRABO, Lib. XVI. οἱ μὲν εὐ ποιῶσαι τὴν Σιδώνη τεθρυλλήσατε μάλλον, poetae Sidonem magis celebrant. Inde etiam a poetis hebraicis, veluti Ierem. XLVII, 4. Joel III, 4., inter se coniunguntur.

3. (גּוֹיִם—נָבוֹת) Propr. et in aquis muluis semen Sichoris, messis fluvii (Nili) proventus eius, i.e. qui lacrum suum habebant ex semine Sichoris, ex messe Aegyptii fluvii, dividenda gentibus. Merces Aegypti, quae in Nilo transferebantur ad Tyrios, et ab his ad alias gentes, eleganter vocantur *semen* et *messis* fluminis Aegyptii, sumta metaphora a proventu agrorum. Ita Dathius post Vitringam et alios. Nil tamen impedit, quo minus per semen Sichoris et messen Nili intelligas proventum terrae Aegypti, qui debebatur solo, Aegyptum inundanti, ut potius fluvii, quam terrae messis videretur. Id placuit KOCHERO, qui sensum ita constituit: „dives fementi messibusque Nilus, illius annona erat, qua et uteretur ipsa, et quam per maria vitam gentibus late divenderet.“ Similiter KOPPIVS: auf weiten Meeren, mit Saat Aegyptens, mit des Stromes Erndte, trieben sie ihren Gewinn. De et הַרְחֵב, nominibus Nili vid. not. supra ad Cap. XIX, 6. et conf. Ierem. II, 18. 1 Chron. XIII, 5. Veteres tamen הַרְחֵב non de Nilo, sed de mercatoribus acceperunt. Alexandrini habent σπερμα μεταβολων, semen mercatorum, quos fecutus Arabs in Polygl. ذَلِكَ الْجَمَاعُ  
semen

semen *mercatorum*, nempe numerus multitudinis adhibetur pro singulari collectivo, quem retinet Syrus, vertens **תְּמִיקָה בְּנֵי**, *semen mercatoris*. Hi ergo **תְּמִיקָה** voluerunt esse participium *Benoni*, idemque quod **מַקְרָב**, *mercator*, *negotiator*, sic dictus *a circumeundo*. Chaldaeus, quasi nomen esset abstractum, reddit **מַחֲרוֹבָה**, *negotiatio*. Veterum illorum auctoritate *MULLERVS* in *Satura Observatt.* Cap. IV. p. 51. 52. pro recepto **תְּמִיקָה** legere mallet **מַקְרָב**, hoc tensu: *messem Tyro in agris quidem nullam esse, at in mari, mirabile dictu, messem tanquam mercatorum illi crescere*. Obstat autem huic sive lectioni, sive interpretationi, primo, quod in hoc versu et praecedenti **מַקְרָב**, *mercator*, et **מַקְרָב**, *emporium*, per Samech scribitur, nostrum contra nomen a littera **ו** incipit; deinde membrorum parallelismus, qui in poetica Hebraeorum oratione maxime spectandus est. Pro nostro enim **תְּמִיקָה**, quod cum vocalibus I et O lectum, Nili nomen est, in sequenti hemistichio **יָאָר** ponitur, quod eiusdem Nili potest esse nomen, mercatorum nequit. — Affixum in voce **חַבְרָאָחָה**, vel ad *Sidonem*, vel ad *Tyrum*, non expressam quidem, sed subintelligendam ex contextu, est referendum, ut saepe e. c. Ps. LXXXVII, 1. **סְדֻתָּה**, *fundatio eius*, scil. populi Israelitici, vel *urbis Hierosolymorum*, est in monitibus sanctis.

4. **(ברושׁ ל' אמר)** Poeta infert matrem acerbe plorantem, quod cum plures edidisset liberos, nunc se cum dolore et pudore videat *orbam*, ac si nec parturisset umquam, nec edidisset sobolem ullam: quae querela orbitatis vel referri potest ad *Tyrum*, vel ad *Sidonem*. Si ad *Tyrum* applicetur, hic exsurget sensus: *erubescere Sidon*: cum enim ipsa quoque urbs sis maritima, populosa, probe munita, in mari veluti creta, aequa ac *Tyrus*; et hoc nomine tibi promittas securitatem prosperitatemque longi temporis: respice nunc *Tyrum*, ex te nataim, *munitum maris*, quae ad eam redacta est

est vastitatem, ut se non minus orbam et solitariam queratur, ac si nullam umquam educasset prolem; incolis videlicet suis vel disiectis, vel fame et bello consumtis. Si Sidoni tribuatur haec querela, Chorus introductus putandus erit, qui capta vastataque Tyro, conversa ad *Sidonem* oratione, eam iubet *erubescere*, argumento desumto ex ipsius Sidonis iustis querelis de sua *orbitate* post Tyrum everlam, ut sensus sit: et tua, o Sidon, lugenda est conditio, dum fatum everiae Tyri ita ad animum revocas, ac si redacta essem ad meram orbitatem, quippe quae post eversam Tyrum censeri nolis ullam produxisse lobolem, h. e. deduxisse coloniam. Posterior haec sententia neutiquam est absurdia. *Sidon* enim, ut *urbs maritima*, eaque maxima et munitissima, hic recte appellari potest *munitum maris*; et non male ei ut *matri* convenit querela de sua *orbitate*, post eversam Tyrum; et veteres ex sterilitate orbitateque matrum capiebant argumentum pudoris; vid. Genes. XXX, 23. Non nego, sensum hunc mihi ad primam speciem arrisuisse; etsi, re diligentius considerata, priorem interpretationem nunc praeforam. 1) Quia clarius multo explicat argumentum pudoris Sidonis. *Tyrus* enim capta vastataque, si tanquam *filia* Sidonis intercidisse supponatur, matri suae iustiorem doloris quam pudoris praebere debebat materiam. Sed si hic de *Tyri* orbitate agatur cum respectu ad eius incolas, facile intelligas, Sidoniis paratain esse iustum materiam pudoris. Cum enim de firmitate suae urbis, pariter opulentiae, copiosae, maritimae, praeclare haec tenus existimassent, et in ea polliciti sibi essent securitatem; quid nunc dicant vel iacent, postquam Tyrum, se munitorem ab hoste captam vastatamque cognoverint? 2) Prophetae nostro solenne est, urbium cives vocare earum filios et filias. Sic Cap. XLIX, 20. in consolatoria ad Sionem oratione. *Adhuc dicent in auribus tuis filii, quibus orbata eras: nimium mihi angustus est locus,* contra te mea caussa, ut habitem. Cap. LXVI, 8. *Sion parturivit, etiam peperit filios suos.* Similia exempla Ies. Vat.

apud alios prophetas, et maxime in Threnis Ieremiae, plura extant. 3) Quia quod dicitur מַעֲוָת יְמִם, *munitionum maris*, ad Tyrum commodissime refertur. Cum enim apud Ezechielem passim describatur tanquam sita in *mari*, urbs munitissima: tum vero sub voce צָרָר, *munitionum*, latet indicium צָרָר, *Tyri*, cum munimenta olim praecipue construi solerent in collibus petrosis, unde binæ hæc voces aliquando inter se coniunguntur, ut Ps. XXXI, 3. צָרָר מַעֲוָת יְמִים, *rupes munitionis*. Zacharias de Tyro, licet tum aliquatenus mutata esset eius conditio, Cap. IX, 3. *et exiuxit sibi Tyrus צָרָר, munimentum*. Quid itaque nunc iæget, quid firmitatem copiamque suam celebret, gloria Sidon, postquam munitissimam, et ie inunitiorem, Tyrum expugnatam viderit? Haec VITRINGA, cuius verba ideo integra apposui, quoniam argumenta pro utroque interpretandi modo in iis diligentissime examinata sunt. Posteriorem interpretationem praefert quoquedATHIVS, DOEDERLEIN, HENSLEVS. יְמִם מַעֲוָת יְמִים, *maris, munimentum maris*, similem ἀραδίπλωσις nominis, quo describitur subiectum, habuimus supra Cap. XIX, 7. *Papyrus apud fluvium, apud oram fluvii.*

5. Sidonii ob cladem Tyri non aliter affecti sunt, quam si Aegyptum ab hoste occupatam vastatamque intellexissent, quod nimirum commercium Tyri iis non minus curse erat, quam Aegypti, ex qua magnam percipiebant utilitatem. Verba Hebraea proprie sonant: (Sidonii) aequa dolebunt ad famam Tyri, ac si de Aegypto tale quid fama perceperissent.

6. Alloquitur ipsos Tyrios, quibus urbe sua vastata alio erat migrandum.

7. שָׁלֹוֹת, *exultabunda* vocatur Tyrus, quasi *voce, motu et gestu* prodens animi hilaritatem alacritatemque, quam copia, luxus, securitas, et bona de praesente rerum statu opinio et de futuro spes, pariunt. Videtur tamen


men hoc loco vates, cum voce illa uteretur, simul respexisse confertam et luxuriosam hominum multitudinem, quae fora et vicos urbis replens, cum lascivo hilarique motu et strepitu inter se miscetar, florentemque rerum suarum statum saliente gestu ostentat: qui fuerat status Tyri, incolarum rerumque omnium copia exundantis; cui statui praesentis temporis tristis solitudo opponitur. Sic ad eam vates noster eadem voce vs. 12. *Non perges רעלוז, vitulari, lascivire.* מימי קדם קרמלה, cuius antiquitas est a diebus verustis. STRABO Lib. XVI. Μετά δέ Σιδών μεγιστη των Φοίνικων καὶ αρχαιότερη πόλις Τύρος ἐστιν οὐ επαριζός αυτῇ κατὰ το μεγέθος καὶ κατὰ ἐπιφύλαξαν, καὶ την αρχαιότητα. CYRTIUS Histor. Alexandr. Lib. IV. Cap. IV. *Capta est urbs, et vetustate originis, et crebra fortunae varietate ad posteritatem insignis.* ARRIANVS Lib. II. Cap. XVI. *Templum Herculis ait esse Tyri παλαιότατον αι μημην αἰθρωπιν διασώζεται.* גור, cuius pedes eam portarunt in longinquum ad peregrinandum: haec Tyriorum praecipua laus erat, quorum industria in navigationibus satis nota est. גור, *peregrinari, hospitari, in remotissima excurrere loca, in quae Tyrii pedibus suis, h. e. navibus, portabantur.* Sunt tamen post Hieronymum interpretes, ut Michaelis, Dathius, qui haec verba accipient non ut partem iactantiae et laudis Tyri, sed ut denunciacionem interminatoriam, Tyro factam, hoc sensu: *pedes eius eam ducent in longinquum ad exulandum, circumvagandum* (sic גור Genes. XXI, 23, accepitur), quod scilicet urbe desolata necesse haberent Tyrii superstites alia sibi quaerere loca in dissipitis regionibus, novosque incolatus. Praferenda tamen videtur prior interpretatio, quia vates hic recenset Tyri ornamenta, eorumque de iis iactantiam ad invidiam praesentis status miseri exponit.

8. המעתירה, *Coronatrix*, quae reges crebat, vel in coloniis, vel in aliis terris, quas sibi subiecerat. בכנענים hic positi sunt pro *mercatoribus, negotiatoribus*, ut Hof. XII, 8. Job. XL, 25.

9. גָּדוֹן צָבֵי, elatio decoris hic est magnificentia et luxus, et cum iis conjunctus fastus atque arrogantia, conf. Cap. XIII, 18. XVI, 6.

10. Enarrabo varia interpretum tentamina ad difficile  
hoe comma explicandum, verbis ipsorum plerumque retentis,  
ut de cuiusque interpretationis ratione lectors ipsi eo facili-  
lius iudicare queant. SCHMVCKIVS, a Vitrunga adductus:  
„sicut fluvius exundans et alveum egrediens, longe lateque  
inundat, et passim se insinuat; ita tu quoque diffues, et se-  
dem quæres vagabunda per eas terras, quae nunctuo parent  
imperio, quia dissoluta est respublica tua, et omnis poten-  
tia disiecta.“ Sed bene huic interpretationi oponit Vitrin-  
ga, fluvium se per terras diffudentem exhibere quidem op-  
tam imaginem hostis valentioris, obvia sibi subiicientis, sed  
non item figuram populi vase dispersi. Ipse vero Vitrin-  
ga hoc modo explicationem instituit: „Vis sententiae pro-  
pheticæ manifeste incumbit in extrema eius: אין מוח עדר אין,  
nullum amplius est cingulum, balteum, ut Ps. CXX, 19. id  
vero de Tyro metaphorice dictum, significat dissolutam esse  
republicam depositum occisumque regem et praefectos,  
republicae et societatis civilis vincula et cingula; destruta  
vastataque esse munimenta, et muros urbis, altos latosque  
eam circumseribentes et arctantes (haec enim singula et uni-  
versa rectissime veniunt nomine cinguli), sic ut omnibus  
complanatis, nihil supersit, quod agrum ab urbe discernat,  
republicam fulciat, urbes terramque muniat. Qui cum  
certus sit sensus postremæ partis huius sententiae: priora  
sic sunt interpretanda, ut sensum admittant analogum, eum  
posterior sententiae pars priorem ut obscuriorem illustret.  
Id vero assequeris, si verba prophetæ: transi terram tuam,  
ut fluvium, nullum amplius cingulum est, sic accipias: transi,  
o Tyrie, terram tuam, h. e. tam ipsam Tyrum, quam ter-  
ram, ei subiectam, olim egregie munitam, tum praefectura  
civili, et praesidiis militaribus, tum muris urbium arcum-  
que,

que, reipublicae firmamentis: spicere, inquam, respubli-  
cam eandem absque cingulo, omni modo solutam, et transi-  
eam instar *fluvii* planam aequatamque solo absque muni-  
mentis ac repagulis. Ut enim יאר, *fluvius* seu *rivus* placi-  
de fluens, *aqua* et *plana* est *superficie*, quem si nave trans-  
eas, nihil, quod te in *aqua* et *plana* superficie moretur,  
offendas; sic terra, tibi subiecta, ab hoste direpta, vastata,  
desolata, munitis solo aequatis, aequam tibi praestabit  
superficiem planamque, ut instar *fluvii* eam *transire* possis.  
Suppono autem, orationem hanc converti ad Tyrios; quod  
tamen dubium videri posset. Quomodo enim *Tyrus* appelle-  
tur *filia Tartessi*, cum *Tartessus* potius *filia Tyri* dicenda  
videatur? Sed dubium facile expeditur. Propheta sic ele-  
gantiae causa scripsit, quod destructa eversaque Tyro, Tar-  
tessus dehinc respicienda esset ut *metropolis* Tyri, quippe a  
qua, tanquam principe urbe, dehinc reliquiae urbis vastatae  
penderent.“ Cum hac VITRINGAE interpretatione in non-  
nullis consentit DATHIVS, qui sic vertit: *Migra e terra tua*  
*quam ceterim* (sic reddit ביאר, et conferre iubet Ies. LIX,  
19.), *filia Tartessi, omne decus et ornamentum tibi ablatum*  
*est*. Et in nota subiecta addit: „*filia Tartessi* vocatur *Tyros*,  
quia, cum multi *Tyrii* eo confugissent, spectari poterat ut  
mater, quae foveret *Tyros*. — *Non amplius cingulum est,*  
*vel rex et proceres reipublicae omnes interficiunt* sunt, *vel*  
*omni decore et ornatu privata es, cui inserviunt cingula in*  
*Oriente.*“ DOEDERLEIN ad h. l. „locus impeditus et obscu-  
rus. Graeci vertunt: έγαγέ την γην σε, και γαρ πλοιας ον εξερ-  
χεται εκ Καισαριονος, qui legisse videntur: עבורי ארץ כני אניות אין מוה ער-  
דרה חרשים אין מוה ער-  
דרה Ac duplex difficultas suboritur, alte-  
ra e voce הרשיש בה, altera ex consilio orationis. Ac Tar-  
schiseh non ausim aliam, quam *Tartessum* dicere, coloniam  
*Tyri*, satis illustrem; *filiam* autem *Tartessi* varie exponunt.  
Qui *Tyrum* eo nomine compellari contendunt, veluti DA-  
THIVS et LOWTHIVS, quamvis diversis ex causis, vix ulli sen-  
tentiam suam ex usu loquendi persuadebunt: nec enim faci-

Ie filiae Tyri, sive coloniae, qualem Tartessum fuisse constat, ipsa Tyrus dici filia posset. Quare consentaneum mihi videtur, *filiam Tartessi* exponere de Tartesso, veluti *filia Zionis* est, frequentissima formula, ipsa Zion cum civibus suis (Nisi potius vertendum sit *filia Tartessus*, *filia Zion*, cf. not. supra ad Cap. I, 8.). Sed iam altera quaestio magis implicari videtur, quodnam sit orationis consilium; utrum *Tartesso* calamitatem comminetur vates, an *Tyri* fortunam adveriam describat? Ac illud si statuas, parum videbitur probabile, in tanta locorum distantia, hostilem adversus Tyrios impetum etiam Tartessias provincias invassisse. Itaque repudiaverim interpretationem illorum, qui *Tartessi filiam*, servarum more, discingendam et seminudam agros suos transituram esse, vel, quod HENSLEO placet, maritimo, quo adhuc floruit, imperio orbandom, terraque magis quam mari imperaturam esse, ex his verbis colligunt. Arridet potius, prophetam pergere in describendo fato Tyrorum, quo eventurum esse statuit, ut *Tartessus*, repressa adhuc matris, *Tyri*, violentiis et imperiis, libertatem accipiat. Hinc vertimus: *Iam meabis, fluvii more, per terram tuam, Tartessus, abundabis hominibus, opibus, divitiis: soluto cingulo, quo repressa fuisti, sive reiectis incrementi tui impedimentis. Nempe ut sit in civitatibus mercatura celebris, alterius casus et interitus alteram provehit.*“ In qua interpretatione Doederlein secutus est Kopium: eundemque fere sensum exprimit Syrus: , non amplius est, qui te expellat. — MICHAELIS in Suppl. ad Lxx. Hebr. P. V. p. 1495., postquam cinguli significacionem, quem vocabulo πτυ Pf. CIX, 19. tribuunt, in dubium vocasset, ita pergit: „cingulum, linguis Orientalibus ignotum, si vel in Psalmo mihi suspectum, ubi veteres in illud omnes consentiunt, multo minus placere poterit, Ies. XXIII, 10. ubi sola praeivit Vulgata, ab Hieronymi manu habens, *transi terram tuam quasi flumen, filia matris, non est cingulum*

*cingulum ultra tibi.* Alii ibi aliter: Chaldeus, חַדְסֵה, ro-  
bur, vires, quod unde duellum aut arreptum, non coniicio.  
Syrus, transi in terram tuam filia Tarschisch, non est am-  
plius נָסַבְתִּי, qui propellat te: extulisse videtur  
נָזַח, ut participium a חַחַת, צְרִיךְ, impulit. LXX. navigia  
intellexerunt, πλοιαὶ ἀκτεῖς ἐξετοῦ. Id quidem ab eodem  
צְרִיךְ, vocabulum Hebraicum significare possit, navesque  
ab impellendo dici, quod remis impelluntur. Hoc quidem  
in versione Germanica, sed ita mutata lectione versus,  
עֲבָדִי אֶרְצָךְ כִּי אַרְבָּהָרְשִׁישָׁ אֵין מִנְחָה עַדְךָ  
terram tuam, Tarsesum, nec enim navigatio porro, sequutus  
sum (litteras בִּיאָרְכָה ita dividit et effert: כִּי אַרְבָּהָרְשִׁישָׁ  
אֶרְבָּהָרְשִׁישָׁ, egere, pauperem esse). Sententia eximia: unum  
tamen deesse adhuc fentio, exemplum Arabici צְרִיךְ, de im-  
pulsu navium, i. e. de remigando positi. Inter has omnes  
interpretationes mihi quidem praferenda videtur ea, quam  
Doederlein, auctore Koppio, elegit, utpote facillima et ora-  
tionis seriei maxime apta.

II. יְהוָה—מלך כוח (Manum suam extendit supra mare  
(scil. Iehova, ut patet ex v. 9. et membro huius versiculi po-  
steriore), commovit regna, h. e. Deus Israelis potentiam vi-  
resque suas exercuit ad exequenda iudicia sua adversus Phoe-  
nicem, oram Syriae maritimam, cuius effectus fuit plurimum  
regnorum destructio. Extensio manus est minitantis, vel  
percutientis et exequentis vindictam; conf. supra Cap. V,  
25. Per mare hic non sola intelligitur Tyrus sed Phoenice,  
sive ora maritima contermina, in qua plura erant regna, a  
Nebucadnezare destruenda: nam, ut Strabo refert L. XVI.  
Ἐκάστη πόλεων τῶν Φοινίκων, quaelibet urbs Phoenicum regem  
habuit. Ceterum verbum רְכֹז saepe adhibetur de eversione

et exitio rerum publicorum, veluti Cap. V, 25. XIV, 16. Jerem. L, 34. Hagg. II, 7, 22. 23. יְהוָה צוֹה אֶל כָּגֻעַן לִשְׁטָר מִזְמֵנָה *Iehova preecepit de Canaane, ut munimenta eius devastentur.* Vocula הַא hic est sumenda obiective, ut notet non obiectum *cui*, sed *de quo*, uti Ezech. XXI, 33. Ps. XCI, 11. quem Hebraismum imitatus est scriptor epistolæ ad Hebreos I, 7. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγελὸς λέγει, h. e. de angelis. מִזְמֵנָה hic scriptum est pro *מִזְרָחָה*, littera ב ex usu Chaldaico substituta geminatae radicali, ut חַמְנוֹ, Ps. LXVI, 7. pro חַמְרָה. — Michaelis confert nostrum vocabulum cum Syriaco **تِرْبَلَة**, *spinae*, cum quibus in libris Hebraicis saepe comparantur *mali* et *improbi*. Quod autem Michaelis dicit, hos esse h. l. colonias Tyriorum ad oram maris mediterranei, me non satis intelligere, ingenue fateor.

12. (בְּחַרְלָת בְּחַצְירָן) Codd. sedecim Kennicotti et de Rossii cum LXX. in cod. Alexandrino et Arabe in Polygl. legunt **בְּחַצְירָן**. Sed recte DOEDERLEIN, „non mutanda est, inquit, vulgaris lectio, **צִירָן**, nam et rarer est, et auctoritate reliquarum versionum et ipsa facilitate in hac orationis serie commendatur.“ Ceterum ut **בְּחַצְירָן**, *filia Tyri*, Ps. XLV, 13. sumitur pro *Tyriis*, *filia Babylonis* pro *Babylonii*, *filia Zionis* pro *Zionaeis*; ita h. l. **בְּחַצְירָן**, *filia Sidonis* intelligenda est de *Sidonii*. Nihilominus tamen certum haberri debet, hic compellari *Tyrios*, non *Sidonios*, quia de *Tyriis* in hac prophetia agitur, et eadem hic iis tribuuntur, quae in superioribus. Veniunt vero hic *Tyrii* nomine *filiae Sidonis*, quod *Tyrii* ortu essent *Sidonii*, et *Tyrius* altera quaedam haberetur *Sidon*: vid. IVSTINVM Lib. XVIII. c. 3. הַמְעַשְׂקָה בְּחַרְלָת, vulgo vertunt *virginem oppressam*; sed aliter interpretatur DRIESSENIVS in *Observatt. Philot. Criticc. ad quaedam V. T. loca*, Groening. 1774. „Forsitan magis apte, o concupita, o adamata virgo! ex عشق, emavit. Apud Moranabbium, p. 29. أهل العشق tunt

وَنْ عَشْقَتْ  
فَكَانَتْ أَنْدَ صِبَابَة  
sunt amatores, amoribus dediti; pag. 48. وَنْ عَشْقَتْ  
et si amet, vehementissimus est  
amor eius; et alibi saepissime. Sic etiam Tyrus compara-  
tur cum muliere meretrice, quam ardeant omnes reges ter-  
rae, sec. v. 17. Ita haberemus: „non perges amplius exsul-  
zare, o virgo adamata! et tot amatorum numero superbe te ef-  
ferre!“ כחוייטם לְגַז Interpretes fere omnes vertunt: *Citium*  
pere, sed nec ibi tibi quies, ut ante בחרים omissum statuatur  
particula נ. „Sed id, Doederlein inquit, vix ferunt leges  
grammaticae. Alloquitur propheta Citiaeos, qui mercatu-  
rae causa sedem in Tyro fixerant; eosque iubet migrare,  
atque deserere stationem minus tutam.“ Vertit igitur ver-  
ba nostra: *Citiae! surgite, abite, nec enim vobis amplius  
ibi sedes quieta supereft!*

13. הָנָן אֶרְצֵה הִיה Chaldaeи hic sunt intelligendi septen-  
trionales illi, qui ex patria sua, in vicinia Ponti Euxini,  
ubi Chalybum regionem habent geographi veteres, duce Na-  
bochodonosore, primo eruperunt, devictisque aliis gentibus au-  
stralibus, Babylonem, ipsam quoque devictam, ingentis regni  
sedem fecerunt. Vid. MICHAELIS *Spicileg. Geograph. He-  
braeor. Ext.* P. II. p. 77. seqq. et SCHLOEZERI *Commentatio-  
nem doctissinam de Chaldaeis*, in *Repertor. für bibl. und  
morgenl. Litteratur* P. VIII. pag. 113. 142. 156. seqq.  
הָנָן אֶרְצֵה הִיה, positum pro עַמּוֹם לֹא הִיה, *hic populus  
non erat populus*, scil. illustris, magnus, ut Deut. XXXII, 21.  
Quem sensum phraseos ex similibus locutionibus scripto-  
rum sacerorum et exterorum copiose illustravit IACOB. PERI-  
ZONIVS in *Origg. Babylonn.* Cap. VI. p. 70. seqq. Ceterum  
quod ad rem confer Job. I. 17. ex quo loco patet, Chal-  
daeos illo tempore Nomadum praedantium vitam egisse,  
non republicam habuisse stabilem, et inter Orientales po-  
pulos conspicuam. MICHAELIS l. c. p. 82. „Recens Iesaita  
est populus Chaldaeorum, nec antea fuit. Id quidem de  
Chaldaeis universum dici nequit, Abrahami iam tempore in-

clytis, et quorum summam antiquitatem laudat Ieremias Cap. V, 15. at potuerunt in Chaldaea prope Babylonem novi et recentes esse, videturque colonia eorum, Nomadum antea errantium, certas ibi sedes ab Assyriorum regibus paulo ante Iesaiam accepisse.“ אָשׁוֹר יִסְדַּה לְצִיּוֹם, *Affur fundavit eam deserticolis.* VITRINGA: „Dicere vult propheta, *Affyrios* eam occupasse terram, quam insederunt Chaldaeis, et Babylonem, Chaldaeorum metropolim, munivisse, exornasse, et agrum *Babylonicum*, inundationibus Euphratis expositum, aggeribus sepissime, ut plane tradit HERODOTVS Lib. I. c. 184. 185. 186. Eundem in sensum MICHAELIS l. c.: „fundaram dicit terram incolis deserti: fundatam, id est, ni fallor, aggeribus munitam, qui exundantem Euphratem coercent: incolae autem deserti videntur Nomades Chaldaeis esse, longe a patria, Curdorum fere in morem, per deserta Arabica etiam et Syriaca errantes, nec sine latrociniis.“ יְרֵם interpretes alii verterunt *naves*, alii *feras*, alii *feroces incolas*: quas interpretationes enarravit et refutavit PERIZONIVS l. c. ipseque (in Addendis pag. 366. seqq.) recte contendit, per צִיּוֹן hic commodissime intelligi *deserticolas*, sive Σεριντας, ut Ps. LXXII, 9., h. e. ipsos Chaldaeos deserta cum pecudibus peragrantes. In alia omnia abit DOEPPERLEIN, qui vertit: *Chaldaeis, dissimiles Affyriis, Tyrum in vastitatem redigent*: cuius versionis rationes reddit in nota subiecta hasce: „Diccio יִסְדַּה לְצִיּוֹם synonyma est posteriori: *synonyma* est *লମ୍ପଲା*, quae non potest nisi de *Tyro* intelligi. Itaque de evertenda per Chaldaeos *Tyro* totum comma interpretamur, accentibus tantum mutatis, quorum praecaria autoritate iubemur a voce היה divellere. Nos vocem אָשׁוֹר cum versione *Arabica Msc. Oxford. in Bibl. Polygl. Londonens.*, quae lacunam versionis LXX. et Arabicae ad eam adornatae replet, priori commati iungimus, hoc sensu: *Chaldaeis non erunt, sicut Affyrii, a quibus plures urbes non potuere expugnari.* Namque *Affyriae* regem Salmanassarem multas Phoeniciorum urbes, Sidonem, Accen et rel. dedicione

tione facta occupasse, a Tyriis autem praelio navalii devictum, aquae penuria frustra tentasse urbem, Menander auctor est apud JOSEPHVM Antiqq. Iud. Lib. IX. c. 15. §. 2. Est autem poetice dictum, *urbem felibus agrestibus condere, pro domos eius destruere.*" הקיימו למלחה Verba VITRINGA et MICHAELIS referunt ad *Assyrios*, diverso tamen sensu: Ille verba nostra ita interpretatur: „*Assyrii, postquam Chaldaeos cremivagos illuc trans-tulerint, turres eius speculatorias erexerunt, et excitarunt palatia.*“ Sed Michaelis, l. c. הקיימו בחרניו vertit, *errantes Nomades consistere fecerunt, additque: „displacet consueta explicatio, erexerunt speculas eius: speculae enim Nomadum sunt errantium, qui ipsi eis erigunt, non a datore stabilis se quis rege accipiunt; confero potius Arabicum*

ט בְּחַנָּא, *mansiō Nomadum nocturna.* Videntur ergo reges Assyriae errantibus antea per deserta Chaldaeis in vicinia Babylonis certas sedes dedisse, praesidio forte finibus futuris contra Babylonem Assyriis non subditam, nec amicam, indeque regio nomen accepisse.“ Ego tamen, cum commatis nostri verba ultima, שמה רמלחה de *exitio Tyri* sint intelligenda, priora huius membra posterioris, היקימו ארכמנורהיה in eundem sensum acceperim: qua in sententia mihi iam preseiverunt DATHIUS, HENSLEVS et DOEDERLEIN: quorum hic in nota ad h. l.: „*turres sunt, ab hostibus (suffixum enim masculinum est) exstructae extra urbem: עיר, unde עררו, Arabibus de impetu hostili adhibetur, sicut Zachar. IX, 13.*“ Sic et CICERO de prov. Conf. c. 4. dixit totum Pontum armatum effervescentem in Asiam et erumpentem.“ HENSLEVS שערת effert in Pial, excitantur, irruunt in palatia eius. Sed non est opus quidquam mutare, si vertas: effervescent, impetum faciunt in palatia eius. שמה למלחה posuit Tyrum in ruinam, scilicet populus, הען, antea memoratus.

15. Postquam Tyrus per tempus longum ad maximam ignobilitatem redacta fuerit; aliquando iterum se efferet, pristinamque nobilitatem et gloriam adipiscetur: pro more vatum Hebraeorum, saepius iam observato, qui severas calamitatum praenunciationes sive descriptiones temporum laetiorum imaginibus temperare solent. שָׁבְעִים שָׁנָה, <sup>שָׁבְעִים</sup> <sup>שָׁנָה</sup>, septuaginta annos, positos esse ad indicandum *longum tempus*, numero definito posito pro indefinito (conf. supra ad Cap. XX, 3. et vid. Ierem. XXV, 11.), bona est HENSLERI observatio, nec minus haec, <sup>חֲדָשָׁה</sup>, numerum *cardinalem*, hic accipendum esse pro *ordinali*, ut Genes. I, 5. XIV, 4. et aliis locis: ut sit vertendum, *sicut tempore regis primi*, hoc sensu: Tyrus ad eam redigetur ignobilitatem et tenuitatem, qualis erat tempore primi regis, sub initia regni, quae semper tenuia sunt in civitatibus. — Operam et oleum perdunt, qui *septuaginta* hos annos, *unumque regem* in historia quaerunt: unde variis tentaminibus, comma nostrum cum historia conciliandi, non immoror. מֵצָבָה—הַזָּכוֹר) *Finite septuaginta erit*, i. e. occinetur, *Tyro canticum instar cantici meretricis*, i. e. cantilena tanquam de meretrice. „Vulgatissima est urbium cum virginibus vel foeminis honestis comparatio, et ex nummis satis nota: sed propria scriptoribus sacris videtur emporiorum cum foeminis in honestis, quia plures quasi amasios quaerunt, i. e. omnium gentium mercatores ambient, questusque causa quemvis admittunt. In *Apocalypsi* metaphora repetitur Cap. XVII, 3—19.“ DODERLEIN in h. l. Conf. Nah. III, 4. Ies. XLVII, 1.

16. Inducit vates Tyrum ut meretricem diu ab amatoribus neglectam, et sui quoque ipsius negligentem, quae post lapsum ipsium temporis oppressioni suae definitum, animum recolligeret, et pristini questus memor circuiret aedes; formamque suam illecebris suis, cantu, cithara, publice commendaret, et quidem eo cum successu, ut populos rursus blanditiis interceptos consuetudini suae irretiret.

17. וְשָׁבַת לְאַחֲנָה Redibit ad questum suum meretri-  
cium, i. e. ad pristinam commercii et mercatura gloriā.

18. Olim et Tyrii Iehovae cultores fient et eius popu-  
lo, Israelitis, adsociabuntur; id quod in primis ad seculi  
aurei descriptionem pertinebat apud vates Hebraeos.  
רוּחַ־לִיהְוָה Questus eius fier peculium Dei: Iehovae con-  
secrabitur. Vix monitu opus, אֶחָד hic iterum figurate po-  
situm esse pro lucro, quod ex mercimonio percipitur.  
לֹא יִאַצֵּר וְלֹא יִחַסֵּן Non multum inde in arcas reponent.  
Tyrii et quaerere amabant et quae sita prodigere. CLERICVS  
vertit: *nihil recondetur, neque reponetur*, idque sic interpre-  
tatur: „non opus erit, ut occultent, aut in loca tutiora divi-  
tias suas mittant, praे vicinorum regum metu, a quibus ni-  
hil erit, quod timeant.“ סִיחָה Sub iis, qui coram Ie-  
hova sedent, Vitrina intelligit doctores religionis, qui disci-  
pulos instituerent in cognitione Iehovae, phrasinque desum-  
tam esse putat a more prisco, qui maxime obtinuerit stante  
adhuc templo primo, cum nullus adhuc esset usus Synago-  
garum publicus, ut vel populus sabbathis aut festis diebus  
conveniret ad aedes prophetarum, ut per eos erudiretur et  
instrueretur ad religionis cognitionem: vel viri docti, qui  
prophetis ut praceptoribus adhaerere solebant, statim tem-  
poribus adessent ad aedes prophetarum, et iiscum de divi-  
nis rebus sermones fererent, aut eos de iisdem differentes  
audirent. Conferre iubet VITRINA librum a se editum de  
*Synag. Vet. Lib. I. Part. II. Cap. VI.* Mihi tamen praefe-  
renda videtur veterum interpretatio, quam et plures recen-  
tiores sequuntur: *iis qui habitant coram Iehova*, i. e. qui  
templum Iehovae frequentant, per quos non solum sacerdo-  
tes et Levitae, sed omnes omnino Iehovae cultores intelli-  
guntur, conf. PI. XXVII, 4. LXXXIV, 5. Hic tamen no-  
ster praecipue sacerdotes videtur respexisse. לְאַכְלָן־עֲחֵיךְ Ita ut vietus eis abunde supperet et amictus elegans: hoc sen-  
tentiae prioris וְהַתְּפַתְּחֵה קְרֻשָּׁתְּךָ exornandae  
caussa

caussa additum. pru hic notat *pulchrum*, *nitidum*, sicut apud Arabes ipsum عَذْلَى propriæ vetustum, antiquum notat, sed deinde de omni *pulchro* et *nitido* usurpatur, etiam de *vestimento*: exempla produxit Schultensius ad Proverb. VIII, 18. p. 74. Ceterum cum carminis nostri parte posteriore conferendæ sunt luculentæ illæ de conversione Tyrorum ad Iehovam prophetiae Ps. XLV, 13. LXXII, 10. LXXXVII, 4.

---

CAP. XXIII. 1. (*Oraculum in Tyrum*) Eiulate, naves Tartessi, nam vastata est terra patria, ut nulla supersit domus, nemo eam ingredi possit! — E terra Cithaeorum nunciatum est illis.

2. Obstupecite, incolae regionum maritimarum, quas mercatores Sidonii, mare traicientes, frequentabant.

3. Quarumque proventus erat in maribus amplis semen Sichoris, messis fluvii Aegyptii. Erat emporium gentium!

4. Pudore suffunditor, Sidon, nam mare, nam arx maritima, in haec loquitur verba: Non parturivi, nec peperi, nec educavi iuvenes, aut extuli virgines.

5. Ut fama de Aegypto commoveret animos; sic dolebunt ad famam de Tyri: foruna.

6. Tartessum perire, eiulatus edite, accolae ripæ!

7. Huiccine est civitas exultabunda, antiquissima aetate, et per dissitas gentes praefecta?

8. Quis hoc decrevit in Tyrum, urbem adeo celebrem, cuius mercatores principes, cuius negotiatores nobilissimi per orbem terrarum habiti sunt?

9. Iehovah exercituum dominus hoc decrevit ad foedandum tantæ gloriae superbiam, ad humiliandos nobilissimos rotius terrarum orbis.

10. Permea iam regionem tuam, sicut fluvius, Tarressus!  
Nullum amplius cingulum est.

11. Etenim Iehova extendit manum suam super mare,  
commovet regna, praecipit de Canaane, ut omnia eius muni-  
menta destruantur!

12. Noli amplius, inquit, exultare, vim passa virgo, fi-  
lia Sidon! Surge, transi ad Cithaeos; quin etiam ibi quiete-  
scere tibi non licebit!

13. En terram Chaldaeorum! Hic populus non fuit; Assur  
fundavit eam deserticolis; structis operibus in palatia Tyri  
effervescunt, eamque solo aequant.

14. Einlate naves Tarressi, nam robur vestrum sublatum est!

15. Tum oblivioni tradetur Tyrus per septuaginta an-  
nos, sicut tempore primi illius regis. — — Sed his finitis,  
de Tyro, tanquam meretrice carmen edent:

16. „Sume citharam, circui urbem, o meretrix oblivio-  
ni tradita! eleganter modulare, multum cantilla, ut tui redeas  
memoria!“

17. Post septuaginta annos, Iehova Tyro providebit, ut  
redeat ad questum suum, scoreturque cum omnibus regnis or-  
bis terrarum.

18. Sed mercimonium questusque Iehovae dicatum erit,  
non reponetur in thesaurum, nec recondetur: nam mercimo-  
nium eius erit habitantibus coram Iehova, ut comedant ad sa-  
rietatem, et operimentum iis ne desit splendidum!

---

# CARMEN VIGESIMVM QVARTVM.

(CAP. XXIV—XXVI. vs. 1—19.)

## A r g u m e n t u m.

**P**er tria capita XXIV—XXVI. viderur esse carmen continuum, in quo gravissima calamitas terrae Iudaicae illata describitur, addita tamen feliciorum temporum lacta imagine; cui varia carmina interseruntur proper miram illam defensionem et liberationem a piis canenda. — Post descriptum Indaeorum statum, tristem prorsus ac miserrimum, a vs. 1—13. vates benignitatem divinam, intermixtis tamen hymnis et admonitionibus, celebrat, quae salutem reddidit, hostesque Babylonios, vs. 16 — Cap. XXV, 9., Moabitas XXV, devicit, omnes denique adversarios extirpavit, exulesque Israelitas ex Assyria Aegyptioque in patriam reduxit, et omnino rempublicam plane collapsam statui suo florenti restituit, Cap. XXVI, 1—19.

In tempore constitendo, quo hoc carmen respiciat, magnus est interpretum dissensus. Grotius quidem de vastatione per Salmanassarem regno Israelitico illata, locum explicat. Henslerus Senacheribi in Iudeam incursionem, ultimaque sub Hiskia tempora pacata et felicia prophetæ animo obversata existimat. Vitringa tempora remotiora Maccabaeorum respiciit, scilicet miseras et persecutiones, quibus Antiochus Epiphanes Iudeos affligebat, simul vero etiam liberationem et vindicationem a saevis illis persecutionibus per Maccabaeos: hac maxime ratione permotus, quod inde a vs. 16. Cap. XXIV.  
perse-

persecutiones ob religionem commemorantur, propter quas multi se abderent, multi supplicio afficerentur. Medium quasi viam ingrediuntur, qui vastationem a Nebucadnezare terrae illarum, hanc subsecutam captivitatem Babyloniam et illa finita redditum in patriam describi existimant. Hanc sententiam amplexus est DATHIUS, nec ego illi accedere dubito, cum ad Babylonis excidium, et reipublicae Iudaicae meliorem viciitudinem cum illo coniunctam, tam manifeste alludatur in zoro hoc carmine, ut ne Vitringa quidem id negare ausus sit. Viderit igitur carmen nostrum haud diu post Haggaeum editum esse, sexto fere aut septimo anno imperii Darii, quo ipso et Babylon astu Zopyri expugnatum vastabatur, et templi Hierosolymitani aedificium consummatum inaugurabatur. Vide Rer. Iudaicar. narrat. ex Frankii Chronolog. S. secl. priori praemiss. p. 21. et PRIDEAUX Altes und neues Testament im Connex. mit der benachbarten Völker Historie. P.I. pag. 239—241. vers. germ.

Carmen hoc a Iesaiā non esse profectum, iam EICHHORNIVS (Einleitung in das alte Testam. P. III. §. 524. pag. 60. 61.) collegit ex style nimis artificiose adeoque ludibrido, plane diverso a nervoso illo et vivo Iesaiæ.

KOPPIVS Capit. XXIV. carminibus duobus constare existimat, quorum unum inde a versu primo usque ad decimum quintum, alterum a vs. decimo sexto usque ad finem pertineat. Et in carmine quidem priore depingi Hierosolymorum excidium Palaestinaeque vastationem, addita promissione temporum feliorum, quae reliquiis gentis Iudaicae ex communī calamitate servatis, oritura essent: posteriore autem exhiberi descriptionem adventus regni Messiae; cum ingentibus communicationibus et terribilibus rerum publicarum revolutionibus coniuncti. Duae hae declamationes tempore diverso pronunciatae Koppio videntur, sed ob sententiarum similitudinem, quae nunc invenitur in vs. 15. 16. (in utroque hymni in Iehovam sanendi sit mentio), ab eo, qui hanc oraculorum collectionem

instituit, in unam coniuncta. Eodem modo in carmina plura diffusat capita sequentia; de quibus inferius videbimus. Placuit haec sententia EICHORNIO quoque (Einleit. in das alte Test. P. II. p. 84.). Sed cum quatuor haec capita manifeste in uno eodemque argumento et tenore versentur, ego nullam illa in diversa carmina dispescendi necessitatem video: efficiunt potius, si quid sentiam, in unum illa carmen comprehensa, rotum quoddam et omnibus quasi partibus consummatum perfectumque poema, in quo vates a vastationis et depopulationis Palæstinae per Nebucadnezarem, tristissimorum temporum, descriptione exorsus, statim transit (eleganti usus similitudine vs. 13.) ad meliorem vicitudinem, paucis reliquiis populi Israëlitici iam redeuntem, unde protinus progreditur ad incrementa novae felicitatis depingenda, eo quidem modo, ut, antiquis Israëlitarum inimicis uno post alterum profligatis et plane delictis, aptissima prosopopoeia ipsos inducat Israëlitas hymnos canentes in laudem Iehovæ, ob restitutam rempublicam. — Ita mihi de nexu et carminis oeconomia statuendum videtur: quam recte, iudicent alii: certi quidquam in re dubia, in qua suum quisque sensum sequi necesse est, affirmare non ausim.

---

1. Terra vastatur, urbes diruuntur, incolæ omnes sine sexus, aetatis, conditionis discriminè et respectu deportantur et abducuntur in exsiliū: hanc sententiam vates versibus duodecim prioribus poetice amplificat et enunciat.

Arab. بَقْعَةٌ, bombum edidit amphora, dum affatim ex ore angustiore effluit, vel per illud infunditur aqua, conf. not. supra ad Cap. XIX, vs. 3., cf. Ierem. XIX, 7. LI, 2. Nah II, 3. Imago petita est ab utre aut ampulla evacuanda et effundenda, vide similem a Ieremias informatam imaginem c. XLVIII, 11. 12. qua sistitur terra vastata incolisque nudata. Quod ad

ver-

verbum בְּלַק, rectum ex parte iam vidit pater Davidis Kimchi, Iosephus Kimchi, cuius interpretationem assert filius ad h. l.: *pater meus interpretatur in significatione aperitionis, ex Arabico يَلَّةُ الْبَابِ, aperitio ianuae.* Sic interpretatio erit, aperit portam, ut urbis incolae exeant, atque hoc rendit Thargum, מסר לה לִסְכָּא, tradidit urbem hosti. Melius forsitan de aperitione amphorae sive lagena, h. l. accipitur, quod optime quadrat imagini coepse. שׁוֹרֵה פְנִיה invertit faciem eius, וּלְפִיזִי יְשִׁבָּה, incolasque effluere facit, פִּיז collato cum Arab. فَاضْ, de quo celebris ille Arambum Lexicographus Geuhari, apud SCHVLTENSIVM in Origg.

أي كثُر حتى سال على صفة الولادي p. 55.  
فاض الصاع, i. e. rivus ita crescit, ut supra ripas exunder: conf. Proverb. V, 16. יְפִיצוּ מִצְנְחִיךְ exuberabunt fontes tui. Persistit igitur vates in similitudine coepa.

2. Omnia nobiliorum et inferiorum, potentiorum et infirmiorum, ditium et egenorum, tubverso reipublicae statu, et direptis incolarum bonis, aequabitur conditio. Particulam δι bis positam, sibi mutuo respondentem, vertendam esse sicut — ita, satis notum est, conf. exempla Iud. VIII, 18. Genes. XVIII, 25. Cant. I, 4. בְּקוֹנוֹת בְּמֻוכָּר Empores spectari vult ut ditiores, venditores vero ut tenuioris conditionis homines, qui studio aut labore parta parataque ditioribus pretio offerunt.

4. אֶבֶל, orbis, hic sumendum esse sensu restrictiori de terra Iudea, vix monitu opus videtur, cont. not. supra ad XIII, 11. אֲמָלוֹן מָרוֹם עַם הָאָרֶץ Propr. languent, qui sunt oelsum, sive in celso populi terrae, qui faciunt coelum populi terrae, i. e. principes, proceres, sacerdotes, qui infra vi. 21 appellantur צְבָא המרומָת exercitus celsi. Quum haec interpretatione sensum exhibeat commodum, nullam lectionem mutandi necessitatem perspicio, quod tamen Michaeli et

Lowthio visum est: quorum coniecturas hic appono: MICHAELIS in *Adpend. ad Bibl. Orient.* P. XIV. p. 53. מְרוּם in statu **absoluto**, מְרוֹרָה, enunciat, ut vertendum sit, *languent celsum* (et) *populus terrae*, i. e. nobiles et infami. Praeterea monet, vocem וְ omitti tam ab Alexandrinis (οὐ νόμιμος τῆς γῆς), quam a Syro (אַנְגָּלָן? סָטָן): nec tamen audet his solis auctoribus vocem וְ delere, in omnibus hucusque collatis codicibus expressam. KOPPIVS effert מְרוּם, hoc sensu: *a loco excelso disturbatus languens iacet terrae populus.*

5. וְהַאֲרֵץ חִנְבֶּה הַחַת יִשְׁבֵּה Terra sub incolis suis est polluta, hausto videlicet sanguine innocuo, atque ideo maledictioni subiecta incolas evomit. Quod fortius haud dubie est, quam quod aliis placet: *terra polluta est propter* (qua significatione מְרוּם saepe occurrit, veluti 1 Sam. II, 20, 2 Sam. XIX, 22. Zephani. II, 10.) *incolas suas.* A significacione *claudicandi* quam verbum מְרוּם haud dubie primum habuit (coll. Arab. خَنْدُف, *tarsum pedis flaceidum habuit, inter eundum pedem convertit extorsum*), מְרוּם propriè est *claudicans*, hinc profanus etiam sic dictus, sive, quod claudi templis locisque sacris arcebantur, sive ex consueta phrasè Arabum, qua *claudicare in religione* dicunt errantem, non credentem (conf. SCHVLTENSII *Clav. Dialectorr.* pag. 232.).

Haec profanandi significatio frequentissima est in codice hebreo, ita ut hoc verbum usurpetur quoque de pollutione et profanatiene terrae, sanguine innocuo, vid. Num. XXXV, 33. Ps. CVI, 38. Recte igitur Symmachus locum nostrum vertit, ἡ γη ἐφοροτοῦθεν ὑπὸ τῶν κατοικεῖτων αὐτῆς, terra caede contaminata fuit ab habitatoribus suis. Alexandrini eandem habent vocem Φοροτοσεω in locis Num. XXXV, 33. et CVI, 38. modo allegatis. כִּידְעָבָרו חֹורָה (כִּידְעָבָרו חֹורָה) legitur in uno codice Rossiano, et in Prophetis Soncinensis a. 1486. Singularem exprimunt quoque interpretes veteres, praferuntque

que illum lectioni receptae Lowthius et de Rossi, hac maxime ratione permoti, quod voces proxime sequentes חָרְבָּה, בריח, in singulari posita sunt. Sed eam ipsam ob causam pro emendatione scribarum habuerim. Quod ad veteres interpres ita KOCHERVS: „חרורה complexus legum est, quae singulae חָרְבָּה dicuntur; ubi interpres pro libertate et consuetudine sua nunc singularem nunc pluralem numerum adhibent; quemadmodum vel hoc ipso versu apud LXX. pro חָרְבָּות τον μην, pro singularique חָרְבָּה τα περιστατικά multitudinis numero legitur.“ (חָלְפוּ חָרְבָּה) Vulgo: *immutarunt statutum*, i. e. statuta vel depravarunt, vel prorsus aboleverunt: sensu non incommode. Praetulerim tamen SCHULTENSII ad Proverb. c. XXXI, vs. 9. p. 510. allatum nostri loci interpretationem: confert Arabicum خَلْفٌ, quod inter cetera etiam denotat, *interpolavit*, et in Coniug. IV. أَخْلَفَ, *fefellit fidem et expectationem*. „Inde, Schultensius pergit, subnascitur, *interpolarunt ius sculptum*; quod eiusdem frustrationem ultro importat. Eadem figura simili in argumento usus Orator in Verrem: *Referens in tabulas et publicas, et privatas, quod gestum non esset, semper aliquid demendo, mutando, interpolando*.“

6. אלה אכלה ארץ „propr. *maledictio terram consumit*: maledictio autem meton. poenae divinae sunt.“ DOEDERLEIN. Pro אלה legitur אֲכַלְתָּה, *planxit*, in codd. Kennicott. o&to, Rossianis viginti, nec non in bibliis Soncinenibus, Brixienibus, Venetis utrisque 1518. ad marg., Prophetis Soncinenibus, et in Syro. At vero corrector codicis Rossiani 305. (Prophetas priorr. et posteriorr. continens, cum Masora, sub fin. Sec. XIV. scriptus, bonae notae) notat ad margin. *Sic legitur in codice correcto, cum ו, quod et Majora definit.* NORZIUS, praestantissimus ex Iudeis criticus, in Commentario Crit. in omnes V. T. libros una cum textu Hebr. edito Mantuae 1742. (conf. DE ROSSI Prolegomm. ad Varr. Le&lt. P. I. §. XXXVII. pag. XLI.) ad h. l.: *In aliquo codice cum*

beth, sed in plerisque correctioribus cum capl., quod et Kimchius confirmat tum in Commeutario, tum in libro radicum. R. ABEN-ESRA interpretatus est et ipse in sensu אַבְיוֹה, combustionis. חָרוּ (על-כִּן חָרוּ יִשְׁבְּיָאָרֶץ) plerique vertunt: combusti sunt, a חָרֵר: sed id de personis dictum vix reperias, neque ullus veterum sic interpretatur. Nam Alexandrini: πτερχοι ἐκονται, Symmachus: ἐκτεύχθησανται, atterentur, minuentur, Chaldaeus: ḥṭā, consumuntur, Syrus: ḥṭā, interficiuntur; unde Hubigantius et Lowthus in Hebraeo חָרְבָּי illum legisse putant, quod et uterque recepto חָרֵר praeferit. Sed Syrus alias uno loco (Ezech. XV, 4. 5.) bis pro hebraico חָרֵר posuit suum חָרְבָּי, cui in universum perdendi, devastandi, significatio inest. Praeterea bene monet MICHAELIS in *Adpend. ad Biblioth. Oriental.* P. XIV. p. 53. nullam lectionem receptam mutandi necessitatem adesse; conferendum enim h. l. esse hebraicum קָרָה cum Arabico حَرَبٌ, decrevit, diminutus est, quod ipsum haud dubie respxisse Symmachum. Probatum id quoque est DOEDERLINO et KOPPIO.

7. אָבֵל תִּירוֹשׁ (*Lugere* Hebraeis dicitur, quidquid vastatum et desolatum est, aut in deterius mutatum; conf. vs. 4. נָאֲנָה כָּל־שְׂמָחָה־לְבָבִים) Gemunt omnes laeti corde, qui animo laeti erant, conf. 1 Regg. VIII, 66.

8. Silent nabilia ac citharae templi aequa ac privatorum modulamina, gesticulationes et voces compositae ad hilariatem. שָׁאנָן hic est tumultus, fragor, laetus et exultans, ut שָׁאָפָּה, Proverb. XXVI, 26. et תְּהִלָּה, Zach. IV, 7. Ceterum pro אָנוֹשׁ legunt אָנוֹז, superbia, tres codd. Rossiani a prima manu, idemque exhibent interpretes Alexandrini.

9. יִתְרַ שְׁבָר לְשָׁחוֹר Non sapiet vinum hibentibus praemoerore. De שְׁבָר conf. not. ad Levit. X, 9. et supra ad cap. V, II.

10. נִשְׁבַּר קָדוֹת־הַהּוּ (נשבר קרוית-ההו) *Confracta, diruta, est urbs vacuitatis*, i. e. vacua, incolis, puta, quippe qui vel in servitatem abducti, vel occisi essent, vel fuga saluti suae consulerant.

11. צוֹחָה עַל־הַיּוֹן בְּחוֹצּוֹת (צוהה על-היוון בחוץות) *Clamor est in vicis super vino*, publice queruntur de vino. Notat hic *vinum* materiam gaudii, laetitiae, consolationis: quae quum deesset, *vinum* defuisse dicitur. Id enim velle prophetam, patet ex iis, quae mox subiicit, se ipse interpretatus: *confusa est omnis laetitia; migravit gaudium terrae*. Conf. supra Cap. XVI, 8. 10. עברבה כל שמה (ערבה כל שמה) Ad haec verba HVBIGANTIVS: „*fugit omnis hilaritas, ex significatu Samarit. עבר, expellere: quem nisi sequeris, erit legendum עברבה, transit.* Non enim convenit in *hilaritatem*, neque *obtenebrata est*, quod Buxtorfus, neque *advesperascit*, quod Forerius; ut neque in verbum גָּלָה, *ablata est*, quod verbo עברבה parallelum est.“ Lowthus אֶבְרָהָם scribendum iubet: sed invitis codicibus, invitisque interpretibus, nulla praeterea necessitate urgente: conferas enim Arab. حَرْبٌ, quod proprie de *solis occasu* dicitur, et deinde in universum notat, *abfuit, distitit, longius recessit*; commodus prodibit sensus: *sive* *vertas: recessit omnis laetitia; sive, quod magis poeticum: occidit omnis laetitia*, ut quum decadens sol tristibus cuncta tenebris mergit. גָּלָה משיח הארץ (גלה משיח הארץ legitur in *quinque codd.* Kennicott. et *quatuor Rossianis: Alexandrini* בְּלִיטְשְׁוָשָׁן *videtur legisse.* Proxime praecedens כל in mente forsitan de-scribenti fuit.

12. וַיָּשַׁאֲרֵה וְכָה שָׁעָר (וישאה וכה שער) *Et ruprone contundetur porta, ita contundetur, ut tota in pulveres et rudera concidat.* Scilicet כָּה שָׁעָר, unde כָּה שָׁעָר, conferendum est cum Arab. قَلْبَى, *rupta fuit cum fragore futura*, vid. SCHVLTENSII Clav. Dialectorr. p. 303.

13. Sensus: relinquunt pauci, qui communem calamitatem effugerint, et in patria relicti fuerint, stipis instar renasciturae reipublicae.

14. (צְהָלוּ מִם) Quoniam pro מִם Alexandrini ponunt τὸ οὐδὲ της Θαλάσσης, et Theodotion οὐδεταὶ Θαλάσσης, Lowthius מִן, Koppius מִן ab iis lectum existimant. Quod nos legimus, מִן, alii vertunt *a mari*, alii *ab occidente*, quo nomine מִן plagam occidentalem saepe indicari in V. T. notum est, quod mare mediterraneum ad Occidentem esset Palaestinae. Per occidentem autem nonnulli, ut VATABELVS, intelligunt extremam orbis partem. Mihi quidem praeferenda videtur DATHII interpretatio: *hinniunt*, laetis vociferationibus exultant, *magis quam mare*, ut comparatio sit laetitiae illius tumultuantis, quam propheta, phrasí quidem sublimiori, sed a dictione minime aliena, ipso maris strepitu sonantiorem esse dicit.

15. (עַל־כֵן בָּאֲרִים כְּבָדוּ יְהוָה) Molestiam creavit interpretibus. Alexandrini, qui totum hoc comma sic transformarunt: δια ταπτον δοξε Κυριος εν ταις νησοις εσαι της Θαλασσης, το ονομα Κυριος ειδοζον εσαι cum vocis nominatae significationem non assequerentur, eam neglexerunt. In codice quidem LXX. interpp. Pachomii, magni aestimato illo a GRABIO (vid. Prolegomm. ad Tom. tert. edit. LXX. interpp. Sect. III. et V. et GRABII Libr. de vitiis LXX. interpp. pag. 118.) et in alio quodam codice manuscripto, qui nunc in Museo Britannico asservatur, signo I. D. II. notato, versus noster, Lowthio referente, ita legitur: Δια ταπτον δοξε Κυριος εσαι εν ταις νησοις της Θαλασσης εν ταις νησοις το ονομα της Κυριος Θεος Ιερωνιμος ειδοζον εσαι. Quod cupidus arripiens Lowthius, partim Alexandrinos pro בָּאֲרִים legisse arbitratur בָּאֲרִים: nec prorsus displicebat haec coniectura MICHAELI in Adpend. ad Biblioth. Orient. P. XIV. pag. 55. Alii aliter coniecerunt. HVBIGANTIVS: „cum sequatur homines, in insulis maris, facile est videre, olim scriptum fuisse בָּאֲרִים, vel

vel בְּגַם, *in populis*, atque unum esse alterius parallelum.“ Idem DATHIO placuit, in nott. critt. ad h. l. CALMET ab Hubigantio adductus, vel בְּהַרִים, *in montibus*, vel בְּחוֹרִים, *electi*, vel בְּיָאָרִים, *in fluviis*, legendum proponit. HENSLERVS pro בְּאָרִים efferre mallet בְּאָרִים, quod contractum positum esse autumat pro בְּיָאָרִים, *ad Nili ripas*, quemadmodum Ainos VIII, 8. בְּאָרִים contracte pro בְּאָרִים scriptum inveniatur. Quod autem in textu nunc legitur, בְּאָרִים, varie interpretantur. Syrus: *propterea* חֲנַבְּלָמָדְלָבְּ, laude celebrate dominum: *sive* quod significationem vocis בְּאָרִים e contextu divinarit, *sive* quod contulerit Arab. סְלָמֵן, vocis sonus, vociferatio, spec. vox victoria exultantis: Plerique ex recentioribus אַרְוֹת ad אַזְרָה, *lucem*, retulerunt, auctore Chaldaeo, qui habet: *Ideo cum venerit אַזְרָה lumen iustis, glorificabunt coram domino.* Huc referendus quoque Vulgatus, qui doctrinas vertit, vocem enim אַוְרִים solet doctrinas interpretari, quod *lux* sit *doctrina*. Ita etiam interpretatur Exod. XXVIII, 30. אַוְרִים in pectorali sacerdotis, non quod non intelligeret, vocem *luces* significare, i. e. lapides lucidissimos, sed mysterium olsaciens, intelligebat per *luces* doctrinam cum vitae integritate coniunctam a sacerdote requiri. COCCIVS ignes in publicae lacitiae signum accensos, *Freudenfeuer*, intelligit. Sic et Abendana, et eodem MICHAELIS in Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. I. pag. 48. referendum putat Syrum, cuius interpretationis iam mentionem fecimus. Alii *specus* interpretantur, in quibus profugi latuerint, vid. loca ex Lexx. Iudeorum, quae attulit de Rossii ad h. l. Immerito Michaelis l. c. *specus* significationem merum commentum pronunciavit, quod nullo modo probari possit ex usu linguarum Orientalium, cum tamen Arabibus sit *spelunca*, unde et supra Es. XI, 8. מִתְּחַנָּה *specus*, conf. BOCHARTI Hieroz. Part. II. Lib. III. Cap. X. p. 404. Eadem significationem secuti sunt VITRINGA et FO-

RERIVS, qui hanc proponit explicationem: „Intelligo cum quodam viro docto *Troglodytas*, qui ἀπὸ τῶν τρογλῶν, i. e. *specubus*, in quibus habitant, nomen fortiti sunt: de quibus vid. Plinium, Lib. V. c. 8. Huiusmodi homines olim sub Aegypto versus mare rubrum habitabant, supra modum barbari. Per hos autem intelligit propheta ceteras barbaras nationes: quibus mox iungit *insulas maris*, i. e. extremos quoque populos, et *toto orbe divisos*, quales erant Europæi respectu Iudeorum. Intellige ergo moribus et situ a Iudea longe remotas gentes.“ Non incommoda sane explicatio; præplaceat tamen DOEDERLINII illa: *in septentrionibus*

*celebrate Iehovam*, coll. Arab. <sup>جَوَّبْ</sup> <sup>جَوَّبْ</sup>, *septentrio*. — MICHAELIS

*in Supplemm. l. c. Arab.* <sup>جَوَّبْ</sup>, *propulsio*, *expulsio*, constitut, vertitque: *in exsiliis* (patria pulsi) *laudate Iehovam*.

16. Invitaverat gentes ad celebrandum Iehovam: nunc ita factum esse significat: incipitque iam canticum Israelitarum, aliarumque gentium Iehovam colentium in regni Babylonici occasum, cum sensu felicitatis et dignitatis suse. Ceterum in legendo hoc canto lectoris animo semper observari necesse est tempus, quo illud editum est, vid. Argum. (אַבְרָהָם לְצִדְקָה) Apostrophe ad populum illum felicem, qui novae felicitatis particeps erit. אַבְרָהָם, quod proprio gloriam notat, a poeta hic positum videtur pro שָׁלוֹם, *iustus*, populus Israeliticus, Iehovae cultores. רְדוּ לֵי רְדוּ לֵי (אַבְרָהָם לְזִדְקָה) Inducuntur Babylonii ipsi, vicem suam dolentes. רְדוּ veteres omnes *mysterium* verterunt, notationem vocis ex Chaldaea dialecto mutuati, ubi רְדוּ et *secretum*, *arcana* significat. Secuti sunt hanc interpretationem recentiorum haud pauci, inter quos Forerius et Koppius, ut dicere putandus sit vates, esse sibi magnum aliquod revelatum arcanum, quod evulgare sibi fas non sit, aut quod enarrare facile nequeat, dum lingua fauibus haeres, vox dolore concluditur,

tur, ut Hieronymus. Alii רְזֵץ vertunt *maciem*, a רְזֵץ, emaciare, ut eandem significationem obtineat, quam רְזֵץ, qua voce usus est propheta Cap. X, 16. Ita ex multis Lowthus, praeeunte Vitringa, qui haec ita explicat: „vult dicere, ad novam calamitatem, quae sibi ob oculos versabatur, totum se horrere et contremiscere; quicquid in carne vegetum et floridum erat, concidere; flaccescere membra, et perire sibi speciem.“ Magis accommodate quidem ad sequens אָזִין, quam prior illa interpretatio: sed praeferendum videtur, quod Dathius habet: o calamitatem meam!

„רְזֵץ, in nota addit, ex significatione verbi حَسْنَى in lingua Arabica, malo, aerumna afficit, verti calamitatem [sic in Historia Timuri Tom. I. pag. 450. lin. 11. ed. Manger.

الْفَلَجُ مِنْ أَلْزَى, non effugiuntur infortunia], sequens enim אָזִין manifeste ut synonymum ei respondet.“ בְּגָדִים—בְּגָדִים Verbum hic rapiendi significatione est sumendum, ut supra XXI, 2. ubi not. vid.

17. פַּחַד וְפַחַד וְפַחַד *Pavor, et fovea, et laqueus.* His translationibus solent Hebrei seriem maiorum se invicem excipientium significare, quorum qui quaedam vult fugere, in alia, et forte maiora, incidit, ut Latinis:

*Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdis.*

Estque paronomasia in his vocibus, qua solent gaudere poetae Hebrei: *Pachad, Pachath, Pach.*

18. Sensus commatis, tempus esse magnae et pressae angustiae, quo quemque varia circumstant discrimina, quorum si quis unum feliciter evitaverit, facile incidat in aliud, donec indubitate pereat. Ieremias utitur eadem sententia, iisdem fere verbis, in prophetia adversus Moabitas, Cap. XLVIII, 43. 44. Pro קְרֵב codex unns Kennicott. קְרֵב habet, quod legitur in loco parallelo Ieremiae. Sed utramque ex Hebraismo satis noto pro solo וְ possum est, conf.

Ps. CII, 6. מִקְול אֲבָחָרִי ob vocem gemitus mei, i. e. ob dolorem in gravissimos gemitus erumpentem, adhaerent ossa pelli meae. בַּי אֶרְבָּת מְמֻרוֹת נְפָחָה (Ad vocem מְמֻרוֹת Rossius notat, pro ea in uno Codice Kennicottiano legi השם. „Cod. meus 305., pergit, primo חַשְׁמִים, cararaæ coeli, sieque alios codices legere monet margo codicis 319. Vocabulum hoc supra rasum in cod. 789., ut videatur alterutram ex duabus hisce lectionibus primo habuisse.“ Ceterum vix monere opus, imbre ex apertis coeli claustris dimissos et profusos, et fundamenta terrae commota, esse symbola gravissimarum calamitatum et rerum publicarum subversionum.

19. הארץ in uno cod. Kennicott. omissum.

20. (וְהַחֲנוֹדָה בְּמַלּוֹנָה) Agitatur sicut rugurium hortense. Manifeste, vatem de nocturno hospitio loqui, quod in perpetuo motu sit. Hic vero sciendum, sub calido climate, ferarum forte metu, pensiles sibi lectos, ex arboribus suspensos, parare, non custodes solum hortorum, camporumve, sed et iter facientes. NIEBUHR in *Descript. Arab.* p. 158. in montanis Iemenæ nidos, ut ita loquar, in arboribus vidi, sedes Arabum, agros suos custodientium. Hoc quidem nostro loco Chaldaeus et Syrus עֲרוֹלָה, quo de vocabulo Chaldaico BVXTORFIVS in *Lex. Chald.* Leffulus, cubile vagum, ut cunae, vel cunabula puerorum, lectuli ruguriorum, aut peregrinantium. — In Tosephoth scribiuntur, custodes hortorum solitos fuisse extendere funes ab arbore una ad alteram, ut funes in lecto extenduntur, et in iis sub umbra densorum ramorum cibuisse. Similiter et Golius sub لَفْلَى ex Geñario habet: locus, quem in summa arbore sibi struit campi custos præ metu leonis. Huius modi igitur lectum, vento arbores quassante, in perpetuo motu esse, necesse: cui undantem tanquam sub pedibus terram eximie comparat vates.

21. Pro הארץ <sup>בְּאָדָם</sup> in quatuor Codd. Kennicott., et duobus Rossianis. Pauci, <sup>בְּאָדָם</sup> in terra, ut verit. Syrus, notatque margo unius cod. Rossiani. Ita quoque duo codd. Kennicotti, et duo alii a manu secunda. Alexandrini cum Arabe in Polyglottis repetitum hoc vocabulum omittunt.

22. אַסְפּוֹרֶמְכָנָר Defumta est metaphora a captiuis, bello factis, aut aliis, criminis gravioris consortibus, qui gregatim vinciti, manus pedesque ligati, truduntur in carcere, et arctae mandantur custodiae. Ceterum vix monitus opus, אֲסִירָם pro אַסְיּוֹרִים possum esse, stylo Hebraeo, et vocali <sup>לְ</sup> hic sumi pro *in*, ut aliis locis. (וּמֹרֶב יְמִים יַפְקֹד) Post multos dies visitabuntur, i. e. punientur, ut igitur verbum פְקֻדָּה accipendum sit in malam partem, sive, ut loquar cum interpretibus antiquioribus, de *visitatione irae*, non *gratiae*. Inclusi carceri subterraneo ad poenas crudeles servantur.

23. Sensum harum imaginum facile capiet, qui dictio-  
ni propheticae adiuetus est. Hinc quid copiae coelestes sint,  
quid sol, quid luna et rel. ineptum est disquirere. In uti-  
mo commate antithesis est. Babylonis reges deieci in car-  
cere gemunt, Deus Hierosolymis semper regnat. Ibi  
quidquid praeclarum est et in hoc coelo conspicuum, id di-  
gnitate privatur, splendoremque amittit: hic autem regni  
senatores nova dignitate eminent. Haec DOEDERLEIN  
in h. l.

CAP. XXIV. I. Ecce Iehova exhaerit terram, et eva-  
cuat eam: invertit eius superficiem, atque incolas eius dis-  
pergit.

2. Ut populus ita sacerdos, ut servus ita dominus: ut  
ancilla, ita hera: ut empator, ita venditor: ut mutuo dans, ita  
qui mutuo accipit: ut foenerator, ita qui accipit foenori.

3. Exhaeritur, diripitur, universa regio. Sic mina  
zus est Iehova omnipotens.

4. Luget, marcerat terra; languet, marcerat tellus; lan-  
guescunt, qui erant sublimis populus terrae.

5. Etenim foede polluta est haec terra ab habitatoribus  
suis: quippe leges transgressi sunt, immutarunt statuta, rupe-  
runt foedus aeternum.

6. Idcirco execratio terram absunit, omnesque eius inco-  
lae poenas luunt; diminuuntur, ut pauci homines supersint.

7. Perit mustum; languet vitis; ingemiscunt omnes an-  
teca hilares.

8. Cessat gaudium tympanorum; sileat strepitus ovantium;  
non auditur laetus citharae cantus.

9. Nec iam inter concenrus potant; amara est sicera po-  
tatoribus.

10. Fracta est urbs vacua, clausae sunt domus, nemo eas  
ingreditur.

11. Ob vinum plorant in plateis; fugit omnis laetitia;  
exulat terrae hilaritas.

12. Nil, nisi vagitus, in urbe superest, portae vi sunt  
fractae. — —

13. At vero idem huius terrae populo eveniet, quod fieri solet in strictura oleae, aut in racemis, quum peracta est  
vindemia.

14. Illi pauci superstites alta voce canent: celebrabunt  
Iehovae excellentiam, magis quam mare strepent.

15. Propiterea in septentrionibus celebrate Iehovam: in  
terris longinquis Iehovam, Deum Israelis.

16. Ab extrema terrae atidimus cantica oblebatamento illi-  
stis: Heu vicem meam! o grave meum infortunium! raptiores  
rapuerunt, spoliarunt omnia!

17. Metus, barathrum, illaqueatio, vocis, huius terrae  
habitatoribus imminet!

18. Qui metum effugerit, in barathrum incider, qui  
escenderit e fovea, capietur laqueo; quippe cataraetae coelæ  
apertæ sunt, et concutiuntur fundamenta terræ.

19. Conquassatur orbis, rumpitur orbis, nutat orbis!

20. Vacillat orbis ebriet instar, nutat sicut stratum inter  
arbores suspensum; suis delictis gravatus corruit, nec unquam  
resurgent.

21. Tum animaduertet Iehova in copias coelestes reges  
que orbis.

22. Cogentur ut vinceti, carceri includendi; claudentur,  
in carcere, et longo post tempore poenas luent.

23. Pudet autem luna, et pudore afficitur sol, quando  
Iehova, exercituum dominus, in monte Sionis et Hierosolymis  
regnabit, et seniores eius magna dignitate erunt con-  
spicui!

---

## CAP. XXV.

Continuatur hymnus, capite superiori inceptus, tempera  
liberationis e captivitate babylonica interitumque regni Ba-  
bylonici canens; vid. Argument.

I. עזרות מרוחק (Propr. consilia a longinquō, i. e. longe  
ante capta. Alii intelligunt de promissis olim datis. Sic  
DOEDERLEIN: fide olim data te exsolvisti: quod certe non  
male quadrat iis, quae sequuntur: אמן אמרונה, fides certissi-  
ma. Cocceius in versione sua vocem עזרות, consilia, refert  
ad notionem פְּרִישָׁה, fecisti, hoc sensu: fecisti mirabile; con-  
silia a longinquō, scil. fecisti fidem et veritatem; et eodem  
modo acceperunt verba nostra post Aben-Esram plures in-  
terpretes. Masorethae tamen nos monuerunt tentativas di-  
stinguere: quod si fiat, statuendum est, ellipsis subesse vo-  
ci

ci עצוח אֲשֶׁר בְּעֵצָה pro עצוח. Integra sententia est: עצח אֲשֶׁר בְּעֵצָה אַכְזָבָה אִמְנָן, consilia, quae deliberato cepisti, sunt fides fidissima. Pro עצח Michaelis efferre mallet עצח, auctoritate veterum interpretum et Hieronymi, qui in Commentario ad h. l. desiderans, inquit, fieri, quod prophetat, adiungit verbum Hebraicum AMEN, pro quo LXX. transtulerunt FIAT. Sed puncta vocalia Masoretharum mihi omnino videntur retinenda. Vertas enim cum Michaele: die Weissagung aus der fernen Zeit her ist nun Wahrheit, Amen! cuinam haec versio placebit, nisi eius auctori? Praeterea satis notum est, Hebreos saepe coniungere per appositionem synonyma diversi generis, ad gradum superlativum exprimendum, exempla vide in STORRI Observat. ad Analog. et Syntax. Hebr. pag. 188. not.

2. Urbs Israelitis adhuc maxime inimica, quae rempublicam eorum olim subverterat et destruxerat, nunc ipsa destructa et in ruderum acervum redacta iacet. — עיר שמה מעיר לנו Ad haec verba HVBIGANTIVS: „Pro מעיר lege, ut legunt omnes veteres, et ut postea legitur מקריה, non nisi priori posterius; quod infra legitur, legendum; nisi forte natum fuit ex שם מעיר עיר, ut forte in quibusdam codicibus legebatur.“ Cum HVBIGANTIO ex parte consentit DATHIVS in nota crit. ad h. l.: „Pro legendum est מעיר five sine articulo עיר, ut in sequenti membro קרייה, non קקריה, quod etiam constructioni verbi שם saepissime obvii, repugnat, nec ullum τοιον indicium est apud antiquos interpretes. Irrepsit sine dubio scribarum errore ex sequenti מעיר, in quo vero recte legitur.“ Probant hoc LOWTHIVS et DOEDERLEIN. MICHAELIS in Append. ad Biblioth. Orient. T. XIV. pag. 57. verba alia litterarum divisione sic legenda statuit: קרייה שם שם עיר, posuisti enim illos (hostes), urbem in ruinas, civitatem munitam in rudera. Sed non opus est mutatione: supple sententiam:

כִּי שָׁמַח עִיר מְעִיר לֹא  
puta, ex urbe in acervum, sic nihil obscuri in phraſi super-  
est. Nec haec verba intacta reliquit criti-  
corum follertia. HVBIGANTIVS: „pro זְרוּם, alienorum, le-  
gimus זְרוּם, superborum, ut infra vs. 5. Veteres nihil de  
alienis. Commodo quidem alieni, ubi tanguntur res, quas  
eagerint apud Iudeos extranei, non item ubi aguntur res  
ipsae populorum extraneorum.“ זְרוּם exhibit quoque  
duo codices Kennicotti, et eandem lectionem probat Low-  
thius; cui tamen nec displicet aliis cuiusdam codicis lectio,  
זרום, hostes. MICHAELIS efferendum arbitratur מְעִיר,  
זְרוּם, hostes.

quod effet participium Pyal a גְּרָא, mutavit, abolevit: pro-  
bant Koppius et Henslerus. DOEDERLEIN מְעִיר mutare mal-  
let in מְעֵרֶת, tumulus, Mich. I, 6. Job. XXX, 24. (quibus lo-  
cis יְשִׁיר reperitur), et hinc vertere: palatia barbara (vertisti)  
in tumulos numquam restaurandos. Sed nulla lectionem re-  
ceptam mutandi necessitas. Verte: palatum, sive collecti-  
ve, palatia barbarorum posuisti (quod quidem קְרָא repeten-  
dum est אֶת־תְּשִׁיר) ut non amplius sint urbs; et omnia  
erunt plana. Quod si quis duriter constructum putet,  
קְרָא ut non sit urbs, quod putant Michaelis et Koppius,  
conferat מבוא, Cap. XXIV, vs. 10., item מבוא Cap. XXIII,  
1., מוקד מער XVII, 1., מוצב VII, 8., aut si haec non sa-  
tis, alia Cocecius in Lexico ad particulam נְגָן No. 10. exem-  
pla dabit. זְרוּם a גְּרָא, ab origine torquendi, 1) est diversus;  
2) alienus; 3) gente et terra exterius; 4) alienus animo, ini-  
nicus; 5) hostis barbarus, quae significatio in hunc locum  
quadrare, Chaldaisque maxime, aut Assyriis et Babyloniorum  
convenire videtur; hi enim stylo prophetarum saepe barba-  
ri vocantur. Sic Iesaias Cap. I, 7. Terram vestram coram  
vobis, peregrini (Assyrii) comedunt. Ezech. XI, 9. et  
tradam vos in manus זְרוּם, peregrinorum, Babyloniorum.  
Cap. XXVIII, 7. Ecce adduco super vos זְרוּם, peregrinos,  
violentissimos populorum. Iobel III, 17. Et זְרוּם, peregrini,  
Ief. Var.

eam (Hierosolymorum urbem aut Cananæam) amplius non transfiburr.

3. Liberatio et salus, quam Iehova populo suo ad extrebas angustias redacto praestiterat, ei conciliat reverentiam et honorem gentium potentium et ferocium; quin imo ipsarum quoque illarum gentium, quae Israelitis adversatae fuerant, et in eos affectaverant imperium et tyrannidem exercuerant. Geminum autem constructionis anomalon in hoc commste occurrit. Prius est in compositione singularis cum plurali, ubi dicitur: יְבָדֹךְ עַמּוֹתֶיךָ, *populus fortis hominibus tuis*: posterius, quod eadem constructione servata, notio generis debilioris construatur cum generis masculini plurali וַיַּרְאֵךְ pro *הַרְאֵךְ*, ut secundum analogiam scribendum fuisset. Sed sciendum est, nomina societatis et coetus non in Hebraea tantum, sed in aliis quoque linguis cum plurali construi, quippe involventia ideam pluralitatis; et nomina societatis apud Hebraeos utroque genere efferri: ut docti Grammatici iam dudum monuerunt, veluti in exemplo Genes. XLI, 57. כָּל־הָעָם בְּאוֹר מִצְבֵּתָה, conf. SCHROEDERI Syntax. Nomin. Reg. XXVI, a. Sed hic subest aliud: *Est inter Hebraeos usu receptum, ut quando duo substantiva, inter se constructa, coniunguntur, tum verbum quandoque respondeat posteriori recto, cum deberet convenire priori regenti;* et exempla sunt Genes. IV, 10. קֹיל הַמִּי אֲחִיךָ צַקִּים vox sanguinum fratris tui clamant ad me, pro צַקִּים, clamat; Job. XXIX, 10. קֹל גִּירִים נְחַבָּא, vox procerum occultabante, pro נְחַבָּא, occultabat: confer notam supra ad Cap. II, vi. II. p. 59.

4. (כִּי הַיְתָה מַעַז לְדָל Tenues et pauperes sunt Israelitae, quorum angustias et exilium comparat inundationi aquarum, et aestui solis. Iehova autem sit refugium et umbra illicis, ne desicerent in exilio. מַעַז esse asylum, pluribus exemplis ex Arabica dialecto comprobavit DRIESSEN in Observ. Philologg. et Critt. ad quaedam V. T. loca, Observ. X.

ad Ies. XXX, 2. et conf. not. supra ad Cap. X, 31. כירוח ערייאם בזורה קיר (In his verbis explicandis haud exiguum creavit interpretibus molestiam nomen קיר. Plerique phrasin זרם vertunt per *inundationem parietis*, id est, explicante SALOM. JARCIUS, השותך בקיר ומפללו, quae parietem inundat ac deiicit, quo pacto sumserat iam olim HIERONYMVS, vertens: *spiritus enim robustorum, quasi turbo, impellens parietem*: eodemque modo KOCHERVS: „*tanquam inundatio parietis sive maceriae, ut si rapidus montano flumine torrens in obiectam illitus maceriam, quatiat eam, sternatque.*“ Sed phrasin hanc admodum esse duram, et dilutiorem in oratione vehementiori edere sententiam, iam viderunt plures, variaque ideo, quibus duritatem illam emollient, circumspexerunt remedia, quorum praecipua, CAPPELLI nempe et HVBIGANTII, tantum recensebo. — CAPPELLVS igitur nomen קיר hic commodissime accipi posse conicit de frigore vel *hyeme*, a קרד, *friguit*. Placuit id VITRIN-GAE quoque, qui וזרם קיר per *brumalem* sive *autumnalem* *turbinem* explicans, hanc phrasin cum ὁπλινῷ ἐμβέρῳ, *imbre autumnali*, HESIOD. Oper. et D. vs. 674. 676. comparat. Etsi haud invenusta haec est coniectura; est tamen, quod me impedit, quo minus illi subscribere possim. Etenim, licet verbo קרד sine ulla dubitatione *frigoris* notio insit, non tamen cum eo nostrum קיר quidquam habet commune. Nam verbum קרד proprie usurpatur de *rigore*, sive *firmitate rigida*, ut ex Arabico قرد constat; sed verbi plane diversam esse significationem, mox videbimus. Praeterea verbum קיר sive קיר unusquam in V. T. occurrit *frigoris* notio, quam קרד habet. Denique et illud huic sententiae obstat videtur, quod קרד, ad quod nostrum קיר referunt viri modo laudati, usu suo non *hyemale* tantum, sed quodlibet *frigus*, designet, adeoque nimis ambigue et obscure dixisset Vates *inundationem frigoris pro inundatione hyemis*, vel *hyemali*. זרם בקירות legit, et verba vertit

vertit aquas in marum inundantes, cuius mutationis praesidium querit in auctoritate veterum quorundam interpretationum, Chaldaeis nempe, Syri, atque Vulgati. Sed, praeterquam quod valde probabile sit, veteres istos interpretes non aliter legisse, ac nunc legitur, et tantum explicasse nomen קיר sic, ac si scriptum fuisset בקירות, obscurus idem ac dilutus sensus manet, qui in vulgari explicatione supra notatus est. Meliorem interpretationem protulit HERRM. MUNTINGHE in *Dissertat. Philol. Crit. ad quaedam Vet. Test. loca.* Groning. 1775. Observ. IX. Primum animadvertisit, propriam verbi קיר significationem esse in secando et incidendo, uti fuse docuerit VERSCHUIR in *Dissertat. Philologg. Exegett.* pag. 15. Ab hoc autem incidendi significatione suspicatur, verbum nostrum accepisse notionem fluxus uberioris et vehementioris aquae, quae exundans praeceps fertur, et validiore impetu terram perfodit, incidit, eique profundiores inprimunt sulcos. Simillima ratione etiam alia verba transferri: ita סחף, proprio secuit, sidit, sulcavit, et hinc fluxit aqua. Eandem quoque metaphoram esse in Hebraico verbo שָׁבֵשׁ, quod a proprietate secandi et findendi eodem traductum esse notarunt SCHVLTENSIVS in *Comment. ad Job.* pag. 1092. et Clav. Diall. pag. 274. KVYPER in *Dissert. inserta Syllogae Dissertat.* praesidibus utroque SCHVLTENSIO et SCHROEDERO defensar. Tom. I. p. 570. et VENEMA *Commentar. in Psalm.* Tom. IV. p. 217. Hanc MUNTINGHAE sententiam confirmat dia-

lectus Syriaca, ubi, **كَلْمَنْتُونْ**, decursus aquarum, et  
**كَلْمَنْتُونْ**, canalis, lacuna, stagnum, ubi colligitur aqua  
pluvialis. Addo etiam, ad eandem radicem pertinere quod  
legimus 2 Regg. XIX, 24. et Ies. XXXVII, 25.  
אָבִי גַּרְחֵי וְשַׁתְּחֵי מִים זָרִים; aquas peregrinas fodiam et bi-  
bam; et Jerem. VI, 7. בְּהַקֵּר בָּרוֹ מִימִיךְ, sicut puteus,  
fons, scaturit aquas suas; unde etiam קַקְוֵר, fons, scaturigo,  
profluvium, Zach. XIII, 1. Levit. XII, 7. Hinc locus no-  
ster erit vertendus: nam furor tyrannorum est ut torrens sul-  
casionis,

*erationis*, i. e. profundos prae vehementissimo fluxu terrae sulcos inprimens; ut adeo gemina germana sit comparatio, qua hoc versu furor hostilis cum torrente sulcante comparatur, illi, quae reperitur apud vatem nostrum Cap. XXX, 28. VIII, 7. Ierem. XLVII, 2. Cum huiusmodi torrente hic comparatur *Rוח spiritus violentorum et feroeum hominum*, h. e. בָּעֵץ, *ira et indignatio eorum*, ut Proverb. XXIX, 11. *Totum spiritum suum* רַזְחָנָה *producit stultus*, *ira* videlicet compescendae impotens. Zach. VI, 8. *Qui egressi sunt in terram Aquilonis quiescere fecerunt spiritum meum*, רַזְחָנָה, *in terra Aquilonis*, h. e. iudicia mea exequendo ex voluntate mea, iram meam sedarunt. Eccles. X, 4. *Si spiritus*, רַזְחָנָה, *dominatoris ascenderit super vel contra te*, h. e. *ira eius in te exardescat*.

5. Huius commatis tam constructio quam singula verba mire exercuerunt interpretes. Interpretationes potiores hic breviter recentebo. 1) Alexandrinus: ἀς αἰθέρωποι ὄλευσον ψυχοὶ διψυτες εἰ Σιων, ἀπὸ αἰθέρωπων αὐσεβῶν, εἰς ἡμας παρεδόντες. Manifestum, hominem linguae hebraeae inscitia sensum tantummodo utcunque exprimere voluisse, sed longissime a scopo aberrasse. Sequitur tamen illum interpres Arabicus in Polyglottis, quamquam is textum Hebraicum ante oculos habuisse videtur: *Spiritus hominum oppressorum benedic tibi, utpote hominum pusillanimorum sitientium in Sion, eo quod liberes eos ab hominibus impiis, quibus nos tradideras.* *Ventus calidus nube coopertus deprimet ramum potentium.* 2) Syrus: ﻢَدْنَىٰ. ﻦَبِهَنْ ﻢَدْنَىٰ. ﻢَدْنَىٰ. ﻢَدْنَىٰ؟ ﻢَدْنَىٰ. ﻢَدْنَىٰ؟ ﻢَدْنَىٰ. ﻢَدْنَىٰ؟ ﻢَدْنَىٰ؟ *et sicut umbra aestu, sic superbia exterorum humiliabitur; et aestus umbra nubium, propago arrogantium humiliabitur.* In qua interpretatione hoc praecipue mirum, quod רבָן initio commatis *umbram* verterit,

quum alias semper recte transtulerit. Aberravit forsan oculo in מחרב כל, versu praeced. (In Polyglott. Londinens. versus 4. et 5. in versione Syriaca male divisi sunt).  
 3) Chaldaeus: *sicut aestus in terra sitiente, tumultum robustorum humiliabis: quasi umbra petrae, in terra arida, sicut erit requies spatiofa iustis, quando humiliabuntur impii.*  
 4) Hieronymus: *Sicut aestus in siti, tumultum alienorum alienabis; et quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies. Sensus secundum ipsum: sicut propago gravissimo torretur aestu, atque flaccescit, ita tumultum et clamorem alienorum marcescere facies ac perire. Sed Hebraea non ferunt hanc explicationem, ut videt quisque linguae Hebreæ mediocriter gnarus.* 5) Saadins:

وَبِأَنْزَلَ اللَّهُ كَسِيمَ فِي مَغَارَةِ كَذَلِكَ نَوْيِ  
 الْجَنَّابِينَ نَفْرَمْ وَكَضِيمٌ فِي ظَلِّ عَيْمٍ قَطْعَ  
 الظَّالَمِينَ يَطْعَرُ، sed sicut ventum ferventem (Samum)

*in deserto, ita tumultum peregrinorum deprimis; et sicut locus etatus aridus umbra nubis, ita propago violentorum, circumciditur; membris posterioris sensus videtur mihi esse hic: sicuti in regione, a sole collastrata, nubecula praetervehens umbra sua partem exiguum illius regionis praescindit quasi et segregat, ita propago improborum abscondetur. Durissima sane et fere inaudita figura; sed ego ex Saadiae verbis alium sensum colligere nequeo; Ceterum pro eo, quod*

PAULUS edidit: يَظْهَرُ يَظْهَرُ; ego rescribendum censui: يَظْهَرُ يَظْهَرُ  
 6) Prae aliis digna, quae recensentur, FORERII est explicatio; omnes enim huius loci interpretationes si percensere instituerem: nullus fere finis esset. Est vero illa talis: „Ille, sicut aestus in siti (scil. ita reddit), ad vers. quartum puto pertinere, ut alter iacipiat, tumultum (תְּנוּשָׁה) etc.“

„Et

„Et est supplenda dictio adversativa, quam saepe omittunt  
 „Hebrei, res ipsas tantum oppositas opponentes: q. d. Isti  
 „quidem istis rebus similes sunt, et non minus noxii atque  
 „metuendi: at tu, Domine, tumultum, tremitum etc. —  
 „Aestus in umbra nubis (חרב באל ענן), i. e. calor inter  
 „umbrosas nubes: q. d. affliger propaginem praevalidorum aestu  
 „seu calore, qui e medio umbrasarum nubium prodit. Solu  
 „ribus enim radiis non late diffusis, sed veluti constipatis et  
 „condensatis, et e medijs nubibus vibratis in unum locum,  
 „sol vehementius dicitur adurere. — Poteris quoque tria  
 „membra facere, ut vides in interpretatione mea: tremitum  
 „alienorum humiliabis, aestum umbra nubis: palmes praevali  
 „dorum opprimetur. Comparaverat enim tyrannos inunda  
 „tioni atque aestui. De primo dixit: eorum tumultum hu  
 „miliabis, at aestum in umbra nubis, i. e. auferes nubis be  
 „neficio. Palmites quoque, eorum filii, ne patrum mor  
 „tem vindicare velint, aut patres imitari, opprimentur.“  
 Cum interpretatione posteriore concinit fere HENSLERI ver  
 sio: *Da dämpfrest Du der Fremden Toben. Gewölk beschäf  
 tet das Verjengte nun* (i. e. terra, hostibus exhausta, vires  
 recipit, ut in nott. interpretatur); *sie sind erdrückt, der*  
*Mächtigen Sprößlinge* (ad quod observat, populum saepe  
 cum arbore aut vite, veluti XVIII, 5., et singulos homines  
 ramis et palmitibus e. c. Nah. II, 3. comparari). Sensus sane non  
 contemnendus; sed coniecturae, super qua illa interpretatio  
 superstructa est, de verbis חורב צוין, ad vs. praeced. trahen  
 dis, ideo calculum addere non audeo, quod sic membra hu  
 ius communitatis inaequalia fierent. 7) LUDOV. CAPPELLVS:  
 „Quomodo aestus in sicco, umbra crassae nubis sedatur atque  
 „temperatur: ita tumultum alienorum a tuo foedere, h. e.  
 „,impiorum deprimes et canticum violentorum humiliabitur.“  
 Sic exhibit Cappellus: ad verbum: *ut aestus in sicco umbra*  
*crassae nubis temperatur: tumultum alienorum deprimes:* *ut*  
*aestus, inquam, umbra crassae nubis, canticum violentorum*  
*humiliabitur.* Comparatio in hunc exit sensum: quam fa

cile aestus solis urens interieetu nubis densae cohibetur ac reprimitur: tam facile esse Deo, impetum et vim hostium in populum suum, et inanem eorum instantiam ac insolentis illius turbae tanquam triumphabundae cantica veluti reprimere. Hanc interpretationem comprobavit quoque VITRINGA. 8) LUDOV. de DIEU eandem servans comparationem, cundemque sensum, demonstrat, integrum stare posse sententiam, si accentus Athnach sub voce תְּבִנֵּי nulla habeatur ratio. Versio eius ita habet: *sicut aestus in loco arido, est tumultuatio extraneorum.* Deprimes aestum umbra crassae nubis, exciso truculentorum testificabitur. In hac explicatione maxime displicet membra extremiti versio: quis enim credat, vatem voce מִרְאָה hic uti voluisse significatu *excisionis*? et quam coacta est sententia: *exciso violentorum testificabitur?* Facile attentus lector intelligit, vocem מִרְאָה hic summa eadem significatione, qua תְּבִנֵּי tumultuatio, qualis esse solet turbae insolentis et triumphantis. Ceterum Ludovicum de Dieu haec tenus sequuntur DATEVIS, DOEDERLEIN et HEZELIVS, quod accentum Athnach sub דָּרִים ponendum censemant: que divisio, quamquam sensum facilem reddat, nihil tamen improbanda videtur ideo, quod, sicuti membrum secundum in verbo תְּבִנֵּי desinat, ita, ob aequalitatem, membrum prius verbo תְּבִנֵּי claudatur, necesse fit. 9) MICHAELIS in versione quidem lectionem et distinctionem receptam sequitur; sed in *Adpend. ad Biblioth. Orient.* T. XIV. p. 59. hanc profert coniecturam, vocem קָשָׁה efferrit posse קָשָׁה, superbia, elatio, a קָשָׁה, et pro דָּרִים mutatione admodum levi דָּרִים, superborum, ut hic prodeat sensus, elationem superborum deprimit. Ipse tamen Michaelis fatetur, nec veteris ullius auctoritate hanc coniecturam confirmari, nec necessariam esse mutationem. 10) KOCHERVS comma nostrum sic interpretatur: „Tanquam restum in arente solo, tumultum exterorum hostium (דָּרִים) humilias: tanquam aestus umbra spissae nubis, sic cantus tyrannorum deprimitur.“ „ערזאים et דָּרִים apte sibi respondent, in חַרְבָּה altero ellipsis haud

„haud infolita particulae ɔ, ex priorique membro facile in-  
„telligenda; atque נִפְחָד ex Kal, nec futuro Niphal opus  
„est (quod LOWTHVS voluit).“ Sed in hac interpretatione  
maxime displaceat illud, quod tumultus hostium compara-  
tur cum aestu, qui humiliari debeat; unde ego praefero  
eam explicationem, quem 11) dedit EVERARD. SCHLEIDVS in  
Thesibus Philologg. de verbo כַּבֵּעַ §. IX. quae insertae sunt  
ipsius Schediasmatibus Philologg. ad Ling. Hebr. sacrique  
Cod. Vet. Test. promovenda studia, Harderov. 1771. 4. p. 31.  
Est vero illa huiusmodi: „Quemadmodum aestus in loco tor-  
rido, ita tumultum fragosum hostium deprimes, sive in sa-  
„contrahi facies; quin imo veluti aestus in umbra densae nu-  
„bis, ita cantilena violentorum hominum cessabit. Constructio  
„est elliptica, si mentem prophetae recte assequamur, ita  
„supplenda: Quemadmodum aestus in loco torrido tumorem  
„stagnorum, eum frigore vasto semet commoventium,  
„paullatim deprimi, subsidere, et exarescere, facit: haud  
„secus Tu, o Deus, fragosum tumultum hominum peregrino-  
rum cessare facies.“ Scilicet antea pluribus ostendit. ex  
Geuhario et Firuzabadio, verbum כַּבֵּעַ primarie esse contra-  
here, sive, notione intransitiva, contrahi, pro quo Galli di-  
cerent se retrœir, se retirer. Hinc apud Hebraeos in priuis  
adhibitum tuisse illud verbum de tumore aquarum, quo effe-  
vescunt et in altum semet extollunt, qui tumor dicatur  
הַקְבִּיעַ, quando reprimitur, minuitur, contrahitur, ut pe-  
nitus tandem resideat, subsidatque. Conf. SCHVLTENSII  
Origg. Lib. I. Prolegg. §. XXIX. p. 10. et Vindicc. Origgi.  
Hebraear. Sect. XIV. p. 517. Ceterum יְזִיר conferendum  
est cum Arab. ئَرْوَى, exaruit planta, et أَرْجَد, pars terrae  
altior, duriorque; locumque denotat aridum et siticulosum,  
qualia in Oriente esse solet deserta, in quibus maxime aer  
fervore solet. אַרְנָשׁ a הַרְנָשׁ, quod est Arabic. قَنْبُق, disrup-  
pta fuit cum frigore futura; vid. SCHVLTENSII Clav. Dia-  
lekt. p. 303. et Commentar. ad Proverb. I, 27. זְרוֹד vocabu-

lum GERARD. KUYPERS in *Dissertat. ad Varr. V. T. loca*, Leid. 1743. §. VIII. torrentem interpretatur, ex Arabico **ضَرْعَةٌ**, quod etiam de aquis ferventibus, exaestuantibus, usurpatur, conf. not. supra ad Cap. I, 7.; unde vertit: *fremitum tumultuosum torrentis exarescere facis.* Sensus quidem aptus; sed nulla ratio est, cur ab eadem notione verborum **זרים** et **עריצים**, quae vsq. 2. et 3. adfuit, hic discedamus; cum **זרים** et **עריצים** quoque coniungantur Cap. XXIX, 5. Ps. LIV, 5. Cf. et Ezech. XXVIII, 7. XXXI, 12. -- Membrum ultimum, זמיר עריצים יענָה, NIC. GVIL. SCHROEDERVS, referente MUNTINGHA in *Dissert. supra ad vs. 4. laudata*, sic vertit: *Et laetus de tyrannis cantus per alternas vi-ces resonabit;* ut adeo *laetus cantus tyrannorum sit lacus can-tus propter tyrannos devictos, seu de tyrannis;* utī סָלַמְךָ עֲשֹׂעַל, Genes. XVIII, 20. est *clamor de Sodoma, et אֶבְרָהָם בְּבֵל Ies. XXI, 2.* est *genitus propter Babelem.* Plurima exempla exhibet SCHROEDERVS *Syntax. Reg. IX. pag. 297.* Et **עַנְהָ** de **cantu alternante** usurpari aliquando, notum est. Lubens et ego elegantem hunc sensum sequerer, nisi parallelismus membrorum obstat, qui suadet, ut verbum **עַנְהָ**, quod verbo **כִּנְעָ** in priori membro respondet, simili significatione cum hoc sumatur.

6. Ad hunc versum GROTIUS: „vindicta Dei saepe a prophetis convivio comparatur; quia et consumit hostes, ut cibi consumuntur, et Deo gaudium parit.“ Scilicet secutus est nonnullos ex interpretibus Hebraeis, qui hoc comma acceperunt in deteriorem sensum, pro convivio funesto et lethali, quod convivis adferret exitium: permoti praecipue dictione **טרים**, quam cum *facies redderent, de convivio laeto et lauto hic nullo modo posse sermonem esse putave-runt, in quo haud dubie errarunt, ut infra videbimus.* Iubet potius totius orationis tenor et nexus, hunc versum in bonum sensum sumere. Recte igitur VOGEL ad Grotium: „Vs. 6. 7. amicitiam describit, quam omnes exteri populi, qui

qui antea hostes Iudeorum fuerunt, cum iis iara colerent. Convivii imago, qua usus est propheta, non ad vindictam Dei indicandam hic exhibita esse videtur, sed quod gentes, quae Hierosolymam venirent, admodum honorifice a Deo exciperentur, eorumque causa lautissimae epulae celebrarentur.“ Similiter DOEDERLEIN: „Inter victoriae pacisque festivitates non ultimae erant epulae. Hic ob victoriae magnitudinem lautissimas promittit.“ Et DATHIVS: „in descriptione mirae adeo liberationis convivia etiam comminemoranda, quae pro beneficii magnitudine debent esse lautissima.“ בְּכָל הַעֲמִים, omnes populi, adhuc alieni a foedere cum populo, Iehovae peculiari, et emolumenis atque beneficiis, quibus ille fruebatur. בְּהַר הַזָּה, in hoc monte, Zlone, puta, monte sancto, ubi focus et ignis praesensque numen, curus in honorem sacrificia fiebant, post quae habebantur convivia. שְׁמָנִים non videtur intelligendum de rebus pinguis, stricte sic dictis, oleo, aut adipe. Primario quidem Hebraeis usurpatur de pinguedine animalium; unde ad alias res translatum notat omne genus opipara et lauta. Sic מְשֻׁמְנִי הארץ, opimior, affluens rebus omnibus terra, Genes. XVII, 39. Neque vero ψω singulari numero, quod oleum est, sed ψω dixit propheta. Quo nomine oleum, vinum et similam intelligunt Iudei, in Mischna, Tractatu Schecalim, IV, 3., unde conclave in atrio mulierum, ubi hae res servabantur, vocari solebat לְשִׁבְתָּה בֵּית שְׁמָנִים, Midoth, II, 5., aves praeterea et quae titulo זָה altari cedebant, Schecalim, IV, 8., verbo, omnia, quae patato respondent, et grati sunt saporis. Romano more ματθας, sive, ut alii, Mattyas, diceres. Vide SVETON. Calig. Cap. XXXVIII. ATHENAEVS Deipnus. Lib. XIV. μεττόν πάρ το πολυτελές ἐδεσμα. Graeci id genus eduliorum vocabant πεμπα, vid. AELIANI Varr. Hist. Lib. III. c. 20. — DOEDERLEIN hic sub שְׁמָנִים intelligit unguenta, excipiendis hostibus destinata. מְמַתָּרָם, medullata, h. e. sive accepta e medullis, quae ossibus exemptae, sive pinguefacta. Est participium for-

formae Pyhat, ortum a מהה vel מהי (cum מהה, ut מהל et מהה idem valent, similiter eandem vim habeat cum מהט, coll. cum Arab. خ, in II. خ, emedullavit os, unde מהב Haj. V, 17. et מהב Job. XXI, 24.) tertiam Jod retinuit. Vid. STORII Observat. ad Analog. et Syntax. Hebr. §. XXXIX. II.) 4) a) p. 211. not. De מוקרים שמריס magnus est interpretum dissensus. Alii enim significari putant vinum forte, quod residet in suis faecibus, et inde robur acquirit (conf. Ierem. XLVIII, 11.), quemadmodum VATABELVS et FORERIVS; alii vinum antiquissimum, et diu custoditum, quae vis est etymi שמר, alii vinum quoddam fortissimum et adustum. SEB. RAVIVS in Diatribe de epulo funebri gentibus dando ad Ies. Cap. XXV, 6. 7. 8. Traj. ad Rhen. 1747. p. 23. seqq. multum operae impendit, ut demonstraret, שמר esse genus porulenti, quale ex vinaceis, i. e. iis, quae remanent in uvis, quando premuntur, a vino, quibus aqua addita esset, apud Hebraeos vicinasque gentes, confiri mos fuisset. Sed parum credibile est, vatem in descriptione lautissimi convivii potionis tam vilis mentionem fecisse. MICHAELIS in Supplement. ad Lexx. Hebr. P. II. p. 642. verit: convivium (מהב repetens απο της ουσιας) amphorarum effusarum, i. e. vini prodigum. Scilicet verbo פְּתַח tribuit effundendi notionem, conferendo Arabum ق, Syrorum פְּתַח, Chald. עיר, utrem, amphoramque significans, מהב vero utres aliaque vasa esse, in quibus vinum asservatur, contendit, argumentum pro hac sententia sub hac voce redditum esse promittens; quod nullum aliud puto, quam hoc, quod radix כבש custodire, servare notet, unde Chald. et Rabb. מהב est reconditorum, in quo aliiquid asservatur. Verum in huc utriusque vocis interpretatione linguae usum repugnantem habet Michaelis. Etenim primo quod adtinet מהב, amphorae notio plane inepta est

locis

Iocis Ierem. XLVIII, 11. Ps. LXXV, 9. Zoph. I, 12., quae spatii parcendi caussa hue non plene adscribo, *faecium* vero significatio non aptissima modo, verum etiam necessaria. Praeterea in dialecto tam Chaldaica quam Rabbinica שְׁמָרִים frequentissime *faeces* notat, et תְּמַשֵּׁת, *sacrum colatorum*, per quem vinum turbidum et faecatum colatur; vid. BUXTORFII Lexic. Chald. p. 2454. Verbum ῥπτι vero in libris Hebraicis proprie usurpatur de metallis, auro et argento, quae purificantur in fornace Job. XXVIII, 1. 1 Chron. XXVIII, 18. XXIX, 4., unde translatum ad liquida, quae purgantur ope coli et facci colatorii. Maneat igitur convivium *faecum saccatarum*, sive *percolatarum*. *Saccari* Latinis veteribus dicitur liquor, qui per *saccum* transmittitur; quod quidem proprie non convenit *faecibus*, quae in *sacco* resident, sed *vino*, purgandum a *faecibus*. *Faeces* igitur hic sunt יין שְׁמָרִים, *vinum faecum*: quemadmodum יְלֻעָה, *solemnitas* dicitur pro *sacrificiis* *solemnitatis*, 2 Chron. XXX, 22.; עֲרֵי, *caeci*, pro *caecorum oculis*, Ps. CXLVI, 8., vid. GLASSII Phil. S. Lib. I. Tract. I. Can. XXXIX. p 122. ed. Dathii. Fiebat illa vini defaecatio, ut diximus, colo aut *sacco*; unde τακχίας οἶνος ὁ διελισμένος, apud POLLUCEM Onomast. Lib. VI. c. 2., et οἶνος τακχιζόμενος, nec non διηγεός, THEOPHRASTO de Cauſſ. Plantarr. Lib. VI. 9. 24. Per *vinum* autem hoc modo *percolatum* et *defecatum* idem erit intelligendum, quod HERODOTVS Lib. I. c. 207. οἶνος ἄρετος appellat, quod *vinum merum*, sive *meracum*, quale primum bibebatur μήπω τῆς τῆς θύσεως πρόσθετος εὐημένης, ut DIODORVS dicit Bibl. Lib. III. p. 149. ed. Rhodom., opponitur *vino*, aqua misceri solito, qui *mos*, ut satis notum, ex Hesiode etiam pracepto, Op. et D. vs. 596., veteribus passim fuit *receptus*. AELIANVS de Cleomene, Varr. Historr. Lib. II. Cap. XLI. Ἀλλὰ γάρ προτίθεσσι αὐτῷ καὶ τῷ δῆποτε τῷ Σκυθικῷ κακῷ, ὅτι ἀνεπονέτη ἐγένετο. verum adscribunt illi etiam *hoc Scythicum malum*, *vinum merum* *bibisse*. Imo fere in epulis, quae ad perfectam laetitiam instruuntur, *merum bibi-*

bibitur, et ponitur in parte felicitatis, *mero* uti posse, utili-  
quæ ex òde Mosaïca, Deut. XXXII, 14. וְרַם־עַזְבָּה חִלּוֹר,  
*et sanguinem uavarum potas merum.* Ceterum bona est obser-  
vatio Vitrinæ, prophetam, commemorantem epulum a Deo  
exhibendum omnibus populis post subactos hostes; videri al-  
ludere ad morem regum aut imperatorum, qui in *solemnita-  
tibus*, et in primis post *reportaram victoriam de hoste*, popu-  
lo epulum præbere solerent. Consuetudo haec non plane  
ignota in monumentis Hebraicis, receptissima fuit Graecis  
(ut exempla docent apud ATHENAEVM *Deipnos*. Lib. I. Cap.  
III), ac maxime Romanis. Luculentum exemplum est in  
famoſo illo epulo, quod P. Aemilius Graeciae populis  
post Perseum victum dedit.

ז. (זֶבַל עַל־כָּל־הָעָם) Locus procul dubio difficilis  
et impeditus, proptereaque varie a variis acceptus interpre-  
tibus. Et primum quidem dispiciendum de veteribus, qui  
fortasse aliter, ac nos legerunt, scilicet pro *הַלּוּת* vel *שְׁלֵט*,  
vel *טוֹלֵט*, *princeps, dominator.* Syrus: **אָמַר**  
**אֱלֹהִים** **סְתַמֵּךְ** **נָסְתָן** **גַּדְלֵךְ?** (ita enim est scri-  
bendum, quomodo etiam habetur in Ephraemo Syro, non  
אָמַר, ut male in Polyglottis Londinensi), facies domini,  
qui est dominus juper omnes gentes; Symmachus: το πρωταρχον  
απειροντας τα εξαιρεντα πατετω των θρων; Chaldaeus:  
אָמַר בָּבָא אָמַר בָּבָא, huncque duo illi priores vi-  
dentur fecuti esse. Huius vero sententia videtur fuisse haec:  
fore, ut Messias adventu suo tollat atque evertat imperato-  
rem Romanum, cuius iugo premebantur Iudei, ut ab illa  
servitute liberet populum suum, nempe acc*commodate* ad  
sententiam Iudeorum de suo Messia, quem venturum exspe-  
ctant. Quod autem Chaldaeus haud dubie legit, in  
nullo adhuc collatorum codicum repertum est: et animad-  
vertit MICHAELIS in *Adpend. ad Biblioth. Orient.* P. XIV. p.  
61., litteras נ et ו in quodam alphabeto Phoenicio talem  
for-

permam habuisse, ut a librariis facile inter se permutari pos-  
sissent, in eius rei testem citat FRANCISC. FEREZ. BAYER in  
Commentat. del Alfabeto y Lengua de los Fenices y de sus Co-  
lonias p. 355. Interpretes recentiores in eo quidem con-  
sentiant, quod lectionem non immutandam censem; sed in  
verborum interpretatione vehementer dissentiant. RAVIVS  
in Dissertat. laudata, postquam ex GEVHARIO ostendit, radici  
**لَوْت**, طُوب, apud Arabes inesse significationem adhaerendi;  
adglutinandi obducendi, et oblinendi, indeque לָוֹת (Hebr.  
לָוֹת, Genes. XXXVII, 25. et XLIII, 11.) proprio illud glu-  
zen esse, quod ex arboribus nonnullis exsudat, verba nostra  
sic interpretatur: absorbebit Deus in hoc monte faciem cru-  
stae, sive glutinis glutinari super omnes gentes, i. e. tollet fa-  
ciem crustae illius adeo deformatam, moestam ac squalidam.  
Qui sensus mihi quidem nec satis dignus huius carminis  
gravitate et sublimitate, nec aptus membrorum parallelismo  
videtur. — Aliam interpretationem MICHAELIS proponit in  
Supplement. ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1423.: „Syris Chal-  
daeisque لَوْت est maledicere, indeque لَوْت, maledictus.  
Habent et Arabes لَوْت, sed pro لَوْت, hac notione,  
unde لَطَافَ, maledictus, Satanae illis nomen. Sic nihil  
dubitans accipiendum putein Ies. XXV, 7. vertendumque:  
percueriet faciem maledicti prae omnibus populis (et victimam  
maestatam pro omnibus gentibus [ita scilicet vertit mem-  
brum posterius coll. Arab. لَوْت, sacrificavit, conf. Sup-  
plemm. ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1646.].)“ Sed huic inter-  
pretationi obstare puto primum hoc, quod verbum لَوْت in  
V. T. semper regendi significatione occurrat, ut deinceps vi-  
debimus, deinde, quod ea assumta membrorum parallelis-  
mus non servatur. — HENSLEVS hunc versum ita reddit:  
*Er vernichtete auf diesem Berge den Fluch, gesprochen den  
Nationen, den Trank, den Völkern eingeschenkt, i. e. in hoc  
monte sustulit diras, quibus populos exsecravit, et potum,*  
quem

quem gentibus infudit. Accipit igitur 1) verbum בַּלְעָד in significatione perdendi, tollendi, ut Thren. II, 5. 2) in verbi וְרֹא interpretatione sequitur Michaelem, cuius sententiam modo enarravimus; 3) פֶּסֶח pleonastice positum putat, hanc, coniicit, ob causam, quod exsiccatio hic ut Zach. V, 3. per προσαποκοιαν ut persona inducatur; 4) הַלְׁוָת ut Participium Paul effert; 5) ad radicem מִסְכָּה מִסְכָּה ad radicem נַסְכָּה, fudit, libavit, refert, et potum interpretatur, sub quo calamitates intelligit, quas Iehova hominibus propter peccata immittit, quae etiam Ies. LI, 17. seq. et Ps. LXXXV, 9. potus ebriantis imagine inferuntur. Et cum in toto hoc capite felicem Iudaæe statum post Assyriorum stragem, regnante Hiskia, decantari censeat, cominatis huius sensum demta imagine hunc esse pronunciat: „Assyrii multos populos sive subegerunt, sive memoriam eorum penitus delerunt; hi populi, a Iehova exsecrati, ebiberunt potum inebriantem poenarum divinatum. Sed perdidit Iehova ex Sione superbos illos et crudeles viatores, sustulit diras exsecraciones et potum inebriantem. Interpretatio, si quid iudico, et verborum singulorum significationibus, Grammaticæque legibus, et integro contextui, bene congrua. Dubito tamen, annon praferenda sit DOEDERLINII explicatio, quae talis est: perditique involucrum omne, tegens nationes, et velum omne, quod populos obvelat: ad quam versionem in nota haec observat: „nos, parallelon secuti, vertimus involucrum, sive peplum, nam וְלֹא sine dubio est involvere, 1 Sam. XXI, 10. 1 Regg. XIX, 13. cui synonymum est מִסְכָּה, tegumentum. Imago sine dubio repeatitur a luctu Hebraeorum, qui tum faciem obvelare solebant. Quod si iam discinditur velum, aboletur tegumentum vultus, abest luctus materia. Itaque metonymice dicitur: nemo amplius faciem teget, luctui indulgebit. Laeta ac prospera omnia evenient. Consonant sequentia.“ Haec interpretatio DATHIO quoque videtur placuisse, qui eodem fere modo, ut Doederlein, vertens, in nota dicit: „omnis tristitia mutabitur in laetitiam. In sequentii versu idem

verbis

verbis magis propriis dicitur.“ — Ceterum ambigitur quoque de forma vocis הַלְוֹת, aliis ut *participium passivum*, aliis ut *participium activum* illud pronunciantibus (notum enim est, *participium activum* in quiescentibus media radii quoque admittere *Cholem*). Mihi optime placet קִמְחֵל sententia : הראשׁוֹן שֵׁם וְהַשָּׁנִי פָּעֻול כְּמוֹ הַמְסִכָּה הַנְּטוּכָה, prius est nomen, alterum *participium formae Pahul*, ut הַמְסִכָּה הַנְּטוּכָה: *quamvis σύμβολος scriptum sit cum Cholem.*

8. Omnimoda tristitia atque miseria abolebitur. Gentis Israeliticae aetas aurea incipiet. מוח omnia mala hic comprehendit, quibus Iudaei hucusque deleti sunt, in primis autem hostes indicat. Vocem נָצָח Aquila et Theodotion sumserunt *victoriae* notione; verterunt enim εστιν οὐκετός, quomodo Paullus 1 Cor. XV, 54. Recentiores vulgo reddunt *in aeternum aptissima sane sententia*. Sed MICHAELIS in Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1669. vertere mallet: *prorsus, proprie purum putum, quoniam genuina radicis נָצָח, significatio sit purus, sincerus, mundus fuit, ut SCHULTENSIVS ostendit ad Haririi Confess. VI. pag. 204.* Et apta est quoque notio illa locis Ps. XIII, 1. LXXIX, 5. וְהַרְפָּחָה־הַאֲרַץ) Non amplius a populis barbaris opprimetur et captiva abducetur gens Iehovae peculiaris.

9. Quoniam loco Hebrei אמר Alexandrini in plurali vertunt אָמַר, Syrus οὐδέποτε; Lowthus illos וְאָמַר וְאָמַר legisse pronunciat. Sed bene Kocherus: „Quis est, qui nesciat, idem dicere ac וְאָמַר, dicer quisque, dicitur, man wird sagen.“

10. סִנְגִּיחַ יְהֹוָה בְּהַר הַזֶּה Sensus dictionis haud dubie est hic, Iehovam montem Zionem, i. e. populum Zionis eiusque res publicas, deinceps sua potentia (haec enim in libris Hebraeis saepissime per *manum* indicatur, ut notum est) et providentia in longum tempus et perenniter esse pro-

testurum. Populo suo usque praesens Deus aderit, potenti manu illum tutatus et vindicetur. Pro חנוך Woide, referente Lowthio, חנוך legendum coniecit, quietem dabit, auctoribus Alexandrinis, αναπονεσιν διατηρετibus. Sed nullus codicum adhuc collatorum conjecturam, ceteroquin ingeniosam, confirmat. (וכורש מוֹאָב הַחֲדֵיר) Tritura hic notat violentam hostium subactiōnem, fracturam et comminutionem, similitudine scriptoribus sacris non inusitata; veluti ε Regg. XIII, 7. Rex Syriæ illos perdidera, וְיִשְׁתַּחֲוֶה כְּעַבְרֵן, et triturando posuerat eos ut pulvrem. Per מוֹאָב non Moabite soli hic intelligendi, sed reliqui vicini, qui antea hostes Iudeorum fuerunt, simul. Moabite hic ut pars pro toto positi sunt. הַחֲדֵיר, prorr. *in loco suo*, h. e. in ipsa terra Moabitica, ut sensus sit, Iehovam non tantum terrain Canaenæam ab hostibus esse purgatum, eamque adversus hostes protectum: sed in ipsa etiam hostium terra visitaturum esse ipsos eosque subacturum. Esse hanc significationem maxime frequentem vocis constructæ הַחֲדֵיר, patet ex exemplis bene multis, a Cocceio in Lexico adductis. (כהרוֹשׁ מְחֻבָּן בְּמַרְכָּבָה) Difficultatem in his verbis creat vox מְרַכָּבָה (بְּמַרְכָּבָה) Alexandrini, Vulgatus, Arabs, Syrus, Hieronymus *plaustra* verterunt, quibus in area (קָרְבָּן) frumentum teratur, quem Asiae Africæque morem in notis Hieronymus exponit: *Hoc iuxta ritum loquitur Palæstinae, et multarum Orientis provinciarum, quae ob pratorum et fœni penuriam paleas praeparant esu animantium.* Sunt autem carpenta ferrata rotis per medium in ferrarum (Grotius exhibet: *farracorum*) modum se volventibus, quae stipulam conterunt et comminuant in paleas. Egregie vero, modo ulla arte ex מְרַכָּבָה *plaustrum* elici posset, quod quidem cum duce philologia fieri nequeat, suspicati sunt, alter Alexandria legisse, ut מְרַכָּבָה, sed quod recte damnat Clericus, monens, hanc vocem non de plaustro triturantium ponit, sed de curru, quo vehimur: ipse quidem מעגלה coniicit, sed et hoc nimis מְרַכָּבָה abest, quam ut alterum ex altero

altero lapsu consistere librariorum potuerit. Verisimilior est sententia MICHAELIS in *Supplem. ad Lexx. Hebr. P. II.* p. 451., interpres illos putasse, *planstra a רַמָּה, festuca dicí*, quod stramen comminuant, festucamque faciant. 2) *Lutum* vertunt Symmachus et Chaldaeus, ille ῥιζάς, hic רַמָּה. Et hoc ad seriem orationis perquam aptum. Lutum cum stramine calcatur ad tegulas conficiendas, adfunditur et inter calcandum aqua, unde Cethib, בְּמִן מְדֻמָּה, egregie aptum. Sed uno destituimus etymo; nisi forte, ut lutum Hebraei alias pro coeno ponunt (לְתִיר), ita hic vicissim lutum a coeno ipsoque adeo stercore nomen accepisse dicas. 3) Alii מְדֻמָּה hic accipiunt ut nomen *urbis Moabicae*, quae dicitur מְדֻמָּה, Ierem. XLVIII, 2. Veluti HUBIGANTIVS, qui ad haec verba habet: „בְּמִן מְדֻמָּה, in aquis Medemnae, quae sita erat in meridie Iudae, non longe a regione Moab. Vult Masora, בְּמִן fiat praepositio בְּמִן: itaque multi interpretantur, *in fimo*, vel, *in luto*. Verum non capit sententiam talem similitudo, quae mox sequitur, natatoris; neque enim natant homines *in fimo*, vel *in luto*. Natatores illi aguntur, qui mediis in aquis paleas frangunt ac subigunt, unde confiantur latres. Credibile est, aquas Medemnae habitas fuisse in eum usum ceteris aquis commodiores.“ Sed nimis artificiosa haec interpretatio videtur; nec, quod Hubigantius ad eam commendandam de similitudine vs. sequ. dicit, me movet, ut illam comprobem: nam in conitate sequenti instituitur similitudo nova et plane di-

50

vēsa a nostra. 4) MICHAELIS loco citato: „וְאֵשׁ non solum  
stercus est, sed et aliae quisquiliae, maxime, festucae a flumi-  
nē delatae. Quid ergo, si מְדֻמָּה scrobem intelligamus, in  
qua stramen comminutum (רַבָּה) cum aqua calcatur limo-  
que misceatur?“ Hinc in versione teutonica hunc verbum reddit: *Denn Iehovah wird, seine Hand auf diesen Berg ge-  
lehnt, die Leimgrube treten, die unter seinen Füssen ist, so wie  
man das kleingeschnittne Stroh mit Wasser gemengt, in*

einer Grube zertritt. Evidem non video, cur vulgarem interpretationem vocis מִדְמָנָה , simetum, repudiemus; cum

⁹⁹

Arabicum ﻣَدْمَنَه et Hebraicum מִדְמָנָה haud dubie simum, sterlus significet; et apta sit sententia: *Moabitae*, i. e. hosties Israëlitarum, conculcabuntur, sicut stramen in aqua simeti conculcari solet a iumentis. וַיַּד idem quod Arab. مَادِس five دُوس, calcavit pedibus terram; conculcavit rem; trivit in area. Ceterum Molorethas imperite et inepte מִתְמַתֵּס in מִתְמַתֵּס mutasse, Kocherus existimat, quod mihi etiam verisimile est. Scilicet bene monet SCHVLTENSIVS in *Institut. ad Fundamm. Ling. Hebr.* p. 397., מִתְמַתֵּס esse aquam a צְבָעָה, si- cuti לְזֵבֶת et לְזֵבֶת, flexio, a צְבָעָה, circumPLICUIT; et מִתְמַתֵּס, gens, a rad. veteri צְבָעָה, צְבָעָה.

II. Hunc versum interpretari solent ita: *Et expandet Iehovah manus suas in medio eius, quemadmodum expandit natator ad natandum, et humiliabit fastum eius, cum axillis manuum suarum: ut Deus sistatur ut natator, qui manus suas protendat, et dum necesse habeat, manus magno nisu quam latissime expandere, obvia, quae sibi impedimento esse possent, vi removeat ac repellat, aut sub axillis deprimat et subigat; atque adeo, demta imagine, sensus sit, Iehovam in Moabitas, quam late terra eorum pateat, severissimas poenas esse exerciturum.* Eundem sensum et in versione expressit DOEDERLEIN: *Imo tam late super eos expansis manibus, quam natatores rendunt palmas, superbiam eorum deprimeret; ad quae in nota: „Sicut natatores solent fluctus נְלִיט Ps. XLVI, 4.) manibus subigere, sic Deus feroces Moabitas opprimet. Ceterum suspicor, pro scribendum esse ארבה, manu longa, sive protensa.“* Equidem tamen dubito, num haec vatis mens fuerit, et sic potius vertendum puto: *Expandit Moab manus suas in medio suo, i. e. in terra eius, sicuti expandit illas natans ad natandum; sed deiicit Iehovah fastum eius cum articulis, i. e. et articulos,*

Ios, manum eius. Accipio igitur haec verba de Moabo, ex palude illa simeti turbida evadere nitente, non repugnantibus, ut ego quidem existimo, verborum singulorum significationibus, et linguae Hebreæae legibus. Si quis obiciat, in membro posteriori a me supponi diversum subiectum ab illo, quod in membro priori suppositum erat, habeo, quod respondeam. Notum enim est, scriptores Hebreos subiectum, si ex attributis suis, aut orationis nexu, cognoscit possit, mente cogitatum, ipsum nominatum non exprimere; vid. VITRINGAE Observat. SS. Lib. I. Dissert. III. c. I. §. V. et GLASSII Philol. S. Lib. I. Tract. II. Can. XI. pag. 155. ed. Dath. — Quoniam Alexandrii loco vocum Hebrearum נְתַחֲשָׁה posuerant: ἐν τροποῖς καὶ αὐτοῖς ἐπεκπανθεῖ τὸ ἀπολεσματικόν, Lowthus, more suo, coniicit, eos legisse נְתַחֲשָׁה; sed meliorem sensum dat lectio recepta: praeterea lectio apud Graecos etiam variatum esse, ex notis Bosii aliorumque intelligitur. אֶרְבּוֹת יִדִים evidentur esse articuli manus (coll. Arab. حَرْبٌ, membrum et حَرْبٌ, index digitus, unde verbum حَرْبٌ, ad digitum indicem percussit illum), qui hic dicuntur deprimi sub aqua, ut Moabitæ, in profundam paludem deiecto, sed natando se servare nitenti, omnis evaderadi via præcludatur. Particula עֵץ hic non habet notionem caustæ instrumentalis, quam omnino nusquam habet, sed coniunctionis, societatis. — MICHAELIS in Suppl. ad Lexx. Hebr. P. I. p. 124. et in Biblioth. Orient. Adpend. Tom. XIV. pag. 62. legere mallet: עֵם אֶרְבּוֹת יִדִים, populum insidiarum manuum eius, i. e. cui manus Dei insidiantur. Quamquam ego non puto, hanc conjecturam cuiquam placere, animadvertis tam, eandem illam iam propositam fuisse a FORERIO, quamquam alio sensu accepto: „Quod si puncta negligas, ut interdum opus est, alias sensus his verbis subesse potest, a superioribus longe diversus, sed non propterea contemnendus, is sic habet: et humiliabit

*superbiam eius populus insidiarum manuum eius*, i. e. *populus*, qui haec nus insidiis Moabitarum erat expositus, nempe Israelitæ. **בָּעַם** enim certum est, *populum* significare, cum altera motione.“

12. Pro **בָּעַם** legitur **בָּתָם**, cum suffixo feminino, in duobus eodd. Rossianis, et duobus aliis, ab eodem citatis, a prima manu: porro in Bibliis Soncinenibus, et in versione Syriaea. Si lectionem receptam præferas, subintelligendum tibi erit **בָּעַם**, *populus*, si alteram, **אָרֶץ**, *terra*. Pertinet huc observatio Kimchii ad Ierem. III, 19., ubi in textu legitur **אָרֶץ** et **בָּבָשׂ**, quod Maforethæ ad marginem correxerunt **אָרֶץ** et **בָּשָׂר**. Recte enim monet, utramque lectionem subsistere posse; alteram, subintelligens voce **בָּעַם**, *populus*; alteram, si dictum accipias **כְּנָסָה**, *societas*, sive *coenæ*, qui Hebraicis debiliore genere effertur.

CAP. XXV. 1. *Iehovah, Deus mi, o tu, te celebro, te laudo! Mira fecisti, tuaque decreta iude a longissimo tempore, summa fide perfecisti.*

2. *Nam Babylonem ex urbe in tumultum, urbem muniram in ruinam redigisti; palatia barbarorum, ne amplius efficiant urbem numquam restaurabuntur.*

3. *Te igitur potentes venerantur populi, te civitates gentium tyrannicarum colunt.*

4. *Etenim asylum fuisisti tenui, asylum egeno, cum in angustiis versarietur, perfragium ab imbre, umbra ab aestu: nam furor violentorum hominum est ut correns rapidus.*

5. *Instar aestus in loco torrido tu tumultum fragosum hostium deprimis: veluti aestus in umbra dense nubis, ita cantilena violentorum hominum cessabit.*

6. Parat Ichovah omnipotens omnibus gentibus in hoc monte convivium laetum, convivium vini meri, pinguium medullatorum, vini purissimi.

7. Perdit involucrum omne, tegens nationes, et velum omne, quod populos obvaelat.

8. Subigeret mortem in aeternum, absterget Dominus Ichovah lacrymas ab omnibus faciebus, et ignominiam populi sui per omnes gentes delebit. — Haec Ichovah promittit.

9. Tum canetur: En Deum nostrum, hic est, in quo speravimus, et qui nos liberavit; hic est Ichovah, cui confisi sumus; laetamur et gaudemus de salute, nobis praestita.

10. Requiescat manus Ichovae in hoc monte; et triturabitur Moab subter se, ut conteritur palea infimo.

11. Expandet (Moab) manus suas medio in barathro, quemadmodum expandit natans ad natandum; sed deprimet Ichovah fastum eius et vim manuum eius!

12. Alta moenia tuorum munimenta prostreret, destruct, solo adaequabit. —

## CAP. XXVI.

Continuatur hymnus, capite superiore inceptus, describiturque reviviscentis reipublicae felicitas.

1. Sine ratione LOWTHVS, neglectis accentibus, verbit: Tunc canetur canticum hoc: In terra Iudee urbs munita nobis etc. pro: Tunc canetur canticum hoc in terra Iudee: urbs munita nobis etc. Cum in fine capitulis praecedentis dictum sit, munitiones hostium altas atque firmas, esse deiiciendas, et humiliandas; iam ostendunt regni Messiani cives, sibi longe praestantiora munimenta esse, quibus confidere queant. ישועה ישיה חומוה וחיל Vulgatus vocem ישועה

vertit salvatorem, quasi abstractum positum esset pro concreto (vid. GLASSII Phil. S. pag. 19. et 870. ed. Dath.): idque secutus GROTIUS, interpretatus est: „*Salus* (ipso, id est, Deus) posuit muros et antemurale eius. Ideo invicta nobis urbs est, quia optimo omne, Deo ipso iubente, est condita.“ DOEDERLEIN: *Deus auxilium, muros et propugnacula struit.* KOPPIVS: *securitatem muris nostris praefeat et firmatatem* (*Sicherheit giebt er unsern Mauern, und Stärke*), quasi *ישׁועה וְלֹה* sint synonyma. Rectius mihi vertere videtur VITRINGA, Schmidio praeante: *salutem posuit muros et antemurale*, i. e. salus, et securitas, quam Deus urbi illi praefat, ipsi est pro muris et propugnaculis, ut adeo iis non indigeat. Eundemque sensum expressit DATHVS: *defensio, quam Deus praefat, instar muri est, et propugnaculi.* Commendat hanc interpretationem locus parallelus, infra Cap. IX, 18. *Non audierunt amplius violentia in terra tua; vastatio et fractura inter limites tuos;* יִשְׁעָה וּבְנָאת חַוְתִּיקָה, ex vocabis *salutem muros tuos.* Conf. Zachar. II, 9. Ierem. III, 23. MICHAELIS: *victorias* (scilicet sic vertit רִשְׁעָה, nescio, an recte) illi dedit (Deus) *murum et fossam*, i. e. non muris tuta est, portae adeo numquam claudi dicuntur vs. 2. (quod ex verbis פֶּהָה שָׁעֲרִים colligit) sed *victoriis*. — לְהַplerique *antemurale* reddunt, secuti Alexandrinos, qui περιτείχος ponunt; COCCEVVS *fossam* interpretatus est, Chaldaicum נִירֵל, *vallis*, conferens, cui in rei summa magnopere ad-sentitur MICHAELIS in *Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. III.* p. 735 — 738., in solo etymo inter נִירֵל, *vallem*, et حُول, *circum*, quod circa murum est, fossam, quae murum ambit, divisus. Et pro fossa facere videtur præcipue locus Nah. III, 8. de Diopoli Aegypti: *quae habitat in Nile, circa quam undique aqua, יְמִם חַלְשָׁךְ, cuius fossa est mare, et ex mari murus eius exsurgit.* Nil tamen impedit, quo minus et hic omnem extra murum munitionem intelligas. FABER *Archäologie der Hebräer. P. I.* pag. 288. seqq. Pomcerium, den

den Zwingen, voce illa indicari putat, coll. Arab. حَالٌ  
circumegit, et حَوْلٌ, circum.

2. בְּגִיא צָרוֹק et שָׁמַר unum idemque notat, *populum*, qui religionem Iehovae cultu pio atque fidei obseruat. Utrumque enim, tam קָרֵךְ, quam קָרֵךְ, de religione Iehovae saepissime usurpari, notum est. Nec male HUBIGANTIUS: „Quicunque Iudei in Deo spem habuerant, vocantur gens iusta, in oppositione cum gente Assyriorum.“

3. יִצְרָר סְמוֹךְ (Audacem, nulloque argumento firme nimam coniecturam HUBIGANTII memorasse satis erit. „Optime, inquit, graeci interpres, ἀπειλαμβανομένες αἰλιζόσιας, apprehendens veritatem. Quod nunc est punctum maius post ipsum, fuerit olim בָּ, partim delectum, et ad יִשְׂרָאֵל (nunc male יִצְרָר) adiunctum. Planum est, continuari sententiam usque ad חֶזֶר, *servabis*, cui verbo praefigendum est punctum maius.“ Ne tamen celare quidquam videamus, indicabimus, Syrum similiter commata distinxisse; vertit enim verbum secundum: *aperite portas*, ut ingrediatur gens iusta fidem conservans, בְּגִיא צָרוֹק (quasi legisset: בְּיִצְרָר סְמוֹךְ?) constanter servans. Sed preferendam esse Masorethicam distinctionem, cuique, puto, facile patebit. Possunt autem verba מְסֻמָּךְ vel ad *Deum* referri, vel ad *homines*. 1) Si ad *Deum*, sensus erit, esse certum Deo propositum, servandi pacem populo Israelitico datam. Id DOEDERLINIO placuit in edit. quarta. Vertit enim: *decreta sunt stabilia*: et in nota addit: „Olim verti: *ad angustias redigitur* (רַאֲשָׁה), sed *firmus haeret*. Sed id nimis laconicum videtur, et ab Elsiana copia alienum. Itaque mutato consilio vocibus periphrasis veritatis divinae inesse puto, synonymam formulae סְמֻךְ אַנְכִּים. יִצְרָר שָׁמַר est cogitatio sive *decretum*, quod est סְמֻךְ, *stabilitum*, ratum, inconcussum.“ KOPPIO quoque, ad Lowthum, interpretandum videtur: *festen Sinnes, standhaft in*

seinen Rathschlüssen. 2) Si ad homines haec verba referantur; sensus est, esse ipsis fixam, certam et indubitatem persuasionem, Deum populo suo conservaturum esse pacem. Sic VOGEL ad Grotium: „Cui cogitatio fixa, quod omnibus, qui tibi confidant, res prosperas praestes.“ Et DATHIUS: Quae certissime sperat, te pacem esse servaturum. In eundem sensum propendet VITRINGA, qui conferre iubet locum parallelum Ps. CXII, 8. ubi describuntur attributa viri pii: בְּמִזְבֵּחַ cor eius est suffultum, firmum; non timebit. Comparat etiam phrales in N. T. usurpatas: σεργεων της πισεως (Col. II, 5.), σεργεον ειναι τη πιση (1 Petr. V, 9.), τεθεμελιωμενον και ερεζωμενον τη πιση (Col. II, 7. Ephes. III, 16.). Ceterum commemoranda adhuc est singularis interpretatio, quam MICHAELIS proposuit in Supplem. ad Lexx. Hebr. P. IV. pag. 1144. Cum voce יִצְרָר confert Arabic.  
 ۱۰۹ وَصْرٌ et ۱۱۰ پَاقْتُومٌ, pactum: et quia קְנֻתֶּךָ Ps. CXI, 8.  
 de perpetuo et stabili ponitur; verit: pactum perpetuum servabis nobis, pacem, pacem, i. e. pacem perennem: in vers. germanica: Du hälst keinen Bund unverbrücklich, und gibst stete Sicherheit. Sensus bonus; modo probari possit, Hebreis vocabulum יִצְרָר significatione pacti, foederis, usurpatum fuisse. הַצָּרָר שָׁלוֹם, servabis pacem aeternam et inconcussam; scilicet nominis, rem, in qua totus est animus, significantis repetitio, universle consentanea loquentium assertui, saepe exprimit eius rei magnitudinem atque excellenziam; conf. GLASSII Philol. S. Lib. I. Traet. I. Can. XVI. p. 40. ed. Dath. STORR Observavit. ad Analog. Hebr. p. 187. 188. Alio modo BOEDERLEIN vertit: tu summam fidem praestas, ad quod in nota: „בְּשָׁלוֹם videtur esse forma instrumenti publici, veluti nos: getreulich und ohne Gefährde. Conf. Num. XXV, 12. Genes. XLIV, 17.“ Haec verba triplici modo redduntur: 1) in te confidum est, i. e. posita est fiducie; nam participia passiva saepe usum neutralem admittunt, verbo substantivo omisso, veluti Ps.

LXXXVII, 3. גַּבְרֹתָה כִּדְבֵּר בָּקָר, honorifice dictum est de te: sic KOCHERVS ad h. l. et SCHROEDERVS Instit. ad Fundam. Ling. Hebr. Synec. Verb. Reg. LXI. b. pag. 276. — Sed STORIO 2) מְאַחַת est forma infinita, Observatt. §. XVII. n. I. s. p. 66. coll. §. XXX, 4. p. 131., valens confidere, i. e. fiducia, unde (§. XLII. III) not. ff) p. 250.) vertit: *in te fiducia* (est, collocata est). Omnia optime 3) SCHVLTENSIVS in Animadvers. Philologg. ad h. l. videtur vertisse: *In te est, in quo speretur, seu, tu es, cui confidi possit.* Nimis ḥ, in te, pro tu, ut בְּךָ, in umbra, pro umbra Eccles. VII, 12. (saepè enim praefixum ḥ redundare, notamque esse Nominativi, pluribus exemplis docuit SCHVLTENSIVS in Animadvers. Philologg. ad Job. XXIV, 13. et ad Genes. XXXII, 22.). Porro וְתַהֲרָה est, cui confiditur; hunc enim usum participis passiva passim induunt. Arabibus Dominus est مَخْلُومٌ proprie, cui servitur, a خَمْلٍ, servire; مَكْلُومٌ est cui secretum confidi possit. Et ut idem plane exemplum habess .خَوْلٌ est in quo sperari potest, ab خَلُولٌ sperare: ita de Deo dicere solent: أَلِّي خَيْرٌ وَسَلَامٌ وَسَلَوْلٌ, optimus est Deus, qui in vocetur et in quo speretur: אָוֶל et אָמָל, seu בְּטוֹרָה. Quamcunque harum interpretationum summas, sententia eadem manet, simul vero videbis, plane inutilem esse Hubigantius mutationem vocabuli in בְּטוֹרָה. Nullo haec conjectura nititur argumento, nisi hoc, quod Chaldaeus vertit: אַחֲרַחִיד, confisi sunt (quem sequitur Aquila: διν ἐπ' αὐτῷ πενολθαρί). Nobis quid videatur de intempestivo hoc ex versionibus corrigendi pruritu, saepius diximus. Miror tamen, idem placuisse Michaeli et Lowtho.

4. עד עדר Usque et usque, i. e. in aeternum, conf. c. IX, 5. XXX, 8. LXV, 18. כי ביה יהוה Rectissime DATHIVS: Deus enim est Iehovah; ad quam versionem confirmandas in notis haec habet: Fuerunt, qui offenderent in littera Beth, nomini יְהָוָה praefixa. In his est HUBIGANTIVS, qui illud

lud בֵּיה mutatum vult in דָּיוֹה, quia non dici possit, *in Deo est petra*. Recte. Neque hoc verba hebraea dicunt. Noteatur modo idiotismus linguae in usu praepositionis Beth, quo saepe pleonastice etiam nominativo praeponitur. Conf. GLASSIVS in *Philolog. S.* pag. 586. edit. novae. Igitur recte quoque ab interpretibus antiquis Beth omissum est, non nomen ipsum יְהוָה, quod fallo dicitur ab HYBICANTIO. Quando vero dicitur, *Deus est Iova*, respicitur sine dubio ad significationem nominis Iehovae originariam.“ Ceterum conf. de voce יְהָה notam nostram supra ad Cap. XII, 2. Sensus igitur erit: Deus ille *Iah est Iehovah*, i. e. semper idem erit, hinc et semper homines in eo fiduciam ponere poterunt.

6. Populus antea oppressus nunc securus super ruderibus illius urbis ambulat, quam victores sui superbi et crudelis incoluerunt.

7. (ארה לזריך מישרים) Ad verbum: *via iusto redditum* sive rectum merum; sensum bene expressit GROTIUS: „Semitam iusti (pii Iehovae cultoris) esse aquabilem; a Deo enim vias eius complanari: iustos a Deo semper mollia fata posse exspectare.“ DOEDERLEIN: *Quae probis eveniunt, recta sunt*, i. e. omnia proborum fata deducunt ad felicitatem, conf. Proverb. V, 21. Alii, ut Vitrunga et Dathius, hunc versum et sequentes intelligunt de summa Dei sapientia, bonitate et iustitia, in omnibus, quae piis eveniunt. Ceterum sine necessitate Michaelis, quem sequitur Henslerus, alia verborum distinctione legit זרנץ שיר propr. *planities planitiae*, i. e. *planities aequissima*. Vertas enim cum Kochero, iuxta accentus: *Via iusto rectum merum; rectissime orbirans iusti* (tanquam) *ad libellam libras*; et nulla difficultas erit.

8. (אַחֲ קוֹנוֹךְ) *Semita iudiciorum* Dei sunt ipsi Dei iudicis. Sensus vero est, Israelitas, pios Iehovae cultores, exspectasse Iehovam, *via iudiciorum suorum* procedentem ad poenam de hostibus sumendam, et se vindicandos. *Vocula*

cula אָךְ, etiam, hanc sententiam cum superiore connectit. Nimirum, cum sciremus, vias tuas erga iustum esse rectas, et te omnes rationes tuae erga eum providentiae ad libellam exigere; facile intelleximus, te brevi appariturum esse vindicem, et exspectavimus te via iudiciorum, quibus in hostes animadverteres. Est igitur אָרֶחַ hic pro לְאָרֶחַ, quod vertendum via, vel secundum viam. (לְשָׁמֶךְ וּלְזָכֵר תְּאוֹהָדָנִפְשָׁת) Te exspectavimus, tui memoriam animus noster studiose servabit.

9. (נְפָשֵׁי אֲרוֹחַ) DE ROSSI: „Codices multi mss. et editi plene אֲרוֹחַ יְהִיד, desideravi te, sed versiones omnes antique, non excepta Chaldaea, legunt in 3. pers. feminini verbumque referunt ad animam.“ Id placet quoque Michaeli, qui punctis mutatis legit: אֲרוֹחַ. Evidem tamen praetulerim lectionem difficultorem, primo quidem aspectu, et confirmationem quoque hoc argumento, quod codices quadraginta novem ex Kennicottiana collatione legunt plene אֲרוֹחַ. Ceterum in constructione nulla difficultas erit, modo observes, nomen נְפָשָׁת, cum suffixo compositum, ut hic נְפָשֵׁי, q. d. persona mea, saepe esse pronomen periphrasticum, pro: ego. Sic et נְפָשָׁךְ, tu, נְפָשָׁו, ille vel ipse. Arabibus id longe frequentissimum, itemque Syris et linguae Rabbinicae. Quemadmodum אֲרוֹחַ ב לילָה et אֲרוֹחַ ק ב קָרְבָּי invicem respondent, nihilque aliud exprimunt quam amorem et desiderium Dei, numquam intermissum: ita רֹוחַ ב קָרְבָּי נְפָשֵׁי pleonastice tantummodo posita sunt, parallelismi membrorum compleendi causa. — (כִּי כְאַשְׁר—יְשִׁיבֵי חָבֵל ad verbum: quia ubi iudicia tua in terra sunt, iustitiam discunt incolae terrae, i. e. quia improbi, ubi iudicia tua vident, et malo suo experuntur, te metuunt, atque ad reverentiam tui et religionem perducuntur. — Quoniam in versione Alexandrinorum legitur: διος φατ τα προσταγματα ου επι την γην, MICHAELIS in Biblioth. Orient. Adpend. Tom. XIV. p. 66., pro כְאַשְׁר illos legisse putat, unde ipse, duabus his lectionibus compositis

positis, legere mallet אָרֶר, בְּאַשְׁר אָרֶר, *iudicia tua terrae sunt ut ignis lucidus*, confertque ut locum parallelum Hos. VI, 5. אָרֶר וּמִמְּשֹׁטְחֵךְ אָרֶר, *sicut ignis (fulminis) exeunt iudicia*. Verum hanc mutationem non esse necessariam, et sententiam inde prodeuentem parum convenientem contextui, nemo non intelligit.

10. אָרֶץ נְכֻרוֹתָה, *terra rectitudinum*, est terra, in qua pietas et iustitia florere debeat. Sensus est: si semper gratiam obtineret impius, numquam vitam emendare disceret; inique ageret, etiam si omnes alios circa se recte agere videret; nec unquam maiestatem Dei curaret.

11. Ad verbum: *Iehovah! manus tua elata est: non videvit.* Videbunt utique et pudescient: zelus populi, etiam ignis, hostes tuos devorabit, i. e. o Iehovah, qui tuam potentiam agnoscere noluerunt, cognoscunt eam, et profitentur cum pudore, quum vident, quam benignum te erga pios tuos, et quam terribilem erga hostes tuos exhibere soleas. Paullo aliter DOEDERLEIN sensum exprimit in nota ad h. l.: „Fatentur, iustas fuisse poenas, et bene promeritas, quum nec indulgentia nec minis divinis commoti ad saniorent mentem redirent.“ רְמָה יְדָךְ, *elata est manus tua minabunda.* קְנָאתְךָ עַם, zelus populi est zelus Dei pro populo suo vindicando, voce constructa obiective sumta, ut saepe. Sic infra Cap. LIII, 11. LVI, 7. רְעַתָּךְ, cognition eius, quae eum, servum Iehovae, habet pro obiecto, domus הַפְּלוֹתִי, orationis meae quae me habet pro obiecto, קְנָאתְךָ, zelus domus tuae, h. e. pro domo tua, Ps. LXIX, 10. Initati etiam sunt Graeci ἐβραιζόντες, in phrasibus ζῆλος Θεός, ζῆλος νομός, et quae his similes.

12. (בְּרִגְמָס-כְּלָי-מְעַשְׂרָתָה פְּעַלָּתָה לְכָרָן) *Pacem disponas, præparato nobis,*  
i. e. da nobis res prosperas. (בְּרִגְמָס-כְּלָי-מְעַשְׂרָתָה פְּעַלָּתָה לְכָרָן)  
*Omnia enim opera nostra operatus es nobis, quidquid nobis evenit boni malive, te curante evenit.*

13. (בְּעַלְנוּ אֱדֹנֶם וָלוֹחַ) *Possederunt nos domini praeter te*, fuimus hucusque alienis dominis praeter te subiecti. (לְכֹד בְּךָ נִזְכֵּר שָׁמָךְ) *Solummodo per te*, et tuam gratiam et virtutem, vs. 12. celebratam, *commemoramus*, *praedicamus nomen tuum*, potentiam et maiestatem tuam.

14. (מְחִים בְּלִי חַיִּים) *Mortui non vivent*, non oppriment nos ultra isti. (רְפָאִים בְּלִי יְקָמוּ) *Manes non resurgent*, tyran ni isti non redibunt ad nos vexandos. De רְפָאִים vid. dicta ad Cap. XIV, 9.

15. (יִסְפַּח לְנָיו) *Addidisti populo*, nempe multis, qui profugerant, restitutis, auxisti civitatem Hierosolymitanam, (יִסְפַּח, addidit, hic denotat auxit, ornavit, amplificavit: quemadmodum Ps. CXV, 14. זָהָה עַלְיכֶם) *Addat Iehovah super vos: super vos et filios vestros*, h. e. augeat, ornent: res vestras prosperet, fortunet. (כְּבָרָה) Hoc ipso tibi magnam conciliavisti gloriam. MICHAELIS effert (כְּבָרָה, magnifica, gloria) *Terminus terrae elongare*, est, populum augustiorem et maiorem reddere, eius potentiam augere.

16. Optime hunc versum KOCHERVS interpretatur: „In angustia visitarunt, quaesiverunt, te: summissam exprimentes vocem, dum tua illis castigatio fuit. Ita צָקוּן, cum emphatico accentum ad se rapiente sit pro a צָקָר, premere, comprimere, exprimere; quod de gemitibus et querimoniis, quum arcto de pectore vix eluctatura vox non sine vi et impetu exprimitur, eleganter usurpatum videtur. Vide SCHVLTENSII Institt. Gramm. pag. 352. Eiusdem stirpis צָהָה seu צָקָר aethiopicum trusit clavum, vel cuneum; contu-

dit in mortario, item Arabicum ضَقْ وَضَقْ. Deinde שָׁמָךְ 1. lingerè, lambere (Arab. أَحْسَن); 2. mussitare; 3. incantare (conf. notam nostram supra ad Cap. III, 3.) Lowthus פְּקָרָה personae sunt tertiae omnes, leicula,

levicula, ut videtur, de causa, et caeca quadam LXX. interpretum admiratione prima persona commutare non dubitavit.“

17. (כִּי חַיָּנוּ מִמְּנֶיךָ יְהוָה) *Ita eramus coram te Domine,*  
te disponente causas. Ceterum versu hoc et sequenti confessio populi continetur. Sensus est: se multum laborando nihil pro fecisse, nihil in salutem urbis, nihil in detrimentum hostium effecisse. Sed hanc sententiam versu sequenti imagine plane singulari effert.

18. (הַרְוִינוּ־רוֹחַ) *Gravidi fuimus, parturivimus, tanquam ventum peperimus.* Grotius hic cogitavit de avibus, quae edunt ova subventanea, ὡς ὑπηρεμια, de quibus PLINIVS Hist. Nat. X, 58. Pariunt ova irrita, ex quibus nihil gignitur, quae Hypenemia Graeci vocant. Rectius vero haud dubie MICHAELIS in Syntagmate Commentatt. P. II. pag. 165. not. a Papenio, provinciae et civitatis Gottingensis medico, edoctus, observat, (quod tamen iam ante ipsum vidit VITRINGA) rariorem hoc loco morbum intelligi, empneumatosin, aut ventosam mollem dictum, quo quae laborent diu et sibi et peritis medicis gravidae videantur, tandemque post omnes verae graviditatis molestias et labores ventum ex utero emittunt; quem morbum passim medici describant, ut IOANNES SCHENK in Observatt. medicinalibus. Lib. IV. p. 681. FRANCISCVS a CASTRO de muliebrium morborum medicina, Lib. II. c. 8. Si sensum metaphorae respicias, concepero hoc loco erit spem liberationis et salutis concipere animo, quemadmodum et Latini verbum concipere usurpare solent: ventum autem parere significabit, spem illam in inane et irritum cecidisse. Solent scriptores Hebraei omnem productionem effectus vocare partum; ut proposita, consilia, spem, conceptionem foetus; et spei frustrationem, abortum, vel partum nullum et infortunatum. Eliphazus Job. XV, 35. Qui concipit molestiam, parit vanitatem vel iniquitatem. Cf. Ies. LIX, 4. XXXIII, 11. Ps. VII, 15. Sensu plane diverso comma

eccloma hoc accipit DOEDERLEIN: vertit enim hunc versum  
eum commate praecedente hoc modo: *Ut praegnans, partum editura, praet dolore clamat: ita nos fuimus coram te, 18. praegnantes, parturientes, cum vivus edendus esset partus: sed nec terrae parta salus, nec renati orbis incolae.* Et in nota sensum et rationem huius versionis indicat: „Novam struit antithesin imperii Babylonici et Iudaici. Illud plane destructum numquam maiorem vigorem obtinebit: Iudeorum respublica extinta quidem, et quasi emortua, sed restituetur et quasi resurrectione facta novam belli gloriam, novasque provincias obtinebit. — Metaphorae ansam dedit tropus de morte sive interitu reip. Ea, si restituitur, vitae redditur. Sed sicut infans non sine matris gravidae dolore in lucem editur, ita Iudei prius, quam *vitalem partum ederent* (ילד רוח), seu florentem viderent regni sui statum, multum discrucibantur. At frustra suis viribus aliquid tentatum.“ Discedit igitur Doederlein ab interpretibus reliquis in eo maxime, quod phrasin יולד רוח vertat *vitalem partum edere*: in explicatione membra posterioris omnes habet secum consentientes. (ישועה בל נעשה ארץ) Ad verbum: *salutes non potuimus facere terram*, i. e. salvam non potuimus facere terram; ex idiotismo Hebreis fatis frequente. Veluti Amos IV, 13. *עַשֵּׂה שָׁחָר עִירָה*, qui auroram facie caliginem: aut quod vel ipso hoc capite legitur: *ירושעה ישיך חומת נחל*. Atque eodem fere de genere ista: *רוּחָה בְּרָכָה*, esto benedictio, Genes. XII, 2.; *arbor חָנָה desiderium*, valde desiderabilis, Genes. III, 6.; *erunt dies illi* ολεψις Marci XIII, 19. Conf. Dan. IX, 23. Ps. LXXXVIII, 9. Non igitur erat, cur Lowthus pro אֶרֶץ legeret, בָּאָרֶץ, Alexandrinis, Syro et Vulgato praeeuntibus, cum quibus tamen consentit unus codex ms. Verbū נֶפֶל יְפֵלָה הַבָּל hic, ut versu sequ. usurpatur in significatione rariore *nasci*, ut post cocceium bene observavit DOEDERLEIN, qui hanc phrasin et apte illustravit ex simili tropo HOMERI Il. XIX, 110. ὃς κεν ἐπ' ἀντίτι τῷ δε πεσοῦ μετα ποστι γυναικῶς, „quisquis Ies. Var.

illo die casurus ad pedes mulieris,“ i. e. *נְמֹתָה*, *nasciturus*, monente Scholastæ. הַבְלֵל respondet τῷ ἀρχῃ, nihilque aliud indicat, nisi terram Iudaicam (conf. supra Cap. XXIV, 4. et not.), cuius incolae omnes mortui dicuntur, i. e. ad summam redacti miseriam, et in summis periculis versati.

19. Sed enī subito respublica fere collapsa statui suo florenti restitutor: הַיְהוּ מִתְחִיךְ, *vivunt mortui tui*. Alloquitur Iehovah *terram*, sub finem vi. præced. memoratam. (כָּבְלָה יְהוָה) *Cadavera mea resurgunt*. Sub mortuis suis Iehovah intelligit mortuos ex populo suo. Hubigantius, quem sequuntur Dathius et Lowthus, pro in plurali legendum iabet גְּבַלְקִיקָּס: auctoritate maxime Syri permoti, qui

וְתִּשְׁאַל נֶאֱלָה, *cadavera eorum ponit*. Quod vero Lowthus in huius rei testem etiam adduxit Chaldaeum, in eo erravit vir doctissimus, latino interprete haud dubie seductus. Nam ipsa illa vox גְּבַלְקִיקָּה singulariter punctata apud Chaldaeum allegata cernitur. Henslerus גְּבַלְקִיקִי, *cadavera mea* legendum coniicit. Sed lectio Masorethica nullam difficultatem creabit, modo oberves, vocem נֶכְלָתָה, saepe occurrentem, collective etiam usurpari, neque plurali forma legi. (הַקִּיצוּ וּרְכִינוּ שְׁבַנִּי עַפְרָד) *Habitarores pulveris*, i. e. qui in sepulcro proiecti iacetis. Pro imperativis הַקִּיצוּ וּרְכִינוּ Doe-derlinio et Dathio, præeuntibus Alexandrinis, Aquila, Symmacho et Theodotione, in praeteriti forma legendum videtur: הַקִּיצוּ וּרְכִינוּ, quod dubitarent, puto, an hominis a-tis conveniat oratio, quia mortuos monet vel iubet resurre-re. Sed in poeta id facile admitti potest. כִּי תַּלְ-חֲפִיל Nonnulli interpres, inter quos et Henslerus, verba תַּלְ אָרוֹת vertunt *ros lumen*, sub quo intelligunt *rorem*, *lumen*, i. e. vitam, reddentem. Sed dubito, an genuinus sit sensus prophetae. אָוֹרָה esse malvam, satis verisimile fecit CELSIVS in *Hierobot.* Tom. I. p. 459—465., quae significatio et apta est loco 2 Regg. IV, 39. Malvae autem insi-gnem,

gnem, ac paene singularem inter herbas medicas locum veteres concederunt. Omnibus eam morbis opponebant, fingere etiam ausi, effici eius succo posse, ut morbis omnino careas: venenis quoque, ulceribus, vulneribus mederi putabant. Quia de herba insignis est locus PLINII Lib. XX. c. 22., ut veram panaceam eam describentis. Iam ros, qui per se vim habet in oriente regiones, aestu quasi emortuas, vivificandi, in malva abundantior est, herbaeque virtute tingi singitur. Hoc conspersa tellus umbras reddens dicitur. Conf. MICHAELIS Syntagma Commentarii. P. II. p. 164. not. Supplementum ad Lexx. Hebr. Tom. I. pag. 50. sequ. Secutus est hanc interpretationem et DOEDERLEIN, cui quoque elegantem huius membra versionem debeo. Hunc sensum haud dubie iam spectarunt Alexandrini, cum verterunt *νερός οὐ παρά τοι λαμα αύτοις εστιν, ros a te medicina illis (mortuis) est.* Ceterum γάρ hic positum esse pro *הארם,* rete monuerunt Kimchius et Aben-Esra. De *רָפָאִים, umbris, manibus,* vid. ad vs. 14. et de *כְּפָל, nasci,* in Hiphil *nasci facere, i. e. parere,* ad vs. 18.

CAP. XXVI. 1. Tum hoc carmen canetur in Iudeam urbem munitam habemus; defensio, quam Deus praefat, instar muri est et propugnaculi.

2. Aperite portas, ut introeat gens iusta, quae fidem servavit.

3. Cui spes certissima est, te pacem esse servaturum. *Tu enim is es, cui confidi potest.*

4. Confidite Iehovae perpetuo, Deus enim est Iehovah, atque perpetuum refugium praebet.

5. Nam depresso turricolas, incolas urbis sublimis; humiliavit eam, ad terram deiecit, solo adaequavit;

6. Ut iam pedibus devictorum, oppressorum vestigiis retratur.

7. *Via piorum complanata: rectissime orbitam iusti tanquam ad libellam libras.*

8. *Etiā via iudiciorum exspectavimus te Iehovah: Tui memoria nobis desideratissima.*

9. *Te noctu desidero, te primo mane spiritus meus petit: quando poenas in terra exsequeris: incolae eius in religione vera erudiuntur.*

10. *Impius si obtineat gratiam, non disicit probitatem: in terra piorum perverse agit, nec maiestatem Iehovae curat.*

11. *Iehovah, manus tua elata erat; sed non adtenderunt: vi- derunt denique pudore suffusi, zelum pro populo tuo, qui, ignis instar, illos, hostes tuos, consumsit.*

12. *Iehovah, da nobis res prosperas: nam quaecunque nobis eveniunt, ea tu perficias.*

13. *Iehovah, Deus noster, alii domini praeter te nobis imperarunt: ubi soli debemus, quod maiestatem tuam nunc praedicare possumus.*

14. *Mortui illi non reviviscent: exanimati non resurgent: animadvertisisti in eos, eosque exterminasti; perdidisti omnem memoriam ipsorum.*

15. *Vehementer auxisti et ornasti hanc gentem, et terrae eius terminos amplificasti.*

16. *Te, Iehovah, in angustiis petebant: summissas ex- primebant querelas, cum tu ipsos castigabas.*

17. *Sicut mulier praegnans, ubi appropinquaret partui, dolet; clamat in doloribus suis, ita nos fuimus coram te.*

18. *Parturivimus, doloribus correpti fuimus, erat ac si venum parceremus: salvam non potuimus reddere terram, nec renasci facere orbis incolas. —*

19. *Sed Iehovah iussit: „Vivant mortui rui! — Resur- gane cadavera mea!“ — Expergiscimini, et laetos canius ef- fundite sepulchri habitatores! — Tanquam malvae rorem de- mittis, quo impraegnata quasi terra manes parturit! —*

CARMEN

# CARMEN VIGESIMVM QVINTVM.

(CAP. XXVI. vs. 20. 21. et CAP. XXVII.)

## Argumēnum.

**C**onsolatur vates populares, ut vastationem et destructionem patriae patienter ferant, ac certo sperent, fore, ut Iehovah mox iniuriam eis illatam in eorum hostibus ulciscatur (Cap. XXVI. vs. 20. 21.). Hanc sententiam protinus amplificat et enunciat poetice sic, ut dicat, Iehovam eo ipso tempore, quo poenas sic exsequuturus in hostibus (infert autem unum quendam hostem loco omnium, vs. 1.), rempublicam Iudaicam esse restituturum (vs. 2—6.). Quod vero tantas in illam admiserit calamitates, id fecisse ob summam Israelitarum improbitatem et levitatem in religione. Poena autem nunc persoluta, culpaque deleta et sublata (vs. 7—11.), redditurum esse populum ac novam in patria institutum rempublicam (vs. 12. 13.).

Ab interpretibus, quos inspexi, omnibus, in eo discedo, quod non solum Caput XXVII., verum etiam versus ultimos Capitis XXVI. a carmine praecedente avellendos et huic adiungendos putem. Bene enim commata illa duo argumento et tenori huius sectionis convenient; contra vero difficile mihi videtur, illa facili et commoda ratione cum carmine antecedente coniungere. Praeterea quisque sponte sentiet, post vs. 19. Cap. XXVI. commata eiusdem Capitis ultima admodum languida esse, et neutiquam convenire gravitati et sublimitati, quam carmen praecedens, in primis posterior eius pars, spirat.

Ceterum hoc carmen editum mihi videtur haud diu antequam Israelitae, porestate a Cyro facta, ex Babylonia in patriam redirent.

CAP. XXVI. vs. 20. *לך בעורך* Vocem *דליך* Masorethæ praecipiunt legi *דליך*, *ostium tuum*, et exhibent *רוֹ*. *Keri* decem codd. Kennicottiani, *tredecim* Rossii, nonnulli impressi, et Alexandrini cum Arabe in Polyglottis. Sed haec diversitas lectionis et scriptionis vocis, quod ad verum loci sensum, exigui vel nullius est momenti. Nihil est in lectione textuali, quod nos eam deserere cogat. Tantum obseretur, inter *דליך* et *חח* hanc intercedere notationis diversitatem, quod haec proprie notet ipsum *ostium*, sive *aperturam*, per quam aditus vel exitus est in aedibus: *illa ipsam ianuam*, quae dicitur, sive *fores*. *בצידיך*, *post te*, cf. Genes. VII, 16. 2 Regg. IV, 5. Ceterum his verbis, *intrare* debere populum in *conclavia sua*, clausaque pone se *ianua paulisper delitescere*, nihil aliud exprimi videtur quam hoc, *animo tranquillo et quieto ipsis expectandum esse redditum in patriam brevi instantem*. *כטעת רגש* (*חבי-זעם*), *ad exiguum momentum*, paullulum, sicut Esra Cap. IX, 8. i. q. *רגע* *קטון*, *momentum exiguum*, apud nostrum Cap. X, 25. LIV, 7. *זעם*, *עד יעבור זעם*, usque quo transferit *excandescens*, Iehovæ, puta, ut ex toto contextu apparet. *זעם* plane respondeat Graeco *θυμός*, notatque proprie *iram ebullientem*, cum *sanguinis effervescentia coniunctram*, ut ex comparatione locorum, in quibus vox occurrit, colligere est. — In *יעבור* iterum Masorethæ aliter legere iubent. Mihi videtur esse forma coniugationis rarior, similis Coniugationi XIII. Arambum: *אֶתְנָפֵל*, et efferenda *בַּעֲדָגָן*.

21. פְּנֵי הַנֶּהָרֶת עַלְיוֹן (כִּי הַנֶּהָרֶת עַלְיוֹן, *locus*, Iehovae, est *coelum*, conf. Mich. I, 2. Ps. CXV, 3. Ezech. III, 12. Hos. V, 15. Exire sicutur Iehova ad vindicanda crimina priorum terrae incolarum, et ad purgandam terram a sanguine innocue profuso, priusquam nova progenies terram sanctam occuparet. Sententia similis ei, quae infra Cap. XXVII, vñ. 9. recurret.

---

## CAP. XXVII.

Quod sequitur caput esse unum ex difficultissimis Iesiae et mire impeditum maxime ob dubiam suspectamque lectio-  
nem, confessi sunt celeberrimi nostrae aetatis interpretes. Sed plerasque difficultates feliciter enodavit SCHNURRERVS, excel-  
lentissimus interpres, in Dissertatione non minus docta quam  
eleganti, quam in hoc caput anno 1785. scripsit, quamque  
inferuit etiam Collectioni *Dissertationarum suarum*, Goth. et Am-  
stelod. 1790. pag. 321—341. Pleraque, quae lectors in  
ea, quae sequitur, Capitis huius explanatione invenient,  
SCHNURRERO se debere, sciant; cum nemo alius varias  
interpretum sententias maiore diligentia pertractare, subtilio-  
re iudicio diiudicare possit.

1. לְרוֹתֵן esse *crocodilum*, plures consentiunt, et satis ve-  
risimile etiam est ex descriptione huius animalis, quae Job.  
XL, 25. — XLI, 26. legitur. De בְּרִיחַ שְׁמַנְיָה ambigitur. Mul-  
ta de hac re commentatis est MICHAELIS in *Supplemento ad Lexx. Hebr.* P. I. p. 219. seqq. Putat, utroque loco, et  
nostro et Job. XXVI, 13. fidus esse, *serpentem borealem*; quoniam vox בְּרִיחַ proprio id quod laevum, sinistrum est,  
significet, sinistrum autem Orientalibus, in geographia fa-  
ciem convertentibus ad orientem, sit septentrionale:  
עַקְלָחָן שְׁמַנְיָה serpentem esse *Ophiuchi*, in medio fere coelo;

denique חנין אשר בים, *hydram* in australi hemisphaerio. At contra hanc sententiam recte monuit Schurrerus, primum, ex eo, quod Arabicum ברה dicitur de praeda, quae venatori, a dextra ad sinistram transiens, corporis latus *sinistrum* obvertit, non certo effici בריה signficare id ipsum, quod est *sinistrum*. Deinde, cum certissimum sit, ad Aegyptiacum regnum designandum alibi adhibita esse nomina לוייתן et חנין, veluti Ps. LXXIV, 13. seqq. Ezech. XXIX, 3. cap. XXXII, 2. credibile esse, etiam hunc locum referendum esse ad Aegyptum: maxime quod, qui apud Iesaiam sit חנין אשר בים, ab Ezechiele alteri loco dicatur חקרים הנמל תרבע בנהר אארים, in Nili fluminibus. Et quidem triplici illa appellatione haud videri aliud quodpiam imperium designari quam unum Aegyptiacum. Igitur כחץ hoc loco non posse esse nomen sideris, quod et coniunctionem non habeat cum Aegypto, et gladio feriri nequeat; sed bestiam aquatilem significet necesse esse, qualis esse soleat *imago* Aegypti. — Haud pauci interpretes בריה נחש reddunt *serpentem vectem*, secuti Aquilam, ὄφι μοχλον vertentem, quem imitatus est Hieronymus. *Serpentem vectem* vero crocodilum vocari putant ideo, quod sese flecti nesciat, et vectis instar in rectum sit extensus. SCHULTENSIUS in *Animadversi. Philologg. ad Job. XXVI, 13.* *serpentem ominosum, infaustum, verit,* quod apud Arabes opinio obtinet, infausti ominis esse, quod prodeunti latus *sinistrum* obvertat. Sed Schnurrerus monet, cum huius opinionis apud Hebraeos vestigia certa non apparent, dubitari posse an voci hebraeae recte illa significatio tribuatur. Ipse autem vocem בריה sensu maxime obvio accipit, ut fugiens dictum sit pro celere. — פון, quod hic atque citatis Ezechielis locis occurrit, bene est distinguendum אֶת, *lupus Schacal*, cuius tamen pluratis לְבָס occurrit in reliquis hebraicis (טַבִּים, יְמִין et חַנִּין, הנֵּה), conf. not. supra ad Cap. XIII, 22.), bona est observatio Schnurreri.

Nostrum ḥn̄ est conferendum cum Arabico <sup>حَنْ</sup><sub>هَنْ</sub>, draco,

*serpens magnus.* עַכְלִחֵן, propr. *tortuosus*, plerique intelligunt de *draconibus*, *sinuosa volumina versare solitis*, et in spiras se volventibus. Verum cum ego in toto hoc versu unum tantum animal, *crocodilum*, intelligendum existimem; vocem עַכְלִחֵן interpretarer de eo, qui modo *aperta vi nocet*, modo per ambages et *sinuosos flexus astute falat*, quod optime convenit naturae crocodili, coll. Arab.

<sup>حَلْقَة</sup>, intelligentia alium vicit, et <sup>حَلْقَة</sup>, intelligens. Nam de spiritis, quibus serpentes se volvere solent, vox illa h. l. intelligi non potest ideo, quod crocodilo corpus est plane non flexibile. — *Sensus verborum est*, fore, ut in Aegyptum (quae hic posita videtur pro omnibus omnino hostibus Israelitarum, et post Babylonios etiam erat hostis maxime terribilis) gravissime animadvertiscat Iehovah, idque eveneturum tum, quum Iudeorum respublica ex Babylonica servitute esset restituta.

2. Hic versus ad verbum convertendus: *tum, vineam quod adtrinet, canite de ea.* Magnus est interpretum disensus, utrum חַמֶר legendum sit, quod vertendum esset *vinea vini*, an חַמֶר, *vinea desiderii*, i. e. amoena, dilecta. Prius illud in multis codicibus et manuscriptis et impressis legitur, expressum etiam a Syro et Vulgato, et probatum ab Aben-Ezra, Bocharto et Kochero, qui כְּרֻם חַמֶר *vineam vini* vineam multo fructu vinove fertilem interpretantur, cum גַּדְעֹן חַמֶר etiam pro solo גַּדְעֹן poni soleat. Non defunt tamen lectioni alteri, חַמֶר, testes, tam inter codices, quam inter veteres interpretes, ex quibus Alexandrinus (αμπελων καλος ἐπιθυμητα) et Chaldaeus (*vinea plantata in terra bona*) pro ea faciunt. Praeferunt eam Dathius, Doeberlein et de Rossi. Optime de hac lectionis varietate iudicasse videtur SCHNURERUS: „Vtraque sensum exhibet, et

potest probari: illa quidem (כִּרְמַה) videri possit insolentiorem habere loquendi modum: verum hanc ipsam obcausam lectionem חַמֵּר dixeris habere speciem emendationis, forte ex cap. XXXII, 12. Quae cum ita sese habeant, putamus, nullo umquam tempore fieri posse, ut quidquam de hac quaestione statuatur. Codices certe nihil efficere possunt, cum tanta sit litterarum ר et ז similitudo, ut facilime possint permutari, immo, teste de Rossi in *Varr.* *Lectr. Vet. Testam.* ad Genes. X, 3. in quibusdam mss. tanta, ut non queant a se invicem distingui. — Vineana vero imaginem esse reipublice Iudaicae, vix est, quod moneatur [conf. Cap. V.]<sup>“</sup>

3. Ordo et structura orationis, ut SCHNURERUS monet, requirebat, ut, cum formula carminis proponatur, eiusque non a Iehova, sed ab hominibus recitandi, nomen rei ipsum poneretur, non pronomen, et Iehovae mentio fieret in persona tertia, hoc fere modo: יהוה נוצר את הקרים. Sed erat illa aetas minus studiosa artis atque elegantiae; et possit subintelligi formula יהוה אמר — אמר יהוה אשכנזים (לרגעים).

Schnurrerus apte illustrat ex Arab. **ج**, quod  
universe dicitur de ea re, quae iteratur, ex frequentissima  
usu verbī **ج**, reddit, et speciatim de pluvia adhibetur, si  
una alteram subsequatur. Itaque לשנה אשננים est, repeti-  
tis vicibus, saepe multumque eam rigabo. DOEDERLEIN  
vertit: circumeo eam, a קרש, circumire, et conferre inbet  
Ps. LXV, 11. Quod vero MICHAELIS in Additamm. ad Bi-  
blioth. Orient. P. XIV. p. 72. assert, לשנה referri posse ad  
verbum קשׁ, accedit, ut sensus sit, alio tempore eandem ac-  
cendam, id Schnurrerus merito ab hoc loco plane alienum  
iudicat. Verbū פקד עליה (פָקַד עֲלֵיה) sequente ל, est  
animadverrit contra aliquem, ut apparet praecipue ex colla-  
tione locorum Ierem. IX, 24. 25. XIII, 21. Vertendum est  
im-

impersonaliter, *ne quis invadat, invadatur, scilicet supple-*  
*dum est parricipium, פָּקַד, ut notum. Quum in multisco-*  
*dibus, tam manu quam typis exscriptis, pro יִפְקֹד legatur*  
*אֶפְקָד, et voculam פָּנָה non exprimant versiones veteres, praे-*  
*ter Vulgatam, quae habet, *ne forte visitetur contra eam;*

Lowthus, Hubigantio auctore, legendum putat: אֶפְקָד עֲלֵיהֶם,  
*observabo eam, eiusque curam geram.* Idem placuit Seilero.  
 Sed recte negat Michaelis, cum quo et Schnurrerus consen-  
 tit, vocem פָּנָה repudiari posse, quod primo in nullo codice  
 Kennicotti desideretur, deinde, quod omnino est gravius,  
 quod non satis tuto consequatur, a veterum exemplis illam  
 abfuisse, denique quod probabilis ratio concipi non queat,  
 quomodo in seriem orationis irrepere eadem potuerit. Ipse  
 Michaelis interpretatur, *nullum foliorum eius desiderabitur,*  
 JOSEPH. KIMCHIVM sequutus, cui GUSSETIUS quoque accessit  
 in Commentar. Ling. Hebr. voce פָּנָה p. 668. HENSLEVS lege-  
 re mallet פָּקֹד פָּנָה, et ante פָּנָה supplet בָּה, hoc sensu, *ego ob-*  
*servabo eam.* Mutatio ingeniosa, nec tamen, ut mihi vide-  
 tur, necessaria, cum lectio recepta bonum sensum efficiat.*

4. Loquitur nunc vinea, atque miseram conditionem  
 describit, ac conqueritur, se muro destitui, apertamque es-  
 te et omnibus incursionibus expositam, conf. Cap. V, 5.  
 (בְּמַה אֵין לְ) Haec verba faciem sensum habere, si ad Ieho-  
 vae orationem pertineant iunganturque versui antecedenti,   
 scite Schnurrerus monet. Possint quoque, idem pergit, ad  
 vineam, h. e. populum iudsicum, referri, si חַמָּה sensu pas-  
 sivo accipiatur, de ira aliunde proficidente, quemadmodum  
 בְּמַתָּה, Genef. XVI, 5. Ierem. LI, 35. Iud. IX, 24. iniuria  
 est, quam quis patitur, בְּלַבְּלָה, 2 Sam. XVI, 12. maledictio,  
 qua quis petitur. Verum vineae verba haec si fuerint, sa-  
 ne non intelligitur, quaenam eorum cum proxime sequenti-  
 bus possit esse coherentia. Hoc enim ut certum suumen-  
 dum est et exploratum, formulam טַיְחָנָה non posse non  
 esse vocem optantis, ob eonstantem usum, qui cernitur Ie-  
 rem.

rem. IX, 1. Job. XI, 5. XXIX, 2. Cantic. VIII, 1., adeo-  
que locum non posse verti, *quis me vepribus et spinis obsevir*  
(quod fecit DOEDERLEIN), sed cum Dathio exprimendam  
esse hac ratione: *quis ne sentibus et vepribus munitam red-  
dar*, seu, *utinam sentibus et vepribus munita sim!* Vepribus  
in Syria sepiiri vineas ex Rauwolffii itinerario doeet LOWTHIVS,  
estque idem in Germania superiore etiam perquam familia-  
re. Absolum autem foret, vineam, quae sepimento se de-  
stitutam conqueritur, celebrare simul suam ab omni incur-  
sione ac damno immunitatem. Quapropter Schnurrerus ad  
eorum opinionem accedit, qui praeente Alexandrino in-  
terprete et Syro pro *רַבָּחַ* statuunt *חֹזֵה*. Spectat vero hoc  
ad exilem reipublicae Iudaicae statum proximo post redi-  
tum ex Babylonia tempore. Quod additur verbum *בְּמִלְחָמָה*,  
ad vineam quidem relationem habet nullam, sed pertinet ad  
civitatem iudaicam, quae latet sub imagine vineae; et com-  
plura huius generis loca, quae tropico sermoni aliquid pro-  
prii admixtum habent, extare apud prophetas, recte anim-  
advertisit Schnurrerus. *„אֲפָשָׁעָה בָּה אֶצְחָנָה יְהָדָה*) „In his  
verbis insignis est interpr̄etum dissensus. DOEDERLEIN pro-  
nomen refert ad *שְׂמִיר שִׁיחָה* vertitque, *quis me vepribus et  
spinis obsevir?* *equidem bello invadam ens atque incendam.*  
Sed obstat discrepantia generis, nec satis commode dicitur  
vinea ipsa suas sentes spinasque evellere ac comburere. Il-  
lud vix dubitari posse videtur, pronomen femininum specta-  
re ad nomen *ברָם*, quod alibi quidem, veluti Cap. V. mas-  
culinum est, hic vero vs. 2. 3. ut femininum habetur, forte  
eam solam ob causam, quod nomen occupat nominis *חָנוּן*,  
*terrae iudaicae*. Neque tamen verum sensum effecutus esse  
videtur MICHAELIS, qui mutato *אֲפָשָׁעָה in אֲפָשָׁעָה*, vertit:  
*belli tempore deſtituo illam, eandemque accendo.* Talia  
enim quomodo cum soleanni illa professione Iehovae,  
*אֱבִי יְהָוָה נָצְרָה*, conciliari queant, haud intelligitur. Hinc  
Dathius contrarium plane sensum exprimit: *belli tempore  
eam ingrediar, eiusque curam geram, deiuyando vo-  
cem*

אצ'יחנה a verbo צוֹרֵחַ, quod syriace est, attendere ad aliquid, in qua sententia praeeunte habuit WALTHERUM ad h. I. Veruntamen, quomodounque vertantur haec verba, habitus ac ordo orationis universae aegre permittere videtur, ad Iehovam ea referri. Evidem existimaverim, hostium voces minaces illis contineri, quod vidit etiam Seilerus. Necesse tamen haud est, alternantium choros statuere, et hostibus quoque tamen suam quasi personam tribuere. Videtur nobis potius tota oratio esse una ac continens, omissis tantum formulis illis, quas in grandiori prophetarum hebraicorum stilo omitti frequentissimum est. Itaque post vocem במלחה subintelligendum, cum dicit hostis: et ante verba ייְהוָה אין supplendum, dicet vinea, vel si mavis sermone ad vineam converlo, dices, vinea.“ Heec SCHNURERUS.

5. Pergit verba facere vinea, sed ea ratione, ut missa allegoria proprio nunc sermone utatur, hoc est tali, qui subiecto proprio, i. e. genti seu terrae iudaicae sit accommodatus. Molestiam hic creat particula וְ, cuius familiaris usus quomodo hic locum habere possit, non facile perspicitur. LUDOV. de DIEU in *Animadvers. in V. T.* Lugd. Batav. 1648. putat, posse exclamandi particulam esse, ut Syriacum וְ, probantibus id Walthero, aliisque. Sed bene monet Michaelis, ex Graeco loquendi usu traxisse hoc linguam syriacam, adeoque ad probandum usum hebraicae linguae id valere non posse. KENNICOTTVS ex Rabboth, h. e. antiquis expositionibus Pentateuchi et Megilloth, a 10. GILLIO excerptis, profert lectionem וְ, commodam illam quidem, sed idonea auctoritate destitutam. Quomodounque res se habet, de sensu vix dubitari posse videtur. Nempe est hic quaedam quasi ἐπανορθωσίς, qua, quod de septimenti absentia dixit modo vinea, corrigit nunc ita, ut unius Iehovae praesidium sufficere ad salutem atque immuniatem affirmet. Ad Iehovam enim verba יְהוָה וְ יִשְׁהָ referenda esse, dubitationem non habet, cum hostium obiter tantum mentio

mentio sit facta, et alia persona non sit in promtu. Formulas propugnaculum meum prehendet et tenebit, idem valet, ac firmum illud efficiet, atque sustentabit ipse, ut everti ab hostibus nequeat. שָׁלוֹם non de pace sola, sed omnis generis salute atque incolumitate est intelligendum [DOEDERLEIN hunc verbum reddit: *Occupetne aliquis firmam sedem meam?* (חַזְקָה cum בְּ constructum significat: *deinere in potestate sua*, conf. Iud. VII, 8.) Ille vero poenas luet mihi; poenas inquam luet (Pro שָׁלוֹם *pax*, legere mallet שָׁלוֹם, retributio, poena, conf. XXXIV, 8. Hos. IX, 7.) Sensus: non inultos saevire hostes adversus vineam domini]. — Atque hic quidem videtur esse finis formulae carminis; pergit nunc suo ipsius nomine verba facere propheta, et argumentum de incrementis restauratae ex Babylonica oppressione civitatis persequi. — SCHNURRERUS.

רְבָאִים יִשְׁרָאֵל יַעֲקֹב יִצְיָצֶן 6. Loco vulgatae lectionis: Lowthio legendum esse videtur hoc modo: הַבָּאִים מִשְׁלָשׁ יִצְיָצֶר יַעֲקֹב פֶּרֶח יִשְׁרָאֵל prodituri e radice Iacobii florebunt, germinabit Israel. Sed mirum est, sollicitari lectionem editam, quae nititur diserto testimonio Aquilae, Symmachii et Theodotionis, יִשְׁרָאֵל reddentium ἐξαντλεῖ, et tam facilis est atque concinna, ut quid desiderari in ea possit nos non perspiciamus. Modo יִצְיָצֶן hic non vertatur florebunt; neque enim flos illud est, quod primo loco ex radice consequitur; sed, quod SCHROEDERVS docuit in Observatt. Selectt. ad Orig. Hebr. p. 155. יִצְיָצֶר saepius est propullare. Comparatio, inquit, fit cum arbore, quae postquam radices egit, in altam stirpem emicat, atque profert ramos, frondes, flores, fructusque; quae postrema omnia uno verbo comprehenduntur. הַבָּאִים elliptice dictum esse probamus, exempli quidem caret: nec tamen potest quidquam iustae dubitationis habere. — Est vero etiam illud observatu haud indignum, futurae restitutionis blanda cogitatione tantopere commoveri animum prophetae, ac totum

dece-

pari, ut, immemor tantisper imminentis miseriae, civium ab exilio in patriam redditum, veluti praesentem ipse contueatur, sibique interesse etiam rebus illis secundis videatur: hinc enim factum est, quod in proxima oratione utitur verbis praeterii temporis, **הָבֹא**, **הָרְכַּב**, etc. SCHNURER.

7. Hunc versum adeo obscurum atque impeditum iudicat MICHAELIS in *annotat. versioni germanicae subiunctis*, ut ab explicando eo plane obstinendum sibi esse existimet. Neque enim perspici posse putat, quis sit, qui reddat plaga, Deusne, an Israel? quis prior percusserit, et quinam sit ab hoc percussus? Sed nobis primo vix dubium esse videtur, suffixum **הָ** spectare ad Israelem, huius enim mentio proxime facta est nominatim, adeoque, quod sponte consequitur, verbum **הָכָה** non ad eundem referri debere, sed ad Iehovam, quem nominare minus necesse erat, quod audiencibus vel legentibus sponte debebat in mentein venire. Deinde **מִכְהֵי יִשְׂרָאֵל**, *percussorem Iraelis*, in hac verborum serie Babylonium esse, non minus sponte quasi succurrit. Est igitur sensus, Iehovam non id voluisse, ut ad interencionem caederetur populus Israeliticus, hunc iam restitvi, tyrannum contra Babylonium eam stragem passum esse, e qua numquam sit emersurus. Vocabulum **הָרְכַּב** etiam ea, quia editum erat, formā admittit quidem explicationem haud ineptam, potest enim suffixum referri ad Iehovam, ut **הָרְכַּב** sint illi ipsi, qui, quod percussores essent Israelitici populi, debebant vicissim a Iehova percuti. Vix tamen negaveris, multo concinniorem fore orationem, si in locum participii passivi **הָרְכַּב**, substituatur **הָרְכַּב**, et ad suffixum ad idem nomen redeat, quo respicit suffixum **הָ** antecedens, et **הָרְכַּב** respondeat parallelo vocabulo **מִכְהֵי**. At **הָרְכַּב** mutare in **דְּרַבְגָּן**, quod Michaelis, praeeunte Syro interprete statuit, supervacaneum videtur, atque etiam ob pronominis absentiam commode locum habere non potest. SCHNURER. (Tyronum causa addimus, hoc cumma ad verbum

bum sic esse vertendum: *num secundum plagam percussoris ipsius illum percussit? an secundum caedem interfectorum eius (הַרְקִיעַ) interfectus, sive deletus est?* Nec tacendum est illud, ab interpretibus plerisque hunc versum sic intelligi: Iehovam erga Israëlitas non tanta severitate usum esse, quanta erga hostes ipsorum. Hunc sensum DOEDERLEIN in versione expressit: *Num ea plaga afficiantur, qua hostes eorum percussi sunt? Num ita intereant, sicut caesi ab ipsis interiere?*).

8. Quantopere hic versus interpretes exercuerit, dici vix potest. Praecipue difficultatem creat vocabulum סָמֵךְ, quod, quoniam alias non occurrit, fieri non potuit, quin partes in varias interpretes distraheret. Horum variae sententias diligenter collegit et iudicavit AURIVILLIUS in Dissertat. de vocibus nonnullis rarioribus in Propheta Esaia (in eius Dissertatt. iunctim a Michaele editis, pag. 549.). Nos potiorum tantummodo mentionem faciemus. Plerique interpretes vocabulum illud סָמֵךְ ad סָמֵךְ, quatenus mensuram putetur significare, retulerunt. Sic Aquila et Symmachus: ἐν σατρῷ σατρῷ, et Theodotion: ἐν μετρῷ μετρῷ: tum Chaldaeus: דְּרוֹחִיתָא בְּאֵל בְּהִיכְלִין לְךָ, mensura, qua metiens fueras, metientur tibi; Syrus: ַתְּסִוְתְּנָהּ לְבָנָהּ, mensura, qua mensus est, iudicabis eum; et Hieronymus, in mensura contra mensuram, quod idem porro in vulgatam versionem latinam transivit. Hinc recentiorum plurimi praeneuntibus Rabbinis, mensurae quidem notionem tenuere, sed inflexam adeo, ut explicarent, moderate, modice, non ultra mensuram. Sic VITRINGA: modice, cum eam (plagam, חַלְוָה, ex versu antec. repetendum) immitteres (qua significatione verbum סָמֵךְ saepius usurpatum, veluti Levit. XXVI, 25. coll. Amos IV, 10. Malach. II, 2.) cum illa obiurgabas. Eandem mensurae significationem tenens, sed vocabulum nostrum in duas voces distinctas dividens, בְּשָׂמֵךְ, MICHAELIS vertit: mensura pro mensura, Maß für Maß. Sed usus vocis סָמֵךְ si respiciatur, non mensuram quam demum- cunque,

cunque, in universum, notat, sed definitam, nec nisi ari-dorum, videlicet Ephae partem tertiam. Dein forma vo-cis, quia duplicates duas radicales offert, soletque huius-modi duplicatio radicalium, significatum intendere potius ac fortiorem facere, magnae denique ac duplicitae veluti mensuræ vim cogitandam præbebit. SIMONIS in *Lexico* vult, מְנוּדָה *facundiam* esse, vel *acumen redarguendi*, colla-to aethiopico מְנוּדָה *facundia*, et radice Arabicæ لَعْلَم, arguit. Sed monet Schnurrerus, lexica Arabicæ hunc usum vocis لَعْلَم ignorare. — EDMUND. CASTELLUS in *Lexico Heptagl.* col. 2445. habet haec: „אַפְּנִים, f. mensura: al. אַפְּנִים, migrare fecit, וְ *Affixum*; vid. אַפְּנִים, sic conveniret cum sequ. בְּלֹהֶה Esaj. XVII, 8.“ Ad vocem autem אַפְּנִים, col. 2444. sic differit: „אַפְּנִים, migravit, i. q. עַסְנָה, transstu-lit;“ Davide de Romis et Guidone Fabricio auctoribus. Forsan ex hoc fonte hausit KOPPIVS, in noct. ad Lowithium, dum significationem *migrandi* adoptat, ita quidem, ut for-mam sumat Infinitivi, et וְ finale, uti et ante in Libro radi-cum David Kimchi, habeat pro affixo, eandem personam respiciente, ac וְ ultimum in proximo בְּשַׁלְחָה. Nec diffi-tendum, apte satis; non forna solum, sed et sensu, tum cohaerere utramque vocem, integrumque periodum: בְּשַׁלְחָה תְּרֻכָּה בְּשַׁלְחָה haud incommodè verti posse: dum migrare eam cuges, dum dimittes eam, canssam, adversus eam, ages tuam. Sed supra allatae auctoritates ad stabiliendam significationem *migrandi*, an sufficient, recte dubitat Schnur-erus. Praeterea AURIVILLIUS monet, primum, וְ finale in בְּשַׁלְחָה, quia puncto Mappik careat, formam femininam prodere magis, quam affixum aliquod pronominale. Deinde punctuationem, quam exhibeant vulgares libri, quae infini-tivum argueret, videri dubiam, si fidem mereatur nota mar-ginalis ad בְּשַׁלְחָה in Codice M1. Upsaliensi Pentateuchi et Haphtararum: עֵicker בְּשַׁלְחָה זָכָן גָּל "סָא", i. e. liber alius, vel etiam, libri alii habent בְּשַׁלְחָה, et sic videtur mihi suisse in origine. Consentit Menasseh Ben Israel in Bibliis Ies. Vat.

Hebraicis ab illo editis Amstel. 1635. 4. et in quibus eadem voci subiecta puncta sunt, haud dubie, quod in antiquis is etiam codicibus eadem repererat. Forma vocis tum rectissime haberetur Nominalis feminini generis. Nihilominus Infinitivum et *migrandi* significationem ursit HUBIGANTIUS, postquam legere iusterat בְּשַׁעַרְתָּה, et radicem נִצְחָה posuerat, quorum prius nuda coniectura invitis codicibus, hue usque exploratis, omnibus, peperit, alterum Grammaticae insuper analogiae repugnat. Sunt, qui ex Arabica Dialecto allaturi suppetias, nunc verbum *לִזְבַּח*, *movit*, *commovit*, *cogitari*

rint, nunc לִזְבַּחַת et לִזְבַּחַת, διοματοπεποιημένα, quae simbo adhibentur de clamore eorum, qui *asinos* et *pecora* alia ad *porum* vocant, et posterius de *increpatione ovium* usurpatur: hinc locum nostrum vertunt: *cum valida increpatione litigasti cum ea*, dum immitteres illam, scil. plagam. Hanc interpretationem praecipue commendare studuit HERRM. MUNTINGHE in *Dissert. Phil. Crit. ad quaedam Ver. Test. loca, praeſ. NIC. GUIL. SCHROEDER*, Groning. 1775. Observ. X. Verum ego vehementer dubito, an Hebraicis etiam verbum illud Arabicum usitatum fuerit, quod praeterea levius quid et minus decorum significat, quam ut inde vox nostra illustrari possit. DOEDERLEIN vocabulum סַאֲסָה eandem cum שְׂרָאָה notionem habere existimat (cum litterarum ס et ש permutatio satis frequens sit) tumultus, imperus cum fragore et vi magna coniunctus, veluti turbinis alicuius (רוֹחַ קֶשֶׁת). Verbum חַלֵּש interpretatur emittere, quasi solutis vinculis, sive liberius proferre, quod et ipsum de spiritu sive vento dicatur Ps. CIV, 30. (שְׁלַח רֹוח). Denique רַב de sententia iudicis intelligit, qua vis condemnatur. Hinc prodit haec versio: Imperum quidem (hostis), dum vehementius eripit, tu condemnas, coeres, punis. Nempe suffixa feminina refert ad vocem סַאֲסָה. Sed desidero exemplum significationis, quam Vir Venerandus verbo רַב tribuit. SCHNURRERUS de recta interpretatione vocis סַאֲסָה proferen-

da ipse plane desperavit, nec eam expressit in versione huius capituli. Sed videtur ei ignota fuisse interpretatio, ab AURIVILIO in Dissertat. supra memorata, proposita, quam ego quidem omnibus adhuc memoratis praferenda existimaverim. Confert ille familiarissimum Arabibus **وَلِلْمُكْرِهِنِ**, *malus fuit, male habuit*, et in Coniug. II. arguit, *victio veritatis*. \*) Nihil enim impedit, quo minus credamus, ab Hebraeis usurpari potuisse נָסַר et in Piel, sive forma duplicata, נָסָרָה, unde nomen generis feminini נָסָרָה, *exprobratio, excusatio*. Verteretur tum non male: *gravi accusatione, quum eam (gentem) dimittes, caussam, adversus eam, ages tuam*. Et in eo quidem Aurivilius consentit cum Schnurrero (utroque tamen in scio), quod ille putat subesse similitudinem mariti, perfidam repudiantis coniugem. Ad quam sententiam confirmandam, gemina Schnurreri observatio est addenda, *primum*, suffixum femininum in בְּשִׁלְחָנָה et חֲרֵבָנָה a vate ideo esse adhibitum, quod animo loquentis obversaretur imago coniugis perfidae, qua ad adumbrandam gentem iudaicam, ob summam ipsius levitatem atque inconstantiam in religione, familiarissime usos esse prophetas constat. Deinde, verbi מִלְחָמָה usum solemnem positum esse in dimissione coniugis; et repudiatum esse a Iehova populum, cum Babyloniorum potestati traditum.

Q q 2

tus

\*) Obversata Schnurrero videtur similis cogitatio, ubi dicit: „Verbum **אָשָׁר**, quod significationem habet, non plane ineptam, *malus fuit, malefecit*, huc trahi non bene potest, respondet enim fere hebraico נָשָׂר.“

Nititur haec dubitatio opinione illa, Arabico **أَشَّر** semper respondere hebraicum **וְלִلְמֹדֶה**. Verum enim vero litteram Arabicam **أَشَّر** non minus saepe etiam respondere Hebraicae וְלִלְמֹדֶה et דְּמֹדֶה exemplis tam multis et luctuulentis, puto, probavit SCHVLTENSIVS in *Clave Dialectorum* p. 259. seq., cum quo confer ARNOLDI *zur Exegetik und Critik des Alten Testam.* p. 60—63. not., nihil ut videam, quid contra dici possit.

tus sit. Quod autem propheta, sermone ad Iehovam converso dicit חַרְבָּנָבָה, secunda persona, nihil habet, quod lectorum offendere debeat: scilicet enim monet Schnurrerus, familiare esse Hebraeis, prophetis maxime, in stylo concitatiore variare sermonem, atque ad aliam subinde personamesse convertere. (הַגָּהַת קָרְיוֹם) Radici הַגָּה inesse vim *fervoris exaequuantis*, ex collatione Arabici جَهَنَّمُ, ostendit SCHVLTENSIVS ad Proverb. XXV, 4. p. 320. seqq., qui locum nostrum vertit: *quum aestuaret vento duro suo illo.* Sed SCHNURRERUS verbum accipit hac significatione: *aestu eiecit*, ubi nomen aut pronomen subintelligendum est calu quarto. Nec alienus est idein ille interpres doctissimus ab hac sententia, verbum הַגָּה transformandum esse in formam passivam גַּהֲהָ, *eiectus est*, scil. Iacob. קָרְיוֹם Eurum plerumque significat, ventum, in Syria Palaestinaque mire fervidum (cf. BÜSCHINGII *Geograph. Asiae*, pag. 240. 280. edit. Hamburg. anni 1781.), ut brevi plantas herbasque exurat atque enecet, Ezech. XVII, 10. XIX, 12. Hof. XIII, 15. Ion. IV, 8., dictum quoque ventum deserti Ierem. IV, 11. XIII, 24. al. At quoniam hoc loco vis venti posita est, non in exurendo, sed in propellendo, abigendoque; ego aduentior Schnurrero, qui monet, hanc ipsam ob caussam, latiore sensu tempestatis et procellae vocem hic esse accipiendam, veluti Ps. XLVIII, 9. Ierem. XVIII, 17. aliisque locis.

9. Voculam נִכְלֵל hic ea significatione esse sumendam, quae apud Arabes in usu est, *verumtamen*, scilicet Schnurrerus observat. Sensem enim loci recte hunc esse censet: graviter puniri quidem a Iehova, atque vastata patria et deleta urbe in exilium agi populum ex Iacobo oriundum, verumtamen hanc rem eum effectum esse habituram, ut poena persoluta culpa quoque omnis populi deleta sit atque sublata. נִכְלֵל neutraliter sumendum respicit id, quod proxime de expiendo populi crimine dictum est. הַמְתָּה non est delictum

Atum ipsum, neque, quod Koppio videtur, perpetrati crimi-  
 nis poena, sed id, in quo peccatum verlatum est. Hoc sensu  
 nomen occurrit etiam apud Hoseam X, 8. וְשָׁמַרְתָּ בְּמֹות אֲנָה תִּשְׁעַלְתָּ, destruensur nefanda illa loca  
 excelsa, obiectum peccati Israe lis; nec non Deut. IX, 21.  
 וְאַתָּה שְׁאַל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לְקֹדֶשׁ אֱלֹהִים אֲשֶׁר־עָשָׂתָם, obiectum peccati vestri, quod confeceratis, nempe vitulum, sumtum combusti. Eandem vero vocis vim et potesta-  
 tem etiam hoc nostro loco obtinere, ex eo perspicitur, quod latior formula, הַסְּרֵךְ, statim illustratur ac definitur commemorandis nominatim aris, lucis, simulacris. Pronomen in voce בשומר non est referendum ad populum, ut multi interpres existimant; sed pertinet omnino ad eam personam, ad quam verbum הַסְּרֵךְ respicit: populus autem iudaicus dici vere non potest ipse removisse atque abiecisse instrumenta vanae religionis: sed Iehovah est, qui aras di-  
 ruit, lucosque et statuas deiecit tum, cum omnem terram iudaicam vastandam diripiendamque traderet Babylonii. Igi-  
 tur ad Iehovam referri debet שָׁמַר. — Formula, lapides  
 altarium reddere ut fragmenta calcis dissipata, inde orta esse  
 videtur, quod, ubi structura lapidum calce vincitorum dirui-  
 tur, fragmenta calcis induratae sparsa conspicuntur. Codex  
 bibliothecae Bodleianae Oxoniensis, qui est inter Ken-  
 nicottianos primus, pro כְּרֵךְ exhibit lectionem קִיר, omnino  
 haud ineptam. Supervacanea est mutatio פְּרֵי in פְּרֵי, iu-  
 venci, qua in versione usus est MICHAELIS. non lucos,  
 sed simulacra esse, contendit KOPPIUS: sed argumenta ab ip-  
 so ad Ies. XVII, 8. commemo rata, non eam vim habere vi-  
 dentur, ut vulgata sententia deserenda sit. Ante verbum  
 יְקַרְמֵוּ subintelligendum אֵם, nam et בְּשָׁמָרוּ resolvi debet in  
 אֵם: verbum autem קָרֵם non resurgendi significationem  
 hic habet, sed consistendi, permanendi.

10. 11. Quae sequuntur versu hoc et sequu. de excidio  
 et vastitate urbis, solent ad Babylonici imperii sedem referri,

invito admodum, ut Schnurrer us obſervat, contextu: ipſe de Hierosolymis ea exponit, statuitque, quae proxime dicta ſunt de aris deſtruendis, excidendisque lucis, ampliori oratione nunc declarari. כוֹה dictum est pro בְּכוֹרָה, etenim formula כוֹה מִשְׁלָחָן Iefaj. XVI, 2. metonymia eſt, qualis eſt in dictione חַצְאָתָה Amos V, 3. נִצְעֵיד הַצְעֵיד et ſimilibus, responderet voci מְרֻבָּר בָּרוּךְ et quoque fūnt. Sensus itaque eſt, in urbe olim munitissima eam nunc eſſe hominum infrequentiam, eamque ſolitudinem, qualis ſoleat eſſe in paſcuo, unde abacti eieſtique ſint greges. Additur, urbis ſolum iſpum agri faciem habere gramine fruticibusque obdueti, ut et vituli ibi paſtum et mulieres lignatum ire poſſint. Ad quae egregie monet DATHIVS, non eſſe argutandum in explicandis membris ſingulis orationis poeticae, nec quaerendum, quinam ſint vituli, quaenam ſint mulieres: ſed haec eſſe ornamenta descriptionis, in qua ſingularium partium non quaerenda ſit significatio. סְעִירִים non ſunt ut ratiū palmites, ſed ramufuli arborum fruticumque, quos boves nonnumquam carpere notum eſt, vid. BOCHARTI Hieroz. Lib. II. c. 31. pag. 299. dicunturque rami urbis, quod ſint eo in loco, quem antea urbs oceupaverat. Neque

opus eſt ſignificatione vocis Arabicae ةَلْعَنْتُ, vertex monris, qua Koppius utitur, nec non Michaelis, qui vertunt, ac depaſcent colles eius. כְּזִירָה collective ſumendum pro κατιρον. Et poſſunt quidem nomina collectiva conſtrui ut pluralia: ſed cum nomen ſit masculini generis, praefat verbum referre ad mulieres, adeoque editam formam חַשְׁבָּרְגָּת mutare, non ut MICHAELIS ſuadet, in חַשְׁבָּרְגָּת, exſpectabunt (nam rei, quae exſpectanda eſſet, mentio nulla facta), ſed חַשְׁבָּרְגָּת, frangent. Pronomen autem non debet referri ad כְּזִירָה, quod masculinum eſt, ſed respicit, ut reliqua pronomina feminina, ad nomen עִיר, id vero eſt ad locum, de quo ſermo eſt, quem iſpum illuminant adven-

tantes

tantes mulieres, dum passim, collectis frondibus sarmentis-  
que, ignem accendunt, vel ad coquendos cibos, vel ad cor-  
pus calefaciendum.— Quod additur, indocilem esse popu-  
lum, atque imprudentem, indignum idecirco, qui longiore  
conditoris sui venia fruatur et indulgentia, ita comparatum  
esse, ut Iudaico populo optime conveniat, aegre Babylonio-  
co, quilibet facile intelligit. Haud enim obscure illud si-  
gnificat propheta, populum, de quo agitur, omnino qui-  
dem esse Deo cariorem, atque coniunctiorem reliquis omni-  
bus, nec tamen posse diutius a Deo veniam impetrare atque  
a poena immunitatem. SGNURER.

12. „Tandem, exeunte oratione, ut fere solet, de-  
nuntiationem calamitatum mitigat, et quasi temperat pro-  
pheta praedictione redditus ab exilio et restitutionis in ex-  
optatam patriam. Atque in hac re ita versatur, ut imaginem  
ducat inde, quum in pomario arbores baculo excutiuntur,  
et poma huini collecta in unum acervum congeruntur. Qusm  
quidem interpretationem non dubitamus apiorem pronuntia-  
re ea, qua de granis, baculo excutiendis, sermonem hic esse  
dicitur. Verbi enim **לְקָרְבָּן** propria vis ac potestas est, *humilegenē*; grana vero, quae baculo excutiuntur, acervantur  
quidem, sed non solent singula humi colligi. Verbum au-  
tem **חַבֵּט**, **אֶתְבָּנָה**, usurpari de arbore excutienda, certum  
est ex loco Deuter. XXIV, 20. **כִּי חַבֵּט זַיְתָן**, quando oleam  
tuam excufferis, non singulos ramos postmodum denuo excutias.  
Sensus est, utrinque ad Euphrate inde atque inde ex Aegy-  
pto redituros esse Iudeos extores, ac novam in patria ci-  
vitatem instituturos.“ SGNURER. De **נַחַל מִזְרִיחַ** cf. not.  
ad Genes. XV, 18. Voce **שָׁבֵלָה הַנֶּהֶר** Michaelis interpreta-  
tur locum, ubi Euphrates exundat, propr. fluxum, effusionem  
fluvii (ita vero **εὐφράτης** vocari Euphratem, iam saepe mo-  
nitum est), coll. Arab. **جَمِيز**, redundavit, IV. manavit,  
profusa largius fuit, pluvia, lacryma Scilicet Euphrates

ubi ad austrum fluens, ita se convertit, ut cum Tigride sese coniungat, his exundat quotannis, vere et aestate; et ad hanc usque regionem olim fines Israelitarum pertinebant. Vid. MICHAELIS *Ius Mosaic.* P. I. §. 23.

13. „Reditus hic Israelitarum ex Aegypto et Babylonia postremo loco aliis, magis propriis planioribusque verbis describitur sic, ut buccina grandi clangatur, veniantque et ex Assyria et ex Aegypto exules Hierosolymas. In quo orationis schemate ineptissimum esset quaerere, quidnam illud sit, cuius imaginem buccina, eaque praegrandis, hic sustineat? Etenim constat solemne fuisse cum Iudeis, tum aliis populis, ad excitandam convocandamque multitudinem adhibere buccinas. Sensus itaque est, fore, ut velut classico evocati advolent, et Hierosolymas, ad restauranda ibi pristina sacra concurrant, qui essent per Assyriaæ Aegyptique latos fines dispersi Iudei.“ SCHNURER.

CAP. XXVI. 20. *Abi, mi popule, intra penetralia tua, et clauso post te ostio per exiguum tempus latita, donec ira transferit.*

21. *Etenim Iehova mox apparebit ad vindicandem iniqitatem incolarum huius terrae: terra enim profusum innocue sanguinem retegit, nec amplius caesos operire potest.*

CAP. XXVII. 1. \*) *Tunc animadverteret Iehova gladio suo duro et magno et valido in Leviathanem serpentem celebrum,*

\*) Quoniam in huius carminis interpretatione plerumque fecutus sum SCHNURERUM; retinui eius versionem huius capituli, excepto vs. 8. ad quem conf. interpretationem, et in vs. 10. 11. tempus futurum immutavi in praelensi.

*rem, atque in Leviathanem serpentem sinuosum, interficietque draconem marinum.*

2. *Tum de vinea canite sic.*

3. *„Ego Iehova custodio eam, subinde eam rigabo: ne quis damnum illi inferat, noctu diuque eam custodiam.*

4. *(Dices, vinea:) murus quidem mihi non est, sentibus et vepribus o si munira sim tempore belli (quum dicitur:), invadam eam, penitusque comburam:*

5. *At (Iehova) firmabit propugnaculum meum; parabit salutem mihi, salutem parabit mihi.“ —*

6. *Olim radices ager Jacob, pullulabit germinabitque Israel, et plena erit tota regio proventuum.*

7. *Neque enim ea, qua percussores eius, plaga, eum percuſſit, non ea, qua imperfectores eius, caede affecit.*

8. *Gravi accusacione, quum eam dimitteres, cauſsam aduersus eam egisti tuam: aestuavit in eam vento ipsius valido, faeviente tempestate.*

9. *Verum hoc ipſa expiatur crimen populi, eritque haec expiatio fructus inde oriundus, quod delebit (Iehova) obiecta peccati eius, quum reddet omnes ararum lapides ut calcis frusta dispersa, quum delebuntur luci et simulacula.*

10. *Etenim urbs munita est solitudo instar pascui absque gregibus, derelicta instar deserti: ibi pascuntur viruli, ibique recubant, et abſumunt eius ramos.*

11. *Arefactos eius ramos frangunt mulieres aduentantes, locum (signibus) illustrantes: neque enim populus prudens erat, idcirco creator eius misericordia, et conditor eius clemencia non utitur erga ipsum.*

12. *Sed postmodum excutiet Iehova inde ab Euphrate ad Aegyptum usque, vosque humi legemini sigillatim, Israelitae.*

13. *Tunc signum dabitur buccina grandi, venientque, qui perituri erant in Aegypro et qui exulabant in Assyria, atque adorabunt Iehovam in monte sancto Hieropolymis.*

CARMEN VIGESIMVM  
SEXTVM.

(CAP. XXVIII.)

*A r g u m e n t u m.*

**D**eplorat vates regnum Ephraimiticum, cui extrema ruina immineat (*vj. 1—4.*). Iudeorum quidem res sub novo rege prospere cessuras sperat (*vj. 5. 6.*), sed antea sceleratos et improbos sacerdotes et populi proceres poenit severissimis, a Iehova immittendis, esse removendos. In horum reprehensione, et in poenarum iis imminentium denuntiatione maior carminis pars versatur (*vj. 7. usque ad fin.*).

Carmen hoc editum esse sub initio regni Hiskiae, dubitatione carere mihi videtur. Nam eo tempore Salmanassar, Assyriorum rex, magna manu Hoseam, Israelitarum regem, oppressit, totam regionem Israeliticam sibi subiecit, ipsam urbem Samariam post triennem obsidionem expugnavit, populumque superstitem cum rege suo in Assyriam abduxit; *vid. 2 Regg. XVIII, 10.* Populus Iudaicus vero, regnante impio Ahaso, ita vitiis erat perditus et corruptus, ut Hiskias tempore adeo brevi religionem et mores puritati suae vix restituere potuerit. Igitur ad ipsum illud tempus, quo carmen primum editum est, nostrum est referendum. Conf. Argument. ad Carm. I. pag. 6, 7.

DOEDERLEIN et DATHIVS capite hoc et duobus sequentibus (XXVIII—XXX.) unum carmen continuari existimant; HENSLERVS capite demum XXXIII. huius carminis finem terminat. In alia omnia abit KOPPIVS, qui non hec tantum caput,

put, verum etiam sequentia in plura carmina minora diffecat. Evidem cum DOEDERLINIO et HENSLEO haec tenus consentio, quod ea, quae proxime sequuntur, capita ad idem tempus, quo nostrum, referenda putem; sed in eo, quod viri illi doctissimi existimant, unum in his capitibus continuari Carmen, varo mihi persuadeo. Ceterum in re dubia et incerta, quae maxime sensu atque opinione nititur, quemque suum sensum sequi necesse est.

---

I. עטרת נארות שכרי אפרים) Propr. *Corona fastus, elevationis, temulentorum Ephraimi*. Bene observat GROTIUS. Lac dictione non minus ac altera, *flos marcidus decoris ornamenti eius*, alludi ad morem veterum, qui in epulis et compotationibus serua et corollas e virentibus floribus contextas capitibus imponere solebant. Apud Graecos et Romanos hunc morem fuisse, notum est ex *Anacreonte* maxime et *Horatio*; sed Iudeis etiam eundem illum receptum fuisse, apparet ex libro *Sapient.* II, 7. 8. ad quem loc. conf. Grotium. נארות, quod propr. de mari tumido dicitur, Ps. LXXXIX, 10., hic apte usurpatum ad designandam hominum insanorum et temulentorum iactantiam et superbiam ineptam. אֲשֶׁר עַל־רָאשׁ נִיאָרְשָׁמָן מ, quae (*corona*, puta, et *flores*) super caput, i. e. verticem, vallis pinguissimae. Intelligitur ipse mons Samariae, super quem haec urbs extruta fuit ab Omri, Achabi patre, vid. I Regg. XVI, 24.; cui monti subiecta fuit vallis pinguis et fertilis soli, uti passim testantur, qui regionem illam intpexerunt: veluti MAUNDBRELL (vid. PAULUS Sammlung von Reisen in den Orient. P. I. p. 76.), qui de urbe, olim Samaria, deinceps ab Herodo rege instaurata, Sebaste, dicit, sitam eam esse in monte oblongo, rotundoque, figura ovi; proxime valle fertili, procul corona collum circumdatum esse. FURER in Itinerar. pag. 93. Ex regione horum ruderum mons est peramoenus, planicie admodum frugifera circumseptus, super quem olim Samaria urbs

urbs condita fuit. הלום יין, *vino contusus*, Graecis οινοπλεῖς, Latinis percussus tempora Baccho, ut scite monet DOEDERLEIN. Cum ebriis Ephraimitae comparantur, vel ob summam luxuriem et assiduam helluationem, vel ob consilii inopiam.

2. (הנה חוק ואמץ לארני) *Ecce robustum et validum quid est Domino scil. paratum, duram calamitatem immittet.* Nullam perspicere possum rationem, cur Michaelis efferre mallet צְמַח קָדֵשׁ, unde vertit: *robur et fortitudo domini est instar imbris grandinis.* שער קטב (כוזם ברד שער קטב) esse ventum venenatum penetrantissimum recte observavit SCHEIDIVS ad Cantic. Hisk. p. 181. not. Nam גָּרָע est: percutere venenato aestu, *Euro*, qui et مَسْعَى, *Samum*, et حَرْوَر, i.e. *venenatus*, dicitur, vid. SCHVLTENS Commentar. in Job. XXVII, 21. p. 758.) et كتب, Arab. قَطْب, quod propr. est secuit, scidit, apte hic usurpatur de aura venenata, quae totum corpus aestu suo perfindit, et ad intima viscera penetrat. Hinc nomen hoc Pl. XCI, 6. et Hol. XIII, 14. cum רְבָר, pestilentia, permutatur. Solent autem Orientales eiusmodi procellae emblemate dirissimum exitium pingere: exempla collegit Schultensius l. e. DOEDERLEIN vertit *turbo horridus*, ad quod in nota: „rarior vox קטב, inquit, ex Arabicо illustranda. Proprie est secuit, vultum austrius contraxit terrorem incutiens, hinc horridus fuit.“ In codd. haud paucis et libris editis legitur שער, cum puncto in cornu dextro litterae ω: quod si hic vertatur porta, omnino ut plane ineptum huic loco est damnandum. Sed ego hanc scribendi rationem non plane falsam dixerim: notum enim est, litteras ω, et ω sive ς, ut in scribendo, ita et in pronunciando, apud Hebraeos non minus saepe, ac apud Arabes, invicem permutatas esse. (כוזם—כיר Ut imber aquarum violentiarum inundantium, qui vi deiicitur in terram. Verbum הַנִּזְבֵּחַ hic sumendum est impersonaliter, receptissimo usu

usu linguae: proprie reddendum esset: quem, scil. imbre grandinis, quis demittit in terram, h. e. qui imber grandinis demittitur in terram. בַּרְךָ, manu, hic positum est pro בחזקה, vi, fortiter, violenter, ut recte Alexandrini: ὡς χειλαζεῖ — βίᾳ καταφέρειν.

3. (כרגלים חרבו סנה עטרה וגרא) Ad verbum: *pedibus conculcabuntur: corona etc.*, quasi dices, *quicquid illis coronse erit*. Verbum plurale femininum neutrali sensu adhibitum videtur. — Metaphora desuinta est a *coronis floreis*, quae detractae de capite pedibus contritae plane evilescent, et nullae fiunt.

4. Ad verbum hic versus vertendus: *Et erit flos marcidus decoris eius ornarissimi, qui est super caput vallis pinguissimae, ut fructus praecox ante autumnitatem, quam quisquis viderit, simul atque viderit, dum adhuc in manu ipsius est, deglutit.* הַאֲנָה כִּבְרָה est *ficus praecox*, conf. Iereim. XXIV, 2. Hos. IX, 10. Scilicet pleraque *ficus* mense demum Augusto muturescunt, sed sunt, quae hyemem clementem perdurant, ac primo vere et maturitatis tempore et suavitate reliquas praecellunt, ideoque avidissime petuntur. Vid. SHAW Travels, pag. 370. Tali' *praecoci* fructui, quem avidissime devoramus, neque diutius in manibus tenemus (בעודה בכפות), apte comparat poeta regnum Ephraimiticum, ruinæ proximum. Solent saepe reges urbes a se bello expugnatas servare, ac reliquias facere, saltem per aliquod tempus, in usum suum; sed Assyrii regis Salmanassaris in Samariam, a se expugnandam, is dicitur affectus, ut eam instar fructus praecocis carptam, simul ac in potestatem eius veniret, deglutiaret, h. e. everteret, et plane deleret.

5. 6. Dum regnum Israeliticum maximis calamitatibus opprimitur, et tandem plane perditur; Iudaicae reipublicae laeta effulget spes temporum feliorum, sub rege novo Hiskia, pio illo et iusto, reddituorum. על הנשפץ ולחיה

*Non solum*, inquit, erit iucunditas et ornementum Iudeis, sed faciet, ut domi ac militiae, in pace atque in bello, bene habeant. Nulla autem re magis indigemus in pace, quam recto iudicio, ut unusquisque suo fruatitur pacifice. Erit, inquit, in spiritum iudicii; instigabit ad ius reddendum iuste: faciet, ut intelligent iudices, quid rectum sit, deinde, ut, quod iustum iudicaverint, exsequantur. מִשְׁפָּט  
*pro ipso iudicium tribunal videtur accipi*, aut certe pro ipsa ordinatione, sanctione, ac ministerio publico, ut sedentes super iudicium sint, qui iudiciis praesunt et iuri dicendo. וְלֹגְבּוֹרָה מִשְׁבֵּי מֶלֶחֶם שָׁעַרָה Et robur erit Iehovah eorum, qui reducunt bellum ad portam usque hostium, unde facta fuerat invasio; conf. 2 Sam. XI, 23. הַשִּׁבְתְּ מֶלֶחֶם הָאָרֶץ est reduce-re bellum, retundere, retroagere. Dabit fortitudinem, ut hostes ad portas civitatum persequantur, neque desistant a victoria, quo usque hostes intra suas civitates includant. —  
DOEDERLEIN vocem שָׁעַר vertit regni fines, oppida prae-sidia-ria, quam eandem significationem hanc vocem habere statuit Ierem. XV, 7. ad quem loc. conferre iubet Schulten-sium. Aptissimum sane hoc nostro loco esset: sed ego du-bito, an שָׁעַר solum positum illa significatione recte suum-a-tur: nam Ieremias loco citato legitur: שָׁעַר הָאָרֶץ, propr. portæ terræ, i. e. fines terræ.

7. Cum de felicitate regni Iudaici ageret propheta, vastato iam Israele, subito vidi Iudeorum in peccatis simili-tudinem cum Israelitis, et totam Iacobi posteritatem eadem caecitate involutam. Quare subito utrorumque improbita-tem detestatus eorum perditionem denuntiat. — Et primo quidem et præcipue reprehendit sacerdotes et doctores populi, partim ob pravitatem morum, partim ob corruptio-nem religionis. VITRINGA quidem violentiam, quam pro-pheta redarguit, non propriam, sed metaphoricam intelli-git, corruptam nempe religionis doctrinam. Sed recte DA-THIVS monet, nullam adesse tropicae explicationis vñl. 7. et

8. ne-

8. necessitatem. Quin potius verborum constructio in hoc versu et decimo contrarium suadent, vid. not. ad vs. 10. (בֵּין שֶׁנֶּה) Multi hoc vertunt: *prae vino errant*: nec male quidem, cum notum sit, Hebraeorum וְשָׁנָה significare *erravit*, vid. Num. XV, 22. 24. Job. VI, 24. Sed quia qui erat, modo huc, modo illuc properat, hinc sit, ut interdum pro *incedere*, *degere*, *versari*, accipiatur, e. c. Prov. XX, 1. *Irrisor est vinum, aestuator temerum*: לֹא יִחְפֹּכְבָּה וְשָׁנָה בַּיּוֹם, et quicunque errat in eo, non erit sapiens, i. e. quicunque inter coemptationes versatur: et eodem sensu verbum חַעַת sumendum esse, membrorum parallelismus suadet. Quare hic assiduitatem et studium in epotandis calicibus Iudeis obiici, patet; unde sequitur ebrietas et liebetatio tensum et mentis. Quam mox eisdem verbis, constructis cum praepositione וְ, a, significat, *erraverunt a vino*, etc. i. e. *vinum eos errare facit*, et *praecepites fert*. Ludit itaque in verbis propheta haud invenisse, ut sicut *in vino errabant*, ita *a vino*, propter *vinum*, quoque *errant*. (כָּל עַד תָּן הַיּוֹם) Qui *vinum absorbent*, deglutiuntur *a vino*. Id enim eos privat mente et viribus, ut non iam homines videantur. (שֶׁנוּ בְּרָאתָה) hic esse positum pro מִקְרָאתָה, sive רְאֵי, concretum pro abstracto, recte monent. Prophetae (כְּבִיא) ergo, sensu destituti, *prae ebrietate incerta pro certis afferunt*; sed sacerdotes (כְּהָז), quorum erat, de rebus sanum iudicium ferre, et sententiam iustum in omnibus proferre, פְּקוּדָה מִלְּלִיָּה, titubant, vacillant (ita enim verbum פִּיק sumendum esse, patet ex Ierem. X, 4. 1 Sam. XXV, 31. Nah. II, 11.) iudicio ferendo. מִלְּלִיָּה est caussae aestimatio, quae fit in iudicio, vid. supra XVI, 3. Ceterum in hoc versu oratio prophetae tota sic concepta formataque est, ut *ebrii errant*, vagantis, titubantis statum perfecte exprimat: ipsa enim ulti errabunda est, dum eandem rem vocesque repetit, iterat, varioque modo idem dicit.

5

8. צָהָר, *sordes, excrementa*, coll. Arab. צָהָר, vid. SCHROEDERI *Observatt. ad Origg. Hebr. Cap. VII. §. XLIV. p. 166.* ibique locum ex GEVHARIO. בְּלִי מַקְרָם, *abolitio, defectus, loci conf.* SCHROEDERI *Syntax. Reg. XCIII. not.*), i. e. non supereft locus, qui non plenus fit sordibus.

9. אֲחַמֵּר יְוָדָה דָעָה) *Quem docebit*, scil. vel נְכִירָה, vel כְּרוֹן, ex vs. praeced. repetendus (non *Iehovah*, ut multi putant), talis sacerdos et propheta improbus, *scientiam legum Iehovae?* אֲחַתְּשִׁי יְבִין שְׁמוּנָה) *Quem percipere faciet* (Job. VI, 24.) erudit, *intelligentia* (per metonymiam, de qua vid. GLASSII *Phil. S. pag. 883. ed. Dath.*) honesti et iusti? גִּמְרָלִי—מְשֻׁרִים) Similes sunt insipientia infantibus: quis autem puerilis indolis hominibus confidat, iisque praceptoribus ac moderatoribus utatur?

10. In hoc versu (de quo data opera egit AURIVILLIUS in *Dissertat. de vocibus nonnullis rarioribus in propheta Iesaiæ*) significatio vocum קְרַב et צְרוּ non adeo liquida est, et crebrior earundem repetitio quid importet, inter viros doctos non convenit. Interpretum veterum et recentiorum plurimi צְרוּ explicant *praeceptum*, קְרַב *lineam, normam, regulam, quidam spem, expectationem*. Nam quod Graecus Alexandrinus habet, Θλιψίς ἐπι Θλιψίς ortum haud dubie debere lectioni vitiosae צְרוּ pro צְרוּ, scite Aurivillus monet. Quod posuit Hieronymus, legitur similiter in Vulgato: *manda, remanda, exspecta, reexspecta*. Chaldaeus, more suo, longa usus periphrasi in צְרוּ, tamen vedit *legem*, et in קְרַב *spem falsam et inanem*. Hieronymum ergo qui sequuntur, cum Lutherò, volunt esse verba nequissimorum hominum, quibus monita prophetarum, nimium scilicet frequentia exhibabant et argutabantur frustra exspectari, quidquid aut minarum, aut solatii, prophetæ, Iehovae nomine ineulcabant. Videntur aliis iidem illi per contemptum obiicere prophetis, quod ab his instar infantum tractarentur, quibus minu-

minutatim praeceptum unum post alterum instillandum, aut elementa modo, quia et singulae vocum syllabae tradi solent, saepiusque repeti. Denique prophetae ipsi verba illa tribuunt nonnulli, vel sensu eo, ut conqueratur, fatuis antistibus, infantum instar, prima adhuc rudimenta solidioris doctrinae esse ingeminanda, quippe quae nondum ab illis capiatur; vel quod impiam turbam arguat, ac si neglegentis divinis legibus, humana modo urgeret statuta, inepta illa, damnosa, et modum ultra omnem cumulata. Sed, quod sumitur modo, **וְ** esse *praeceptum*, nullo adhuc loco alio potuit firmari. Quod enim Hos. V, 11. legitur, haud sane *praecepti* notionem infert. Quum igitur in Syro re-

perisset MICHAELIS **תַּחַת וְתַּחַת**, *stercus super stercore*, **תַּחַת וְתַּחַת**, *vomitus super vomitu*, hunc significatum vocum praetulit, legendō **וְ**, per cholem, e forma integra **וְתַּחַת** vs. 8., et **וְ** similiter, ac si esset a **וְתַּחַת**, unde **וְתַּחַת**, versu eodem. Sed ut taceam hanc immutationem valde incertam esse et nulla plane auctoritate nisi, interpretatio ipsa, vt. 13. ubi esdem occurunt verba, non dat commodum et decorum sensum, quamquam in hunc versum non male congruit ad sordidae turpissimaeque scena, quae iam ante exhibita, pingendam spurcitiem. Quocirca, exploratis singulis cum AURIVILLIO Koppisnam sententiam prae ceteris censeo probabilem, qua propheta iniunxi usus, voculis, per se nihil certi significantibus, expressisse putatur, quod accidere solet strenue potis, ut proloqui nil possint, quod aut ipsi, aut alii intelligent, sed nunc hanc syllabam vocis eiusdem, nunc aliam repeatant tentando, nunc huius, nunc alterius dictionis particulam, **זָעִיר שָׁמֶן**, balbutiendo deblaterent. Quod si admittatur, non tam narrari a propheta ebriosorum dementiam, quam hos eodem coram audire sese lector persentiet. Convenit quoque haec interpretatio in vs. 13. ubi vide.

11. Verbum **לעג** omnino est conferendum cum Syriaco **בלעג**, *balbutire, indeque et, barbaro loqui; quin hoc ipsum Syriacum* **בלעג** *Barali, referente MICHAELI in Supplemento ad Lexicon Hebreorum. P. V. pag. 1450., in Lexico suo reddit,* **اللسان المبغاغ**, *barbarus lingua, impeditus vel balbutiens.* Nempe barbarus aut impedita nostra lingua utitur, aut incondite nobis loqui videtur. Respondet huic dictioni in membro altero: **תְּשׁוֹר לְלָבֶן**: et concinit Paulus I Cor. XIV, 21, **ἐν ἐπεργυλωσούσι, καὶ εἰ χαλεπῶς ἐτέροις.** Quod vero totius commotis sensum attinet; interpres plerique comminationem in illo inveniunt, Iehovam per barbaros hostes intrumpentes, barbara lingua loquentes hunc populum allocuturum esse, i. e. fore, ut Iudei per hostes barbaros opprimerentur. Equidein vero cum Dathio puto, haec commata ulteriorem continere descriptionem summae corruptionis atque insipientiae horum hominum. יְהִי imper-  
sonaliter dictum est, ut alias saepissime, et construendum cum sequenti רַשָּׂא.

12. Non curant Iehovam, qui ipsis acclamat, ut ad ipsum redeant, populumque in viam rectam reducant. Iehovam enim esse, qui hoc versu loquens inducatur, apparet ex vs. sequ., ubi haec ipsa admonitio דבר יהוה vocatur. זאת המקרה (הניחו לשיק) Hic, apud me, requies est. Date, vos falsi doctores, quietem fesso, i. e. populo misere a vobis deluso. מנוחה אֵת מרגע עיר inter alia significat aliquid in statum priorem vel meliorem reducere, unde apud Hebraeos: 1) plerumque reducere, aut redire, ut Ierem. XXXI, 2. XLVII, 6. Ps. XXX, 20. 2) in patriam redire, domi esse, atque hinc 3) vororum fieri compotem, beatum esse, Deuter. XXVIII, 65. Ies. XXXIV, 14. Ierem.

VI, 16. Conf. de hac voce MICHAELIS Beurtheilung der Mirrel die ausgestorbene hebräische Sprache zu verstehen, §. XXXVI. p. 214—217. et VRIMOET ad Dicta Class. V. T. Tom. I. p. 79. In אָבֹא, quod est ab אָבָה, velle, & est paragogicum, ut Ios. X, 24. חַלְכִיא.

13. Perditae genti monitum divinum est, h. e. non magis ei intellectum illud est, quam intelligi possint trunca murmura et inanes strepitus hominum, qui ingentibus se poculis totos ingurgitant: e qua verbi divini ignoratione denique fit, ut cadant et frangantur illaqueati captive.

14. Minatur nunc hominibus hisce improbis poenas severissimas, quas Iehova immissurus esset. אֲנָשֵׁי לֶצֶן

Verbum לְצֶן, Arab. لَاصْ, pro لُوضْ, proprie notat torquere, et torquendo flectere, inflectere (vid. SCHVLTENS Commentar. ad Proverb. I, 6. p. 4. et conf. not. infra ad vs. 22.). Hinc transfertur ad ridiculam intorsionem linguae, labiorum, oculorum, digitorum et cet. quae instituitur, ad aliquem subsannandum, atque ludificandum. אֲנָשֵׁי לֶצֶן igitur erunt viri intorsionis, sive subsannationis, qui monita divina et ipsi irrident, et aliis ridicule facere student. Latinoruim SANNA, Sannio, etc. esandein in se continere metaphoram, alii iam monuerunt. Scholiastes PERSII in Sat. I. „SANNA dicitur os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus.“ Vid. VOSSIUM in Etymolog. et GESNERUM in Thesauro L. L. ad Sanna.

15. Contra belli metum, fide fictis oraculis habita sese obfificant, hisque tutos se futuros existimant. כְּרָחָנְרָתָחוֹה (הזה)esse pactum, foedus, parallelismus cum ברית extra omnem dubitationem ponit, idemque est הזה, vs. 18. Vertunt etiam ita Alexandrinus et Chaldaeus. Etymon latet. MICHAELIS in Supplemm. P. III. p. 703. conf. Arab. خوف,

cuius coniugatio sexta، أخاود، significat, fideiussit, pædum foedusque init. Vitrina a verbo חזה, quod propriè notat actum contemplationis et visionis mentis, foedus, sive pactum, זה nominatum existimat, quod in foedere fiat prævisio status privati eut publici in longum tempus. Ut ut sit, non videtur necesse, pro חזה esse רזה, ut Michaelis vult l. c., qui חזה pro participio activo habet. Sed est nomen substantivum formæ פקוד, quale ראה, supra xl. 7., יבנה, pluvia prima, Ies. XVI, 9., רזה, quod ventilatur, Ies. XXX, 24. Conf. SIMONIS Arcan. Formarr. Sect. V. Cap. IV. pag. 358. 359. Quod ad sensum adtinet, foedus pactumque facere cum morte et cum inferno, h. l. significat, securum esse ab iis, quorum ira et sinistra voluntas caussa potest esse exitus et interitus nostri. Mors dicitur omnis caussa interitus: ut vita omnis caussa salutis. Orcus vero, שואל (de quo conf. not. ad Cap. V, 14. XIV, 9. 11.), saepe sistitur insatiabili cupiditate viventes absorbens et deglutiens. Concinne igitur principes feroce, metuendis armati viribus, vastatores gentium, comparantur morti et inferno. Conf. supra Cap. XXV, 8. Habak. II, 5. de Assyrio: dilatavis כshawil instar inferni animam suam, et instar mortis, quae non satiatur, et colligit ad se omnes gentes, et congregat ad se omnes populos. Hos. XIII, 14. E manu orci redimam eos; ex morte vindicabo eos. Ergo profani illi et impii, ab astutia ingenioque suo potius, quam ab ope divina salutem sperantes, tutos se et adversus omnem calamitatem securos profitebantur, quod essent in foedere cum iis populis, a quibus solis exitium exspectare poterant. Quamquam enim 2 Regg. VIII, 7. legimus, Hiskiam adversus regem Assyrium rebellasse; primis tamen imperii sui annis tributum Ahalo impositum, regi Assyrio perpendit. (שיט שוטה כר-עַבֵּר לֹא יִבְאָנוּ) Flagellum inundans quando pervaserit, non perveniet ad nos: sensus est: nos tuti sumus ab exercitu illo, qui terras finitimas invasit et vastat. Flagellum inundans et pervadens hic est exercitus potentis illius principis,

pis, quem vates modo appellaverat moreem et infernum. Sic apud Danielem Cap. XI, v. 10. de hoste potente: *et prope-  
re venier, יְבָנֶר עַבְדָּךְ et inundabit, ac transibit*, h. c. perva-  
det, quae vox hic proprie adhibetur. Propheta noster hic, ut alias saepius affectans elegantiam paronomasiae in vocibus שָׁוֹת שָׁוֹת duas metaphoras, licet diversi generis, inter se miscet. *Flagelli enim proprie non est inundare.* Verum quia idem ille exercitus, qui Israelitas magnis plagis affecit, eaque de causa rectissime flagellum dicebatur, simul instar fluminis extra ripas suas saevientis obvia omnia occupat et vastat: propheta, duas illas metaphoras inter se commiscens, eundem exercitum vocat exercitum inundantem. Est autem utraque metaphora variis Hebraeis, de exercitu hostili loquentibus, solennis, vid. Ies. VIII, 7. 10. 24. *hic idem valet, quod יְבָנֶר אֶלְיוֹן, venier ad nos.* Vocabula Masora corrigit in יְבָנֶר, nec sine omni specie, cum proxime sequens יְבָנֶר futurum sit, et *parach* etiam illud indicet. Sed bene monet GERARD. KVYPERS in *Differ-  
ent. ad varia V. T. loca*, Leyd. 1743. Cap. III. §. 1. mutatione illa non esse opus, et cur illa ipsi puncta vocalia, vocabulis illis subiecta sint, ex natura τω Makkaph bene posse cognosci. Haec enim postulat, ut voces illae pronuntiantur, quasi unam tantum constituerent vocem: iam vero illa rapta pronuntiatio non fert, ut duo ista iod, ultima scilicet in כ, et prima in י, in pronuntiantis ore audiantur, hoc enim tarditatem inferret: ideo duae hae litterae, ac sic una tantum esset, pronuntiari coeperunt, vel potius iod futuri, quasi per dagesch forte compensatum, vocalem suam subiecit τω iod vocis כ, unde tandem in scriptione per orthographiam, compendium scriptionis querentem, omittebatur littera iod, retenta tamen tum in scriptione, tum in pronunciatione, vocali illa, ne erretur in forma futuri: ac proinde omnino sine ulla mendi suspicione scribendum et pronunciandum erat. (כִּי שָׁמְנוּ נִסְתְּרָנוּ) Nos astu-

tia nostri ingenii foedere pacto cum principe terribili, a quo metuere poteramus exitium, nobis et reipublicae certam procuravimus salutem securitatemque, licet foedus a nobis falso animo et ex simulatione cum illo principe sit initum: hac tamen simulatione, dolo et astutia nos probe munivimus adversus flagellum inundans, quod populum nobis finitimum perdit ac obruit: ut proinde auxilium Iehovae susque deque habeamus.

16. *Ecce me scilicet eum, qui fundavit in Zion lapidem*, i. e. ecce me qui fundavi, elliptice pro דְבָנִי נִסְקָה אֶלְבִּי דָרָא אֲשֶׁר יַפֵּר; sicut infra XXIX, 14. febre ut קָרְבָּן אֲנָחָמָךְ, quis ego sum, ut te consuler, infra LI, 19. Conf. de hac loquendi ratione STORRI Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 388. Non igitur necesse est cum Koppius legere pro סָדָר — אַבָּן מִזְרָד — Hoc iterum elliptice pro מִזְרָד מִזְרָד [ז] בְּחֵן [ז] פְּנֵחָה [ז] יִקְרֹת [ז] אַבָּן בְּחֵן, h. e. lapidem probatum, (et) angularem, (et) pretiosum, (et) fundatissimum (superlativum enim eiusdem vocis repetitione ab Hebrews exprimi, saepe iam observatum est, conf. STORRII. c. p. 187.). Nempe omnia illa substantiva, quae adiectivorum potestatem obtinent (conf. not. ad Ies. II, 20.), non ex se invicem, sed ex uno vocabulo אַבָּן pendent, quo ante singula repetito, ipsa in statu ab soluto versari potuissent. Propr. *lapis probationis*, erit lapis, cuius soliditas et firmitas ita explorata et certa est, ut aedificio alicui susterni possit in fundamentum. Ad eandem *firmitatis* notio nem perinere etiam cetera epitheta, vix monitu opus. Verbi حوش five حوش, Arabice حوش five حوش, tres significatus Lexicographi Arabum exhibent: 1) سَعْد, festinare; 2) فَزْع, timere, 3) أَسْتَحْيَا, pudore suffundi (inter se non raro in rei natura coniunctos, dum qui timet consternatus hic illuc rapitur, atque ita tandem pudore confunditur): vid. ROCOCKII Notz. *Miscell. ad Portam Mosis*

Cap. I. pag. 17. Illarum significationum tertiam preeferunt Alexandrini (οἱ πιστεῦοντες μὴ καταιχυθῆναι), Paulus (Rom. IX, 33. πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ καὶ καταιχυθήσεται), et Petrus (I Epist. II, 7. οἱ πιστεῦοντες αὐτῷ, ὡς μη καταιχυθῆναι); secundam Chaldaeus (נַעֲמָתְךָ אֱלֹהִים וְאַתָּה לֹא נָמֵן non commovebuntur) et Syrus (لَا تَخَافْ هُنَّا, non timebit); primam recentiorum plerique. Mihi quidem secunda, h. l. aptissima videtur. Vides autem simul, inutilem esse GROTI et CAPELLI coniecturam, Alexandrinos legisse וְאַתָּה לֹא נָמֵן. Ceterum in loci huius sensu ne-xuque explicando mira cernitur interpretum varietas atque dissensio. Quoniam Paulus Rom. IX, 33., et Petrus I Epist. II, 7. hunc locum nostrum de Christo adhibent, interpres plerique, et inter eos etiam VITRINGA, lapidem probatum etc. de Messia, quem lapidi probato (ob tentationem gravissimam, afflictiones, labores, insidias adversariorum) et angulari beneque fundato similem reddere Deus constituerit, intelligendum esse, non dubitant: sed quomodo propheta in describenda Iudaorum impietate comminandisque suppliciis divinis in vaticinium de Christi adventu incidere potuerit, non faeile quis assicutus fuerit. Maiorem speciem habet MICHAELIS sententia, qui totum hunc locum, preeunte GROTO, qui tamen regni Messiae notionem animo prophetae prorsus excludi non vult, de stirpe Davidica, extanta gentis Iudaicae calamitate servanda, interpretatur. — PATHIVS putavit, in primo sensu, sive en, quo homines Iesiae tempore viventes, haec verba intelligere debuerint, promitti defensionem et securitatem, quam Hierosolyma praestare deberet incolis suis, omnibusque qui se eo a Senacheribo receperissent: sed in sensu sublimiori hunc locum de Christo intelligendum esse. DOEDERLEIN: „Cum vates impii, quos dixerat, frustra securitatem, tutaque refugia promittant; Deus firmius praesidium ac revera tutius aperit. Unum salutis securitatisque remedium Deus praestat. Sed figurata est promissio. Belli iniuriaie nimbi sunt (vsl. 17.), quo-

quorum vires e petrarum cacumine fractas tutus spectat via-  
tor. Conf. VIRGILII Aeneid. X, 204. Talem petram, rece-  
ptui minante diluvio idoneam, et tam alte fundatam, ut  
maris procellarumque bella rideat, cultoribus suis in Zione  
struxisse Iehova affirmatur, eo fine atque effecit, ut, qui ei  
filius fuerit, tutus ab inclemencia aeris, invictam haberet se-  
dem, nec aliorum turpi se protrahere fuga (יהיְשׁ) cogere-  
tur. Eam Messiae imaginem esse, Petrus docet i Epist. II,  
4—6., per quem omnis salus et parta et praestita fidelibus.<sup>“</sup>  
Eodem fere redit ROTTII explicatio, quam ad i Petr. II, 7. protu-  
lit. „Mihi, inquit, in hoc loco perlegendo tam ad verba con-  
tumeliosa, quae Iudeis, in describenda impietate eorum,  
commate praecedente tribuuntur, שיט שטף בירעך לא יבאנו,  
quam ad minas divinas, apte ad convicia illa vs. 17. sic ex-  
pietas וסחר מים ושתפּת, attendenti, propheta, felicitatem  
atque securitatem eorum, qui ad Deum confugiunt, adum-  
braturus, ex his ipsis verbis a fluvio, omnia inundante, se-  
cumque rapiente, repetitis, et ad exprimendam calamitatem  
ipsorum translatis, in tropum oppositum, a lapide angulari,  
in quo unicam inconcessae firmitatis atque securitatis notio-  
nem teneri velim, repetitum, deductus esse videbatur, ita  
ut sensus huius commatis, inter convicia Iudeorum, ini-  
nasque divinas interiecti, tropo remoto, rediret fere sed  
haec: En Deus, qui Sionem montem inhabitat, omnipotens  
est, ita ut is, qui ad eum confugit, inconcessa fruatur securi-  
tate atque felicitate.“ Mihi quidem universae orationis te-  
nor nexusque comminationem potius, quam promissionem  
videtur flagitare. Hinc sententiam KOPPII ego probo, qui  
huic loco subesse putat imaginem hanc: Gott, inquit, legt  
auf Zion einen Stein, vest, wohlgegründet, und stelle auf ihn  
hin Recht und Gerechtigkeit, mit Schnur und Waage, zu  
messen das Maß der Sünden der Nation, zu wägen ihre  
Thaten; und plötzlich stürzen Hagel herab, Fluthen brechen  
ein, und Iehovens Arm zerstört Land und Volk: ita, ut ima-  
gine remota, sensus remaneat hic: exjerans vim meam divi-  
nam

nam e Sione, ut servem, qui ei confidant, perdam vero, qui eam spernant. Placet haec sententia Pottio quoque, ut veteri poeta utique dignissima, excepto tamen hoc uno, quod, quo ipse *lapis angularis*, cui Iustitia imposta fingitur, spectet, non prorsus perspectum ipsi esse, fateatur. Evidem *iustitiae iudicique Iehovae* firmitatem ea imagine adumbratam existimaverim. Iudei seniores autem hunc locum mystice interpretari sunt de *Messia*, quam quidem interpretationem pottius scite derivat ex Ps. CXVIII, 22., in quo loco, aeo apostolico unanimi consensu de Christo explicari solito, cum Christus conferri cum lapide angulari crederetur, factum videtur, ut omnia V. T. loca, in quo de lapide angulari sermo erat, ad regnum Messiae adumbrandum revocarentur.

17. רְשָׁמָחִי לְמַשְׁקֵלָה (Propr. et posui veritatem pro norma, et iudicium pro perpendiculari. Nempe qui ad amusement aedificium aliquod exstruit, is firmius struit.) DECEDER-LEIN. Sed sensus potius videtur esse: *iudicium exercere*, quod *iustitiae exacte conveniat*, quod sit, ubi merita hominum beneficiis aut poenis exacte pensantur: conf. loca parallela infra Cap. XXXIV, 11. 2 Regg. XXI, 13. Thren. II, 8. Amos VII, 8. 9. רְיוּחָה יִשְׁפֹּטו Calamitates divinitus in Iudeos immissae, et hostiles exercitus, validi ac numerosi, ad imperium Iehovae in Iudeam mittendi, eamque afflitti, obniti, vastaturi, ipsis adiment eam securitatem, quam sibi doloso foedere fiducia in hominibus posita cum contemptu auxilii divini in Canaanaea promiserant. יְמֻנָּה conferendum est cum Arabico وَعِي, proprie colligere, i. q. Hebraic. מְנֻנָּה; idque dein transfertur ad eum, qui *omnia auferit, nihil relinques*, in quarta coniugatione, *totam peragit truncationem, nulla relicta parte*. Ab auferendo dictae paleae. Quin et Habessinis וְעַי est, totum absumere.

כְּפֶר בַּרְאָה 18. (וכפר ברוחכם אה מות) Quoniam locutio  
nusquam alias legitur, Ierem. XXXIII, 21. vero de *foederis*  
*abolitione* occurrit כְּפֶר אַתְּ־בָּרוּךְ עֲבֹדִי חֵסֶד־בָּרוּךְ: Hubigan-  
tius, quem sequuti sunt Lowthus et Seckerus, nostro loco  
כְּפֶר in the mutandum existimavit. Sed inutilem esse hanc  
mutationem, apparebit, si verbi כְּפֶר significationes perpenda-  
mus. Scilicet 1) proprio est *texit, operuit*; unde  
כְּפֶר *rectus opertusque cinis*, cui pulverem induxit ventus:  
ab *inducendo* dein orta notio 2) *delendi, obliterandi, abro-*  
gandi; ut hic Hebr. בְּפֶר, et נְבָבָן apud Syrum inter-  
pretem, verbo eodem eademque *abolendi* significatione. Ita vici-  
na *abstergendi* potestate Proverb. XXX, 20. apud Syrum Chal-  
daicumque כְּפֶר pro hebraico מְהֻה adhibetur. Nec offendet  
peritiores, quod cum verbo in genere masculino coniun-  
ctum sit nomen femininum בְּרִיה: nam talis generis enallage  
tam in Hebreas, quam in Arabica lingua admodum frequens  
est. Exempla vide in BVXTORFII *Thesaurus Gramm.* Lib. II.  
Cap. X. p. 437., et MICHAELIS in *Grammatica Arab.* Cap. X.  
§. 70. No. 4. p. 242. edit. 2dae. Quando verbum ante no-  
men positum est, illud genere masculino adhiberi emat;  
quando autem illud sequitur nomen, semper genere femini-  
no ponitur, cuius rei exemplum vides statim hoc nostro ver-  
su, in חַזְוָה־בְּסָתָחָקָם לְמַרְמָס. (שות שוטף חקם) Parum haec  
tria inter se convenire videntur, singula tamen hostili exerciti-  
tui sunt aptissima. Nam recte is *flagellum*, et eleganter *inundare*  
dicitur, ut supra VIII, 8. Dan. XI, 10., et proprio  
denique sensu omnia *concultat*. Talia Orientalibus non in-  
solita.

כְּמַרְיָה עֲבָרוּ יְקַח אַחֲכֶם 19. Propr. *e copia*, capacitate,  
*transitus sui prehendet vos*, i. e. a quo transierit, ubiqueunque  
irruet, prehendet vos. De Particula מְקֻבֵּץ vid. SCHROEDERI  
*Syntax.* Reg. CXI. a. p. 332. לְקַח, quod alias est *accipere*,  
hic significat, alium manu prehendere, in potestatem suam  
redigere, ut Proverb. VI, 25. de muliere adultera, אל־חַקָּע ne

ne prehēndat te, capiat te, palpebris suis (כִי בְבָקֵר וּבְלִילָה) Sine intermissione affligetur. Quemadmodum continua pluviis totae inundantur regiones: ita impetu hostili repetito et continuo tota Iudaea coercedetur. והיה רק זועה הרין (שְׁמוּעָה) Propr. et erit tantum commotio, intelligere rumorem, quod Grotius bene reddidit, et pavori erit, vel famam intelligere. Est enim hic μεταθέσις sive συγχύσις constructionis voculae קַר, apud Hebraeos in particulis satis familiaris, vid. GLASSII Philol. S. pag. 662. ed. Dathii. Sic i Cor. XV, 19. *Si in hac vita speramus in Christum μαρτυροῦ; pro, si in hac solū vita speramus in Christum.*

20. קַר המצע מהשחרע (כִי קָצֵר הַמֵּצָע) *Brevior est lectus, quam ut in eo quis se extendat.* Nam verbum שָׁרֵע conferendum est cum Arab. عَمْلُّ, extendere, in longum pretendere, ut probavit SCHULTENSIVS in *Animadversi. Philologg.* in loc. מהחכמת Lowithus legendum iubet. (וְהַמְסֵבָה צְרוֹת בְּהַחֲכָם) Sine necessitate vertendum esse, quum se quis condere, involvere, aut cooperire volet; quisque sponte intelligit. Sensum huius versus optime explicavit DOEDERLEIN: „Angustiis pressi erunt. Id figurate describit propheta, metaphora a dormientibus desumpta, quibus si vel lectus brevior, vel tegumentum, quo totos se obvolvere solent orientales, somnum capturi (conf. NIEBUHR *Beschreibung von Arabien*, p. 10.), angustius obtigit, turbata noctis quies.“

21. Hostili more, ut Philisthaeos 2 Sam. V, 18., et Amoritas, Ios. X, 11., Israelitas trahabit, quos antea semper beneficiis ornaverat.

22. Verbū hīc propria sua vi sumenda est, quam SCHULTENSIVS Commentar. in Proverb. I, 6. pag. 4. indicavit, in flectendo ac torquendo fitam esse. Unde تَلْوِي وَتَقْلِب exponitur (אֶל הַחֲלוֹצָר פָּנָן חֲזָקָר מַסְרוֹחִים) Verbum hīc intortus arque inflexus fuit, vel reciproce, intorsit, inflexit semet. Pro ea forma Hebrei, in verbis media quiesc., adhibent

hibent γνῶντες, vid. SCHROEDERI Grammat. Reg. LXXIX. g. p. 84. Hinc duplex invaluisse videtur usus; alter metaphoricus ille, subsannandi et illudendi, de quo supra ad vs. 14.; alter proprius, quo γνῶντες fera dicitur, reti vinculis implicata, quae identidem *semet intorquendo tanto arctius illigatur et constringitur*. Videtur propheta noster hoc loco utramque illam notionem respexit, pro more Orientium poetarum; ut scite monuit SCHEIDIVS in *Dissertat. in Cantic. Hiskiae*, pag. 212. Itaque verti potest, et: *quam obrem nolite seurrari* (ut DOEDERLEIN); et, *ne intorquearis vosmet, ut ne arctius stringant vincula vestra*. Opportune Scheidius adserit Calvinii huius loci interpretationem, qui postquam vertisset: *nunc itaque ne finatis illusores, ne forte constringantur vincula vestra*; statim subiungit: „quod pro „vinculis alii castigationes reddunt, non satis quadrat con„textui. Est enim hic aptissima vinculorum similitudo. „Nam sicuti vulpes, quae in laqueum inciderit, magis „astringit nodum, quum se ex rictare et eripere conatur: „sive impii tergiversando magis se ac magis involvunt atque „astringunt.“ Reete igitur h. l. verbum פָּנִים adhibitum est, conferendum cum Arab. حَنْفٌ, quod proprie significat *constringere aliquem vinculis*, ut confirmavit SCHEIDIVS l. c. pag. 205—207. GEUHARI et FIRUZABADI testimonio. כִּי בְּלֹה—הַאֲרָגָן Conf. supra Cap. X, 23. et vid. not. ibid.

23. Koříšs inde ab hoc versu usque ad capitū finem, novum oraculum contineri putat. Sed bene cohaerent ea, quae sequuntur, cum antecedentibus. Divinorum iudiciorum consilia et modos edocet propheta: Deum in castigandis improbis diversimode, sed summa cum sapientia agere: „iudicium, uti prius dixerat, vs. 17., exigere ad amissum, et iustitiam ad perpendicularum;“ temporum, hominum, rerum discrimina, omnia severitatis et lenitatis momenta exquisitissime expendere. Haec involvit allegoria continua, exemplo ducto ab agricultura et tritura: cuius imaginis ad hoc

hoc argumentum illustrandum veluti consecratae usum et rationem egregie exposuit et illustravit LOWTHIUS de *Sacr. Poef. Hebraeor. Prael. VII.* pag. 122. seqq. edit. Goetting. Conferri meretur PAULSEN vom *Ackerbau der Morgenländer*, p. 96. seqq. et 127—138.

24. Deus optime novit discriminem temporum et hominum, et modorum, quibus homines quique tractari debent: est tempus arandi, tempus occandi, tempus sarrendi. הַיְתָה hic referri ad *fulcos*, qui per arationem in terram inducuntur, nemo facile dubiterit. Nam et si hac significatio verbum illud nullibi alias occurrat, tamen est orationi prophetae, et rei ipsi conveniens, cum terra, quae aratione subigitur et invertitur, et in quam inducuntur *fulci*, vere apriatur; et alias constet, verbum חַדֵּג gaudere significatio *celandi*, ut Zach. III, 9. quae notio affinis est: terra enim scinditur aratro et infunditur. Estque portae etiam, *infundere fulcos aratro*. יִשְׁרֹר אֶדְמֹתָה Propterea, deinde *vastabit*, i. e. comminuet glebas; ut recte iam FORERIUS vidit, non: *occabit*, ut multi etiam ex recentioribus. Vulgatus *sarrire* vertit; nam, teste Columella, *glebae sarculis resolventiae sunt*. Ergo שָׁרֵן in secunda aliquando est rusticum verbum, et significat, *arvum iam aratum vel sarculo vel verricu- lo contundere*. Ita hoc verbum etiam accipitur Hos. X, 11. *Arabit Iuda, sarriet Iacob*, ut Job. XXXIX, 13.

25. הַלְוִיא אֶם שָׂרוֹ פְּנִיה His demum verbis occasionem exprimi, quisque sponte intelligit. חַצֵּב esse *nigellam*, *ane-*  
*thum*, ostendit CELSIUS Hierobot. P. II. p. 70—72. Condimentum esse, et cibis, panibusque saporandis adhibitum fuisse, observant veteres. DIOSCORIDES Lib. III. c. 93. Σπερμα μελανός, δρυμού, εὐωδίας, καταπλαστομένου τὸν αἴρετος. PLINIVS L. XX. c. 17. *Melanthii*, vel *Melanspermum* semen gratissime panes condit. ηντὶς eodem modo Graecis, Latinisque enuntiatum, κυμινοῦ, *cuminum*, Kummel. חטה שורה, *triticum principale*, *praestantrius*, tanquam a שָׂרוֹ. נְסִמָּן Veteres satis magno

con-

consensu milium vertunt; excepto Syro, qui pro quinque frumenti nominibus tria tantummodo posuit: conf. MICHAELIS not. ad CASTELLI Lexic. Syr. p. 423. Placuit id quoque Michaeli: sed nullum argumentum solidum pro hac interpretatione produxit. Evidem illis accedo, qui כטן pro epitheto שערה 28 have: sicuti propheta dixit: חתָה שׂוֹרָה כִּסְמָח גְּבוֹלָה נֶסֶם. Hinc erit participium in Niphal, a

רַמֵּם, Arab. رَمَم, pinguis fuit. שׂוֹרָה terminatione quidem est generis feminini, sed potestate masculini, habet enim in plurali שָׂעֲרִים. Kochero est verisimile, eximiam hordei speciem cum peregrino nomine Cananaeae illatam, idque nomen ut epitheton esse additum. DOEDERLEIN vertit *hordeum secretum*, et in nota subiecta addit, id e consuetudine populorum orientalium illustrari, singula grana feligendi ac studiose secernendi, quam itineraria laudant. בסמת est *zea*, *spelta*, vid. CELSII Hierob. P. II. p. 98. seqq., genus frumenti, simile farri, quod *farris* locum in multis locis implet, ubere eius in Campania Italica proventu. Solent veteres, de *satis* loquentes, *triticum*, *hordeum*, *speltam*, inter se coniungere: veluti HOMERVs Opyss. Δ, 144. in oratione Telemachi, Menelai fortunas et agrum laudantis, quippe in quo praeter alia sint:

Πύροι τε, ζυκι τε, ήδη αὐξυφες ρχε λευκον.

*Triticum*, *speltae*, et late *germinans hordeum album*. גְּבוֹלָה תְּרֵמִינִי *sui*, i. e. in terra speltae sive zese suscipienda opta. Singula semina, sive sata, agricola sator sprat suo quodque que termino, sive arvo. *Arvum* ab agricola cultum id ipsum est, quod propheta hic vocat גְּבוֹלָה, *terminum*, *limitem*.

26. Haec tenus vates prudentiam agricolae in disponendo semine descripsérat: nunc eiusdem prudentiam in triturando et excutiendo laudat: quam hic in genere proponit, una cum illius autore et datore; versibus autem 27. et 28. per partes explicat יִסְרָאֵל propr. *castigat illud*, metaphorice, pro *triturat illud*: queinadmodum puer virgis castigatur, ita grana

grana etiam virgis excutiuntur (בְּמִצְחָה גַּעֲנָה) vs. sequuntur secundum morem, rationem (qua significative מִשְׁפָּט לְמִשְׁפָּט אלְהוֹ יְרֵכָה) saepe sumitur, e. c. Iud. XIII, 12. 1 Sam. II, 13. et VIII, 11.) quam (ellipsis relativi ut vs. 12.) Deus eius docet eum, per rationem et experientiam. Sed hanc sententiam vetus poeta ita enuntiat, quasi Deus ipse agricolam instituat, ac doceat, quomodo haec omnia suo ordine facienda sint. Aratus de Iove, id est, Deo:

— — λεγει δ' ὅτε βωλος αριστη  
Βασι τε και μακεδονις λεγει δ' ὅτε δέξιαι τρόπαι

Και φυτα γυμνους και σπερματα παντα βαλεσθωσ.

(— — quando sit terra ligoni

Aptior aut hubus monet, et quo tempore par sit

Aut serere, aut septas lymphis aspergere plantas).

Similis argumentatio est Ps. XCIV, 9. 16.

27. Ab altera quoque parte scientiae agriculturae argumentationem conficit. Novit, inquit, agricola, quo instrumento unaquaeque farris aut semenis species excutienda sit, et quod duriora grana duriori instrumento, tenera autem leviori: neque in hoc facile eum falli videoas, ut alpineriora mollieribus superinducat, et leviora durius granis super inducat. Vide versu ultimo, quo haec tendant. Ut libi constet huius loci sensus, sciendum, quod quatuor apud Hebraeos fuerint triturandi modi, etiamnum in Orientalibus regionibus usitati: de quibus egit BOCHARTVS Hieroz. P. I. Lib. II. Cap. XXXII. pag. 310. 311. 1) baculis et flagellis, Graece ἐφεδρίαι, Hebraeis חֶבֶת, coll. Arabic.

بَسْدَنْ, fuste iniecio percussit arborem, ad decidienda folia, olivas etc. Hoe modo excutiebant aliqua edulium genera, quae tribulum ferre nequeunt, ut ex nostro loco patet, et alia etiam frumenta, quae metu hostis non possunt tuto in area sub dio triturari, Iud. VI, 11.; idemque fecerunt, qui minus frumenti habuerunt, quam quod area et tribulo dignum esset, Ruth, II, 17.: vid. PAULSEN vom Ackerbau der

Mor-

*Morgenländer* §. 42. pag. 141. 2) *traha seu trahea*, facta ex tabula, ferro, vellapidibus ex alperato, quae Hebrais dicitur מְרַבָּה et חֲרוֹצָה, et a bobus trahebatur; 3) *plostello Punico*, rotas habente, de quo intelligendum membrum posterius commatis nostri et comma sequens; 4) *boum et equorum ungulis*, quo alluditur Mich. IV. 13. et vs. 28. De secundo et tertio triturandi modo EDUARD. POCOCKIVS, insignis philologus, qui et ipse regiones Orientis invisit, in *Commentar. in Iocel. Cap. III. vi. 14. p. 334.* haec dicit: „Duo vero hodie adhuc sunt horum instrumentorum genera, quorum unum conficitur ex gravissimis ligneis asseribus, quibus infiguntur cuspidatissimi lapides aut silices, qui a iumentis tracti per frumenta ordine digesta una vice exterunt grana, glumas frangunt, stramenaque secant vel confringunt in minutissima frustula ad instar paleae, quae in iumentorum postea cedat alimentum. Notum illud instrumentum probe describit KIMCHI in dictionario radicum hebraearum, ubi ab usu, quem praestat, id putat vocari חֲרוֹצָה (a radice חַרְצָה) scindendi significatione. — Alterum huius instrumenti genus consistit ex duabus ferreis rotis crenarum incisione notatis, dentibus acutissimis ferrae instar praediis, quae inter se connectuntur axe ligneo, quod cum per frumenta in area trahitur, idem efficit in conterendis granis et frangendis scindendisque glumis et stramine, atque id, quod priore loco descriptum est. Ad quem modum exterendi frumenta alterutro horum instrumentorum alluditur Ies. XXVIII. 27. 28.“ Conf. aliorum itineratorum testimonia, quae collegit PAULSEN, l. c. Cap. VI. p. 110—117. et pag. 132—139. ubi illis utitur ad nostri loci interpretationem. Nec non MATTH. FRID. BECKIUM in not. ad *Paraphras. Chald. Libr. I. Chronicon. Cap. XX. vi. 3.* ubi etiam iconem tribulae et triturandi modi appositam invenies.

28. לְחַמְתִּים יְוָרָק h. l. vix panis esse potest, comminuit enim, mola, ut fere putant, dicitur. Ingeniose Lutherus:

man mahlt es zu Brodt, verum in Hebraeis, יְוָרֵק לְהַמִּן ipse חַמִּן comminui dicitur. Hic quidem Chaldaeus et Syrus אֲכְבָּרָא, triticum, verterunt, proximusque illis Hieronymus, in Commentario, panis aurem, id est, triticum, de quo efficiatur panis. Plura exempla eius metonymiae, qua materialium ponitur pro causa materiali, ut loquuntur Grammatici, collegit GLASSIUS Phil. S. p. 848. 849. ed. Dath., ubi et nostrum חַמִּין explicatur: tritium, ex quo panis conficitur. Scite monet MICHAELIS in Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. V. pag. 1437. suppetias ferre linguae arabicae analogiam, cui a

طعم, gustare, vesci, طعام, cibus, edulium, pecul. triticum. Eodem modo חַמִּין et accipiendum esse infra Cap. XXX, 23. ubi not. vid. — LAWTHVS verba יְוָרֵק in versione cum praecedentibus coniunxit, sublata distinctione Masorethica, in quo securus est Alexandrinos (quamquam illi quidem a sensu longe abierunt), et Symmachum: suspicatur etiam, excidisse γαντί αρόση διροσντε. (כִּי לֹא רַכְצָח אֲרוֹשׁ יְדֹרֶשְׂנָתְךָ) Attamen (sic enim haec particula haud raro sumenda est, ut potest primaria eius significatione, vid. SCHEIDII Observatt. Grammatt. ad Ps. I, 2. pag. 44. seqq. (*non in perpetuum illum* (sive, illud, cum respectu ad frumentum), *triturando triturasbit*, ne *tritura continua* ipsum frumentum comminuat. אֲרוֹשׁ varie tentatum est. ALTINGIUS in Fundamm. Punction. Ling. Sanct. pag. 381. trajectione Aramaea utitur, quasi esset pro צְוָעֵד, a צְוָעֵד, unde Arabes suum צְוָעֵד traxerint, idem cum צְוָעֵד. Sed bene monuit SCULPTENSIVS in Instit. Ling. Hebr. pag. 494. illud Aleph non *radicale* Arabibus esse, sed *servile*, substitutum pro *Vav*, quod soleinne in quiescentibus media. VITRINGA ad h. l. nostrum צְוָעֵד vocat *formam insolentem* per *prosthesin* τε η. Id non plane reiculum videtur Schultensio, l. c., nam in dialecto Arabicā non *imperativus* tantum, sed et *Infinitivus* primae Coningationis augetur nonnunquam *Aleph servili*. Ipse tamen magis inclinat in eorum sententiam, qui singularem radicem צְוָעֵד constituant;

eiusdem cum ψη significationis, ut inter alios cocceius in Lexico. Schultensius id probare promisit in Origg. Hebraearr. parte secunda, sed ea non prodiit. (והם גלגול עבלחו)

Verbum מְהֻרָה, Arab. مَهْرَ, proprio usurpari de eo, qui quid liquefacit vi ignis et ad tabem redigit, ita probavit SCHVLTENSIVS in Origg. Hebrr. Cap. V. p. 61. seqq. ut nulla supersit dubitatio. Idem monuit p. 69. ad nostrum locum, מְהֻרָה, tabefaceri, hic ponи notione insolentiore, pro, vehementius agitare, et propellere, ut continuo motu ac volutatione res quasi attenuata tabescat et diffuat. Translationem esse, quam Arabes sub eadem hac radice frequentent.

النافقة مَهْرَ, impulit camelum ad incitationem cursum, pror. liquefecit. Et فَانفَقَهُ مَهْرَ, camelus vehementiori cursu actus: quasi diffuentem dicas, et quodammodo tabescentem, prae cursus vehementia. In aliis etiam adhiberi potest, quae motu vehementi comminuantur: unde verba nostra vertenda erunt: neque terit illud rota plaustrum eius, pror. liquefcere faciet vehementiore cursu et volutatione. — רַפְשִׁירָה לא יַדְכֶרֶת) Et equitibus suis sive equis suis, non comminuet illud, ubi concedi potest Bocharto, vocein שְׁבָרָה non tantum equitem significare (etsi hic etiam nihil vetet, intelligere equitem, equo insidentem): nam ad excutienda grana non boves solum, verum et equos adhiberi, patet ex testimoniosis, quae collegit PAULSEN, l. c. pag. 110—117., cum quo conferendus MICHAELIS in Commentat. Et was von der ältesten Geschichte der Pferde und Pferdezucht in Palästina, P. III. Iuris Mosaic. adiecta, pag. 337. 338. Quod cum nonnullis interpretibus ignotum esset, haesitabant in voce, et pro ea, levi mutatione (quae et WALTHERO, LOWTHIO, DATHIO et HENSLERO arrisit, praecuntibus Symmacho et Theodotione, qui vertunt τὰς ἐπλακές αὐτὰς λεπτυνεὶς αὐτὸν Syro, qui ponit אֲסִילָמָה, et Vulgato, nec unguis comminuet eum) פרשׁו, sive ungus.

ungulae legendum censuerunt. DOEDERLINIO בְּרַשִׁים *aurigae* sunt, qui tribulo insistunt, vid. VARRONEM de re rust. L. I. c. LII. pag. 216. quos XENOPHON in Oecon. ἐπαλωτας dicit. KOCHERVS: „In פְּרָשִׁים troporum hic gradationem cogitare licet, qua *equites* per *equos*, hi suis unguis frumentum conterant; quale illud VIRGILII Georg. IV, 43. Sub terra fodere larem — ubi lar pro domo, domus pro apum cavernis. Quid si unus aut alter veterum interpretum pro figura remotiori, *equitibus*, proximum conterendi instrumentum, *ungulas*, aut per meram etiam conjecturam *ungulas* voluit?“ Sensus est, agricolam eandem rationem observare in moderanda, quam in instituenda tritura: etiamsi enim *frumentum* aspera tritura excutiat, eam tamen hic adhibere prudentiam et moderamen, ut triturae modum ponat, ne eam nimis urgendo, ipsa etiam grana corrumpat ac perdat.

29. Hanc rationem excutiendarum frugum, inquit, a Domino Deo didicit agricola: auditorum autem animis relinquit, ut ratiocinationem conficiant: Si Deus agricolam docuit, ut sciret, qua ratione singulae segetes triturandae sint, nonne Deus ipse multo melius intelliget, qua mensura castigandi sint homines, et quamdiu flagellandi? הַשְׁׂה hic significare *consilium*, *sapientiam*, quomodo et Chaldaeus hic vertit, docere mihi videtur parallelismus cum חֶצֶב, sicut et Job. XII, 16. coll. cum vs. 13. Proverb. II, 7. coll. cum vs. 6. Proverb. III, 21. VIII, 14., quamquam origo latet. MICHAELIS in Supplem. ad Lexx. Hebr. P. IV. pag. 1167. seqq. confert quidem Arab. لَوْجٌ et أَسْمَى, *solari*, unde et verba nostra vertit: *magnum facit* (rebus adversis, de quibus antea actum) *solatum*. Sed quamquam aliis locis hanc significationem aptiem esse non negem, hic tamen notionem, supra assumtam, melius convenire puto. Forsan a medendi significatione, quam verbum illud Arabicum habet, *consilii* et prudentiae notio profecta est.

CAP. XXVIII. 1. *Heus! magna Ephraimitarum temulentorum corona! Heus flos, cuius splendidum decus emarcescit, in vertice vallis pinguisimae, a vino oppressorum.*

2. *En potentem ac violentum hostem a Deo immissum, similem tempestatи grandinis ac turbini horrido: ut imber aquarum violentarum inundantium, qui violenter in terram deicitur.*

3. *Pedibus conculcatur corona superba ebriorum Ephraimitarum.*

4. *Est flos ille emarcidus decoris eius ornatissimi, qui est in vertice vallis pinguisimae, ut ficus praecox ante autumnatatem, quam qui viderit, vix manu prensam avide devorat.—*

5. *Eo tempore Iehova Deus omnipotens elegans erit corona et insigne diadema reliquiis e populo suo.*

6. *Et spiritus iudicii sedenti iuris dicendi causa, et fortitudo iis, qui bellum ad portas hostium repulsant. — —*

7. *Sed hi quoque vino errant, et titubant sicera. Sacerdos et propheta sicera errant, absorptique sunt a vino: errant prae sicera, hallucinantur in visione: impingunt in iudicio ferendo.*

8. *Omnes mensae repleteae sunt foedo vomitu, ita ut nullus locus vacet.*

9. *Quem igitur docerent scientiam? aut quem imbuerent intelligentia? isti infantibus similes, et vixdum ab uberibus remoti.*

10. *אוֹ לְאָרוֹ לְאָרוֹ קַרְבָּלָה קַרְבָּלָה, iam kunc, iam alium sonum edunt, hic aliquid, aliquid illic proferunt.*

11. *Barbaro sermone, peregrina lingua hunc populum alloquuntur.*

12. *Acclamat Iehova istis hominibus: haec est quies, hanc monstrate fesso; hic est tranquillitatis locus: nolunt audire.*

13. Sed eſt illis verbum Iehovae non magis intellectum ac  
trunca ebriorum murmura. Inde vero eveniet, ut retroacti  
ruant, et frangantur, et illaqueati capiantur.

14. Iam percipite sententiam Iehovae, homines scurrae,  
tyranni plebis Hierosolymitanae.

15. Quia dixisti: pepigimus foedus cum morte, et de  
orco nobis prospexit. Flagellum omnia pervadens et si ir-  
ruerit, ad nos non pertinget. Est nobis in mendacio praefi-  
dium, latitamus in falsitate.

16. Propterea sic dicit Dominus Iehova: En ego ponam  
in Sione lapidem probatum, angularem pretiosum, bene fun-  
datum, cui qui confidit, is non trepide festinabit.

17. Et disponam iudicium ad amissim, et iustitiam ad  
perpendiculum. Tum procella auferet mendacii illud praefi-  
dium, et latibulum illud aquae inundabunt.

18. Tum abolebitur foedus vestrum cum morte, et pa-  
ctum vestrum cum orco non persistet: flagellum inundans cum  
irruerit, ab eo conculcabimini.

19. Simul ac transferit, auferet vos, quotidie sine inter-  
missione irruet: et vel tumorem eius percipere adferet commo-  
tionem.

20. Tum brevius erit stratum, quam ut quis se extende-  
re, et angustius tegumentum, quam ut quis eo se involvere  
possit.

21. Nam sicut in monte Prazim surget Iehova, et sicut  
in valle Gibeonis ira eius exardescet; ut perficiat opus suum;  
opus eius erit prorsus insuetum: ut efficiat facinus suum —  
prorsus inauditum erit facinus suum!

22. Quamobrem nolite scurrando vosmet interquerere, ut  
ne arctius stringant vincula vestra. Nam repentinum excidium  
universo imminere imperio a Iehova Domino omnipotente  
audivi.

23. *Aures adverzite, et audite vocem meam: auscultate atque attendite sermonem meum.*

24. *Num agricola semper tantum sementi praeparat agrum? arando, sulcando, farriendo?*

25. *Nonne postquam solum eius adaequavit, spargit nigellam, aut serit cuminum, aut triticum eximum, aut hordeum egregium, et speltam in termino suo?*

26. *Et omnino praeparat illud, prouti Deus eius ipsum docet.*

27. *Uique enim nigella non trituratur tribula, nec rota plaustris super cuminum agitur: sed nigella excutitur baculo, et cyminum virga.*

28. *Frumentum quidem triturando comminuitur, sed tamen triturae quoque modus est, et licet rota plaustris illud conquasset, tamen equis suis non prorsus comminuitur.*

29. *Hoc quoque a Iehova omnipotente venit, qui et consilio admirabilis et prudentia magnus est.*

---

---

# CARMEN VIGESIMVM SEPTIMVM.

(CAP. XXIX. vſ. 1—8.)

---

*A r g u m e n t u m.*

**D**escribit vates periculum, quod Hierosolymis a Sanheribo imminebat (vſ. 1—4.), et liberationem ab hoc periculo clademque hostilis exercitus (vſ. 4—8.).

*Divisio in capita, quae in nostris libris impressis recepta est, haud raro plane inepta, fraudi fuit recentioribus interpretibus, quos inspexi, omnibus, ut priorem huius capitii partem, quae continetur vſ. 1—8., cum reliqua illius parte unum continuum carmen comprehendere existimarent. Sed qui hoc caput sine praeconcepta opinione legerit, sponte intelliget, versu nono novum incipere carmen, ut argumento, ita oratione et ingenio, prorsus diversum ab illo, quod vſ. 1—8. continetur. Vedit id iam KIMCHIVS, qui ad vſ. 9. observat: haec prophetia respicit dies Achazi.*

---

I. Ingenioſo artificio vates noster totam hanc Hierosolymorum obsidionis, a Sanheribo factae, descriptionem, per vaticinii modum exhibet. De quo poetarum veterum, Romanorum Graecorumque non minus, quam Hebreorum, artificio, ex rerum gestarum memoria ea, quae tempore effent seriora, per vaticinii modum intexendi vid. HEYNII *Disquis. II. in Aeneid. §. VI. et Excurs. XIV. ad Lib. VI. Aen.* EICHHORN *Bibliothek der biblischen Litter.* P. I. p.

792. 793. STAEVDLIN *Neue Beyträge zur Erläuterung der biblischen Propheten*, p. III. 112. vñ. 1—4. Iehova loquens inducitur. אָרוֹן) Taedet, inepta interpretum somnia de hoc nomine afferre, quae, si tanti est, apud VITRINGAM legi possunt. Verissimam sententiam haud dubie dixit DOEDERLEIN: „אַרְיָא leo fortis est, cui metropolis Iudeae comparatur, ob securitatem invictam, conf. Cap. XXXI, 7. Nempe Elias brevi tempore, volente anno (conf. Exod. XXXIV, 22. 2 Chron. XXIV, 23.) urbem a numeroſiſſimo Assyriorum exercitu obsidemam praevidet, atque ad angustias redigendam: verum ne his quidem turbis vincendam, sed leonis more a summis rerum discriminibus vi divina emergentem.“ Igitur non est opus, ut cum MICHAELI in *Supplem. ad Lexx Hebr. P. I. p. 122.* mutatis punctis vocalibus legamus אַרְיָא, lux, i. e. aeternus ignis Dei; aut referre ad הרָאֵל, mons Dei, quod eius loco in variis lecti- nibus comparet, Ezech. XLIII, 15. mutato He in Aleph. כְּרִיחַ חַנָּה רֹד) Plerique interpres חַנָּה verbum existimant, monentque esse hic ellipsis, pro qua integre scribendum fuisse vid. SCHROEDERI *Syntax. Nom. Reg. XIII. b.*) Sed nihil impedit, quo minus חַנָּה pro nomine accipiamus formae קָרֶב, de qua vid. SIMONIS *Arcan. Formarr. p. 166. seqq.* Coeterum haec vox, cuius usus alias plerumque est in caſtorum metatione, hic simpliciter accipitur notione verbi בָּשָׁר, refedit, sedem fixit. Prima enim verbi חַנָּה significatio haud dubio est clinare, unde Iud. XIX, 9. חַנָּת הַיּוֹם, λέγεται ηὔσης, et חַנָּה, hasta, a flexili et lento illo quod in hastili laudatur; dein refedit, consedit, sich niederlassen, Num. I, 51. Genes. XXVI, 17. indideū probabili ratione dictae sunt חַנְלָה cellulæ. MICHAELIS in *Biblioth. Orient. Suppl. Tom. XIV. p. 86. seqq.* legere mallet: קָרְבַּת חַנָּה וּדְרָא, civitas curvantis orbem pyram, i. e. in qua sacrificia peraguntur, illisque in altari pyrae circumponuntur: quo iure, ipse

(חַנִּים יְנַכֵּר) ipse iudices. Elapso anno. (סָפֶר שָׁנָה עַל שָׁנָה) Interpretes bene multi נְקֻה percutiendi notionem sumunt, et hoc, quod, ut notum est, festum denotat, per metonymiam positum putant pro sacrificio festo, ut Exod. XXIII, 18. Malach. II, 3., cuiusmodi metonymias plures vide in STORRI Observavit ad Analog. et Synt Hebr. p. 18. 3) indicatas. Melius tamen alii vertunt: festa in orbem eant. Mutuatur verbum נְקֻה hanc significationem a נְקֻבָּה et נְקֻבָּה, in orbem ivit, ut Ps. XXII, 17. ubi Alexandrini, Syrus, Vulgatus, Hieronymus praeiverunt. Descriptio hic est anni integri sed huc decurrentis, cuius festa ope se suo consequentur, et quo finito ea implebuntur, quae propheta praedicit.

2. (וְהַצִּיקּוֹתִי לְאַרְיוֹן) Verbum זָקֵן conferendum est cum Arab. ضَيْقَفْ (pro 1) angustus, arctus fuit; 2) anxit eum: in Coniug. II. arctavit, angustum reddidit illi locum. Hinc הַצִּיקּוֹתִי relictissime usurpatur de obsidione, qua hostes civitatem aut gentem arcta angustia preimunt; conf. infra vs 7. et Ierem. XIX, 9. (וְהַיְהָ לִי פָאַרְיוֹן) hic vertendum attamen, sed tamen, ut saepissime, veluti infra XXXI, 2. Ierem. II, 11. De sensu vide, quae Doederlein admonuit in nota ad vs. 1. adducta.

3. (וְחַנִּיחִי בְּדָרֶךְ עַל־זָקֵן) Ad verbum: et castra metaphor circum circa (secundum rotunditatem in orbem) adversum te, περικυκλωσσος, ut Iuc. XIX, 43. דָרֶךְ conferendum est cum

Arab. دور, gyrus, orbis, a دور, circumvlt, gyrum egit, מצב, statio, stativa, propugnaculum, in quo milites subsistunt, nam verbi נְצָב usus peculiaris est in re militari. מצור, munitiones, quibus urbs obfessa ab hostibus includitur, nam צָרֵר esse: premere (quae prima verbi est notio)urbem obsidione, obsidere et oppugnare (Deut. XX, 12. Ezech. IV, 3.) notum est: eadem, qua hic, significatione, occurrit Nah. II, 2. Pro מצורах quinque codd. legunt,

ut vs. 7. quod Lowthus praetulit lectioni receptae; qui et pro testibus huius lectionis Alexandrinos citat, πνεύματα po-  
nentes; sed sine causa, puto; nam potuerunt etiam ita מצרה reddere.

4. אָוֹב non tam est *ventriloquus*, ut vulgo interpretan-  
tur, quam *necromantes*, ut patet ex 1 Sam. XXVIII, 8—19.  
HIERONYMVS ad h. l.: *ut per haec verba significet magorum  
venerantur, per quam animus evocare dicuntur, et tenues um-  
brarum, immo daemonum, audire voces.* Etymon dubium est.  
MICHAELIS in Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. I. p. 39. duplex

ad fert; Arabum أَوْبُ pro أَوْبِ est 1) *redire*, unde ne-  
cromantia dici potuit, quod mortuos reducit: 2) *occidit*, q.  
d. rediit in hospitium *Jol*, indeque 3) *noctu* aliquid fecit.  
Necromantia non interdiu exercebatur, sed noctu. Nostro  
hoc loco comparatio desumpta est a voce humili et submissa,  
quam necromantes illi affectabant. Sic quoque incolas ur-  
bis dicit propheta locuturos esse, sed ex alia ratione, nempe  
præ metu ab hoste.

5. Sed subito hostes disperguntur, et Hierosolyma ab  
obsidione liberantur. Randum similitudinem in eandem rem  
vid. supra XVII, 13. Conf. Cap. X, 17. Pro זְרִיקָה Lowthus  
legi iubet, id enim poscere parallelismum idemque le-  
gisse Alexandrinos. Verum זְרִיקָה non solum extraneos denotare,  
sed etiam barbaros hostes, observatum est ad Cap. I, 7. et  
XXV, 2.

6. Optime imaginem poeticam illustrat DOEDERLEIN:  
„Cladem Assyriorum describit, petita a vento Samum ima-  
gine. Hic enim arenas fundit, vertit humum, sonitu ve-  
hemente furit THEVENOT Voyage de Levante. P. I. Lib. II.  
Cap. XXXIV. pag. 355. [En ce voyage du Suez au Caire,  
nous eumes durant plus d'un jour un vent si chaud qu'il falloit  
luy tourner le dos, pour prendre haleine, et aussi-tost qu'on  
ouvreit la bouche, on l'avoit pleine de sable], flammisque ru-  
tilas

tilas interdum spargere videtur sulphureis quamplurimis partibus per aerem raptis (NIEBUHR *Descript. Arab.* p. 8.).<sup>4</sup> תְּקִבָּה non est sumendum in secunda persona, sed in tertia, et referendum ad יְהוָה, vi. praeced. Nam nomina multitudinis, societatis, congregationis apud Hebraeos potestate sunt generis feminini.

7. וַיֹּאמֶר הָנָזֵר וְגַם Res ita se habebit cum hostibus, ut se habet in somnio cum famelicis aut sitibundis, quod in verbo sequ. fatus enuntiat. Pro צָבֵיה וּמִצְדָּחָת Lowthus legere mallet אֲכָבָם וּמִצְרָאָת, Chaldaeumque ut huius lectionis testem citat. Sed bene KOCHERVS: „כל צביה, omnes qui militaverint adversus eam (urbem Hierosolymam). Formas verborum וְ et נ frequentiter inter se permutari notum est; dein affixum sing. sem. ut auctoritate, sic bono sensu et tripla repetitione facile comprobatur. Nec bene Chaldaeus citatur, qui non verbum de verbo hic exprimit, sed sibi placitum eumque dat sensum, unde sincerum de vera singularem vocum lectione iudicium ferri nequeat.“

8. Ut vates irritas hostium spes pingat, eadem fere similitudine utitur, qua LUCRETIVS IV, 1091., a Lowtho adductus:

Ac veluti in somnis sitiens quum quaerit, et humor  
Non datur, ardorem in membris qui flinguere possit:  
Sed laticum simulacra petit, frustraque laborat,  
In medioque sedit torrenti flumine potans.

C A P. XXIX. 1. *Heus Ariel! Ariel! urbs in qua sedem fixerat David. Elapso anno et absoluto festorum circulo,*

2. *Arielem ad tantas angustias redigam, ut ubique mox et tristitia conspiciatur. Sed erit mihi Arielis instar.*

3. *Obsidione enim te cingam, arctabo te machinis, exstruam contra te munitiones.*

4. *Tum humiliaberis, e terra loqueris, et ex pulvere de-  
pressa erit oratio tua. Et antris verba proferes necromantum  
more: humi myssirabis sermones tuos.* — —

5. *Sed pulveris instar erit hostium tuorum multitudo, ut  
stipula abacta turba ferocium: fietque illud repente, momento.*

6. *A lehqua exercituum Domino visitabitur in tonitru et  
terrae motu, et voce magna; procella, et tempestate, et flam-  
ma ignis vorantis.*

7. *Quod in nocturnis somnii visis homini, idem accidet  
multitudini gentium, quae militari contra Arielem, oppu-  
gnantque eum et munitiones eius, eumque premunt.*

8. *Quemadmodum enim somniat famelius se edere, sed ex-  
perrectus sentit stomachum vacuum, aut quemadmodum sitiens  
somniat se bibere, sed experrectus lassus est, et appetitu adhuc  
agitatur: ita quoque futurum est cum omnibus istis et multis  
gentibus, quae militant adversus montem Zionem!* —

---

# CARMEN VIGESIMVM OCTAVVM.

(CAP. XXIX. vs. 9—24.)

## Argumentum.

*Invehitur vates in studia falsorum prophetarum magistrumque iniistorum, qui et ipsi ita occoecari erant, ut veroram prophetarum praedictionibus illudarent, et populum etiam in errores et in vitia inducebant vs. 9—13. 15. 16.). Denunciat ipsis poenas certissime a Iehova immittendas: tum deum intelligent prophetas Iehovae vera praedixisse (vs. 14. 18.). Inopes et egeni, ab istis hominibus iniuriis et iniustitia oppressi, tunc gaudebunt et laetabuntur (19—21.): nam non rotum populum Iehova perdet, sed iniustis illis et improbis excisis felicius redibit aevum, a vatum fraudibus plebisque erroribus liberum (vs. 22—24.).*

Ahasi temporibus hoc carmen editum esse, non dubium mihi videtur. Vidit id iam KIMCHIVS (vid. Argum. carm. praeced.): idemque et tu intelliges ipse, si conferas Mich. II. III., ubi non pauca ita conspirant cum nostro carmine, ut existimares, utrumque ab uno viro prolatum esse. Conf. etiam Narrationem ex Frankii Chronolog. S. p. 3. 4.

---

9. וְהַמִּתְמָנוֹ וְהַמִּתְמָנוֹ) Verbum הַתְמָנוֹma varie tentatum ab interpretibus optime explicavit MICHAELIS Supplemm. P. V. p. 1483. Arabibus Syrisque תְּמָנוֹ particula est prohibentis:

10. Geuhari dicit esse, particulam prohibentis, abstine, de-

sine,

fine, et σύροι Syrorum lexicographi explicant cavè.  
 Equos, camelos, cùm eiusmodi humani sermonis particulis  
 alloqui soleamus, quas crebro usu intelligere dicitur, ver-  
 bum ex ea denominativum ἀστος est consistere fecit camelum,  
 atque intransitive, leniter, vel potius, tarde ac segniter inces-  
 sit camelus. Quadriliterum ἀστος, increpando absti-  
 nuit, indeque ἀστος, Hebraeorum Hithpael simillimum,  
 abstinuit, deslitit. Hinc MICHAELIS quidem verba nostra  
 reddit: cunctamini et socordes estote. Sed rectius forsitan nos  
 reddimus: moramini, confistite, vos temulenti et titubandi,  
 et stupete vestram ipsorum dementiam! וְשָׁעַר הַחֲמֹת וְשָׁעַר (הַשָּׁעַר) nec ad הַעֲשֵׂה, nec ad עֲשֵׂה, sed ad עֲשֵׂה est referendum, quod  
 interpretamur ex Atabico عَسَلْ, propt. huc illuc radiatim  
 sparsit (vid. SCHVLTENSII not. ad Excerpta ex Hames. pag.  
 486.), dispersus, diffusus fuit; deinde transfertur ad mentis  
 dissipationem, agitationem, et disturbancem, unde عَسَلْ,  
 varietas consilii, et عَسَلْ, animus variis angoribus et moe-  
 doribus pressus. Vertenda igitur erunt nostra verba: respi-  
 ciatis ad vos et angamini, tremite, trepidate! Hac significa-  
 tione verbum עֲשֵׂה semel tantum praeter nostrum locum in  
 Codice Hebreo occurrit, Ies. XLI, 10. noli timere (אַל תִּירְאֶה),  
 zibi enim adsum, עֲשֵׂה לְךָ, noli terreri, ego enim Deus tuus  
 sum. DATHIUS vertit: Vos increduli estis, sed obstupegetis,  
 excoecari estis, sed exclamabitis! Cuius versionis rationes vel-  
 lem addidisset. שָׁבֵר וְלֹא־זָבֵר (זָבֵר וְלֹא־שָׁבֵר) Rationem red-  
 dit huius acclamacionis: ebrii sunt, sed non vino, titubant,  
 sed non temeto, i. e. titubant, sed non modo, scilicet ebrii vi-  
 no, verum multo etiam magis, maxime titubant, omni  
 prorsus consilio destituti (vñ. 10—14.); titubant ebrii spiri-  
 tu soporifero (vñ. 10.), non modo graves meto et somno.  
 Scilicet Hebrei aequè ac Arabes (vid. SCHVLTENSIVM ad  
 Job.

Job. XXX, 28. p. 853.) in huiusmodi comparationibus affirmativum enunciatum saepe omittunt, veluti Ierem. IV, 11. *ventus non ad ventilandum*, i. e. (conf. vs. 12.) *ventus multo magis saeviens, validissimus*; conf. Ies. LI, 21 ubi not. vide; et STORRII *Observatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* pag. 261.

10. Verba **הַחֹזִים** et **כָּבֵיאִים** Koppius expungenda censet, utpote glossemata a librario quodam addita, quibus **רְאשִׁים** et **עִנִּים** interpretaretur. Sed nihil impedit, quo minus **הַחֹזִים** **אֶת-הַכָּבֵיאִים** in vocativo vertamus (nam vocula **אֲחָ**, proprie demonstrandi vim habens [vid. SCHROEDERI *Synt. Reg. XXXI.*] saepissime nominativo praemittitur [vid. STORRII *Observatt. ad Analogg. et Syntax. Hebr.* pag. 264. not.] qui apud Hebraeos saepe vertendus est in vocativo): *occlusit oculos vestros, vates, et capita vestra, videntes, operuit.* Aut **כָּבֵיאִים** et **זְדִים** sunt synonyma, aut **וְזַדִּים** epitheton est ductorum populi, qui excaecati erant, licet acute in sacris et civilibus cernere sibi persuaderent.

11. Vaticiniorum a veris Iehovae prophetis prolatorum vim nec volunt nec possunt percipere. Hanc simplicem sententiam ita enunciat, ut poeta, ut vaticinium veri prophetae coiparet cum libro obsignato, qui si tradatur viro legere callido, ab ipso non legatur, hoc obtentu, quod culet obsignatus; cum tamen, si ipsi esset voluntas illum legendi, aperire eum et legere possit. „Ita, KIMCHIVS inquit, dicunt sapientes, qui sunt inter vos: quia in oraculis divinis multa sunt occulta, ea non curant: sed si esset eis voluntas audiendi ac intelligendi illa, aliquem iuberent oracula illa ipsis explicare.“ (חוֹרוֹת הַכָּל) Non pauci vertunt: *vifio omnisi*, scil. prophetae veri. Sed monet Kimchius, הַכָּל rectius accipi prō לְכָל, *omnibus vobis*, tam sapientibus, quam stultis (conf. vs. sequ.). (אַוְכָל נִקְרֹות Post Lowthus excidisse putat, quod in uno codice legiur, et ab Alexandrinis quoque, αναγνωστις ponentibus, exhibetur. Sed scite

KOCHERVS monet, hanc ellipsis non Iesiae modo, sed alios etiam scriptoribus Hebraeis satis usitatam esse, veluti Cap. I, 13. Ps. CI, 5. Exod. VIII, 14. Ion. I, 13. Illud קָרְתָה לְ au-tem, in uno lectum codice, librario quodam, nimis sedulo, haud dubie deberi, quod vel intolita verbi forma arguat, nam alias אַרְתָה לְ usurpari, excepto uno תְּרָאֵק, sed per וְ, Iud. VIII, 1.

12. Liber si traditur litterarum rudi, is eum non legere poterit, quamquam non sit obsignatus (vsl. 11.) sed aper-tus. KIMCHIVS: „*Stulti*, qui sunt inter vos, invenient hunc praetextum: *non intelligimus effata divina*; *dicite sapientibus*: sed hi cum prophetis illos seducunt; ut itaque effata divina non audiantur inter vos, neque *sapientibus*, neque *stultis*.“ לְאֲשֶׁר עַל אַל אַל, ut I Sam. I, 10. III, 11.

13. Hic versus antecedens, proximus consequens con-tinet: יְעַזְרֵנִי, *quia illi faciunt hoc* — לְכֹן *ideo ego faciam etc.* Varietas lectionis est in שְׁבַע, aliis codicibus שְׁבַע, cum Schin [et ita quidem hodie codices plerique, cum Alexandrinis, utroque Arabe, Syro, et Vulgato, nec non Matthaeo XV, 8: atque Marco VII, 6.], aliis שְׁבַע, cum Sin [quod DE ROSSET invenit in septendecim codicibus, decemque libris impreissis, et Ionathan etiam expressit] exhibentibus. 1) Assunto שְׁבַע sensus erit hic: *quia hic populus appropinquat tantummodo ad me, ad templum meum: animo disiuncti a me, corpora tantum in templum meum ferunt; eadem sententia, quae supra Cap. I, 12. in vaticinio, ad idem, quo hoc, tempus referendum, occurrit.* 2) Qui שְׁבַע praferunt, non uno modo haec verba interpretantur. a) Quoniam שְׁבַע non numquam *praefecti, dominatoris* significatione occurrit (nam a prima notione verbi שְׁבַע, urgere, debitum exigere, facilis ad *dominandi* significationem transitus fuit), e. c. Exod. XV, 3. Zach. X, 14. [*ex ipso, Iuda, prodibit בְּלִינְגְּשׁוֹן omnis dominator, rex, vel princeps*]; Ionathan hoc loco Niphal verit: אַתְּנִירְבָּכְךְ, se ipse efferr tumido et stulto fastu (cf. vsl. 15.).

b) KIM-

b) KIMCHIUS שְׁבָעַ h. i. *oppressus est* interpretatur, qua significatione occurrit infra LIII, 7. וְהִוא בָּעֵבֶר, *oppressus est et afflictus*: ut sensus sit: quando affigitur populus iste et in angustia versatur, ore suo et labiis suis me honorat.  
 c) MICHAELIS in *Supplem. ad Lexx. Hebr. P. V* p. 1196.: *propterea quod poenas iam dedit populus hic, nec tamen illis emendatus solo me ore et labiis colit.* Sed tam huic quam antecedenti interpretationi obstat hoc, quod *poenarum* versus demum sequenti mentio fit; hic crimina tantum populi nominantur. Sine ratione etiam textui intruduntur, quae Michaelis supplet. Hinc ego ad stipulor d) *cocceio*, vertenti: *propterea quod populus hic adigitur, adigi debet ad cultum meum*, et ita quidem ut me labiis tantum honorent: quam interpretationem confirmat parallelismus membrorum: לְבָרָךְ מִמְּנִי וְהִתְאַחֲרֵי מִצְוָה אֲנָשִׁים מִלְמֹדָה, non ex animo me colunt, sed templum meum ideo tantummodo frequentant, quod ita praeceptum est, et ipsi huic rei assueti sunt.

14. (הַכְּנִי—רְמָלָא) Ad verbum: addo, ut *mirificem cum populo isto mirabile et miraculum*: vel, *mirificare populum istum mirificatione et miraculo*, i. e. reddere populum hunc valde mirandum ac mirabilem: q. d. efficiam, ut omnes post-hac mirentur sorte, calamitatem et infelicitatem huius populi (conf. Thren. I, 9. חֲרֵחַ מְלָאִים, descendit urbs *miris modis*, i. e. multi mirati sunt lamentabilem casum tam florentis urbis): Geminatio illa, *mirabile et miraculum*, frequens Hebreis, pro re maxime *miranda et stupenda*. יְזָקָק est participium cum Chirek pro Tsere, veluti Ies. XXXVIII, 5. וְאַבְדָּה הַכְּמֹת חַכְמֹיו — הַכְּנִי יוֹסֵף עַל־פְּנֵיהֶם Quum supervenierit ipsis malum, peribit sapientia eorum, adeo ut non sit illis consilium et sollertia, quo eripiantur ex eo, neque prodierit eis tunc sapientia sua. (רְכֻבָּה נְכֻנוּ חַסְכָּר Et prudentia prudentium abdet se, i. e. evanescet.

15. (ה) המעתיקים מיהוה לסתיר עצה. *Vae latitantibus a Iehovah ut abscondant consilium*, i. e. qui student abscondere consilia sua ipsi Iehovae. Sive: qui student ac statuant facere, putantque se facturos aliquid, quod lateat Deum. (ו) היה במוחש מעשיהם *Quorum opera sunt in tenebris*, iuxta opinionem eorum scilicet, quasi fierent Deo ignorantem. — DOEDERLEIN haec refert ad studia fallorum prophetarum, qui populum deciperent facilem et promissionibus clam confictis divinam praetenderent autoritatem.

16. הַפְּכָלָם אֶם כְּחִמָּר וְגַתָּה (הפכים אם כחמר וגטה) In vocis interpretatione plerique sequuntur Vulgatum: *pERVERSA est haec vestra cogitatio*. A quo non multum diversa est MICHAELIS in Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. II. p. 565. interpretatio: *statu mentis avertere, mens consiliique inopem reddere*. HENSLERVS Infinitivum pro Imperativo positum existimans, vertit: *convertite vos*, quod vel ita intelligendum sit: vivendi et cogitandi rationem vestram mutate in melius; vel sic: *respicite*, sane adest Iehova, qui profundissimas vestras cogitationes novit, quod scilicet versu praecedenti impii isti dixerunt, consilia ipsorum a nemine posse intelligi: et hunc sensum HENSLERVS veriorem putat. Evidem tamen, κιμχיו auctore, verterim: *Vertere vos*, i. e. versio, mutatio, vestra, vere (uti מְנֻא occurrit Num. XVI, 30. Proverb. III, 34.) *sicut lutum figuli reputabitur*; q. d. non tantummodo novit Deus opera, quae facilis, sed vos quoque perdere potest: tam facile enim potest vertere ac mutare sortem vestram in aliam, quam facile figurulus ex vase, quod ipse fecit, effingere potest, quod ipsi placet. בְּרִיאָמָר עֲשֵׂנִי (בְּרִיאָמָר עֲשֵׂנִי) *Num dicet opus de factore suo?* admirative, numquid dicet opus de eo, qui ipsum fecit: non fecit me, ecquid ei est, ut me transformet in aliam formam? יְאָר est nomen substantivum basis formati per numerum figuli, et Lamed in לְעוֹשָׂה et לְרוֹצָר vertendum est de, ut Genes. XX, 13. אָמְרִידְלִי, dic de me, frater meus est.

17. מָעֵט מִזְנָר) *Adhuc parum modicum*; vel: *modicum et exiguum, subint. tempus*: Hebraismus, pro: *intra brevissimum tempus*. יְשַׁב־יְחַשֵּׁב) Comparatio est in eo, quod sublimis opponitur humili et depresso. *Libanus*, i. e. nemus Libani, ubi sunt cedri excellae atque elatae, *imago* est superborum et elatorum; *Carmelus* vero, qui est locus agrotum proventuum, vinearum et arborum humilium, indicat homines humiles et afflitos. *Sensus* igitur est: *Brevi* (quod in sermone prophetico certitudinem eius rei, quae praedicatur, indicat) omnia immutabuntur: nam futurum est, ut superbi et qui in summo sunt honore, humilientur et deprimantur: humiles vero ac depresso exaltentur.

18. וּשְׁמַעַרְסֶךְ) Tunc homines increduli, qui de eventu oraculorum verorum prophetarum dubitarunt (redarguit eos propheta supra vi. 9. 10. 11.), et alios etiam misere deceperunt et occoecarunt, illorum veritatem experti cognoscent. וּמַהֲשִׁיךְ—חֲרָאִיכָה) Videbunt coeci remoris tenebris. Particulam מִן מִן ante רַחַם et לְפָל excisionem, emotionem, atque cessationem indicare, quippe a מִן, Arab. حَمْنَى, secuit, excidit, amovit, ortum (vid. SCHROEDERI Syntax. Particull. Reg. XCV. §. STORRII Observatt. p. 252. not.), vix monitu opus.

19. וּרְסָפְרַע עֲנִים בִּיהוָה שְׁמָה Oppressi ab elatis et superbris istis; qui in Iehova confisi, patienter eius auxilium implerabunt et expectabant (id haud dubie est שְׁמָה בִּיהוָה, gaudium, spes laeta in Iehovae auxilium, qua, in angustia versati, se ipsos erigebant); laetabuntur, quuin viderint evenire ea, quae Iehovae prophetae praedixerunt, impiis esse angustiam, sibi vero requiem et gloriam. Eandem sententiam membro altero diversis verbis.

20. Laetabuntur et exultabunt, quum viderint poenam et excisionem violentorum et eorum qui spe in ipsorum in Iehovam irriserunt (גַּל), scelerumque; coram quibus

non ipsis erat potestas loquendi, neque reprehendendi eos. Eadem sententia, quae Proverb. XI, 10. בְּאַבֵּד רֹשֶׁגֶם רָפָה, quum perierint impii, erit exultatio. שָׁקְרִי אָרוֹן, propr. vigilantes iniquitatis, i. e. qui vigilant, ut iniuriam possint complere et exequi, qui semper occupantur in iniustitate, et alacres sunt ad scelera perpetranda.

21. (מהתיראי אלם בדבר) Peccare facientes, i. e. reum facientes hominem propter verbum, scil. reprehensionis: quando quis reprehendit eos verbis, id ei reputant pro peccato, perinde ac si percuteret ipsos. Alii vertunt: qui alios dictis suis ad peccandum seducere studebant: sed nostra interpretatione confirmatur iis, quae sequuntur: (ול מרכיח בשער יקשון) *Ei, qui increpat, redarguit, ipsos in porta, i. e. in loco publico, in foro, laqueos tendunt, in malam partem verba sua vertunt, ipsumque calumniantur.* וְאַתָּה בְּצֻעָן לְיִצְחָקִים, igitur, auctore Ionathane, qui vertit: referimus ad radicem שָׁקֵר, quae habet significationem a מְלֻקָּה, laqueus, שָׁקֵר enim et שָׁקֵר eiusdem sunt significacionis. Sunt tamen, qui nostrum נְשָׁקֵר referant ad שָׁקֵר, propr. colligere stipulas. (Exod. V, 2.), quod cum fiat accurata scrutatione, hoc verbum usurpatum putant de qualibet diligentis inquisitione, et hinc quidem de studio et diligenti cura, vitia alicuius detegendi. Sicut enim, Kimchius inquit, qui colligit ligna aut stipulas, colligit hinc inde, et pariter congregat; itidem qui probris afficit hominem colligit maculas eius hinc inde, obiicitque illi, dicendo: Nonne tu sic et sic fecisti, in tali et tali loco, et tale tempore? Ego tamen praetulerim priorem interpretationem. (וַיַּטַּו בְּחַחָר צְדִיק) Et declinant in vanitatem iustum, i. e. causam iusti; cadere faciunt causa sua, sive condemnant iniusto iudicio (quod hic vocatur חָסֵד, vanitas) iustum. Sensus igitur huius commatis est hic: Cum impii illi et violenti nebulones redarguntur a piis et prophetis veris, sacerdentes contra eos, peccatum illis imputantes, quod ausi fuerint, contra se loqui.

22. Propter felicissimam hanc vicissitudinem (de qua  
inde a vs. 18) cum, rematis impiis, tantum pii probique le-  
hovae cultores superstites manerint; pater ipse Iacobus  
progenie sua gaudet, nec, ut antea, natorum degenerum  
eum pudet. Pro אֱלֹהִים Lowthius legere mallet חָרֵב,  
*Deus Domus Iacobi.* Sed nullius antiqui interpretis testi-  
monio haec conjectura confirmatur, nec illa est opus.  
אשר פָּרָה אֶת אַבְרָהָם) Qui (Iehovah) redemit, eripuit, libe-  
ravit, *Abrahamum ex confortio idololatrum in terra Ur.*  
Quoniam pro his verbis Hebraeis Alexandrini habent: δι,  
scil. *Iacobum*, οὐ φωνεῖ ἐξ Αβρααμ, Dathius putat, eos legisse  
asher חָרֵב מִן אַבְרָהָם. Sed ipse fatetur, longius haec rece-  
dere a textu recepto, in quo acquiescere possimus.  
וּלְאַעֲתָה פָּנָיו יְחֻרוּ) Nec amplius facies eius albesceret, i. e.  
pallescet. Pro יְחֻרוּ Lowthius, Seckero auctore, חָרֵב lege-  
re mallet, nam alibi non legi verbum alterum, nec in lin-  
guis affinibus pudoris significationem habere. Sed frequens  
in dialectis, nec Hebraeis incognita notio albedinis in hoc ver-  
bo est. Inde pallor dictus, timoris index, sed et ruboris il-  
lius consequens, quo prodi pudoris affectus solet. Itaque  
inter ἔρυθρον et ωχρόν, erubescere et pallescere saepe non mul-  
tum interest. Conf. BVXTORFII Lexic. Talmudic. p. 1119.

23. Id Lowthius vertit: si aliquando  
videbunt natum eius, unde pro בראות legendum cenlet בראת. Sed  
referas בראות ad Iacobum, et nulla difficultas erit.  
מִגְשָׁה יְהָיָה, opus manuum mearum, Iehovah vocat rempubli-  
cam Israeliticam a malis purgatam, et ex hominibus piiis tan-  
tum consistentem. בְּקָרְבָו, in medio eius, scil. Iacobi, per  
εὐεκδοχὴν pro toto coetu progeniei eius positi. יְעִירִיאָצָר,  
fortem eum praedicabunt; ita enim עֲרֵץ in Hiphil est verten-  
dum, sicuti הַצְדִיק est, iustum praedicare, הַגְדִיל, magnum  
praedicare, et quae sunt his similia.

24. Etiam qui erraverant, in ve-  
ram viam redibunt. Respicit ad vs. 14. כְּפָר (וּזְנִינִים וּלְפָדוּ לְכָה)

רְגָנִים R. SALOMON recte interpretatus est murmurantes contra verba Prophetarum, quorum adhortationes atque praedictiones illi irriserunt.

---

CAP. XXIX. vs. 9. Corsilitate et stupete! Respiciatis et tremite! Ebrii sunt, sed magis adhuc quam ebrietate vino, titubant, sed magis quam titubantes sicra!

10. Nam Iehova immisit in vos profundum soporem, et obstipavit oculos vestros: Vos prophetas, et capita vestra, vates, operuit.

11. Ut omne varicinium sit vobis instar libri obsignati, qui si tradatur litterarum perito, eique dicatur: lege, quae so; non possum, inquit, quia obsignatus est.

12. Vel deitur hic liber alicui litteras nescienti, his verbis: lege quæso, respondet, nescio litteras.

13. Ita igitur dicit Iehova: propterea quod populus hiçce coactus tantum et labiis modo ore que me honorat, animum vero habet a me alienum, eiusque erga me religio tantum praeceps humanae doctrinae continetur;

14. Evidenter ita mirifice agam cum hoc populo, ut omnes mirentur. Deficit sapientia sapientum, prudentumque se subtrahet prudentia.

15. Vae iis, qui Iehovam consilia sua alte student celare, et molimina sua occultare. Qui opera sua in tenebris peragunt, qui dicunt, quis videt nos, aut quis nos cognoscit?

16. Sed mutabitur sors vestra instar lutis sub manu figuli. Num dicet opus de factore suo, non fecit me? aut vas fictile de figulo: imperitus est?

17. Brevi futurum est, ut Libanus in Carmelum, et Carmelus in sylvam vertatur.

18. Tum surdi ad oracula scripta attendent, et coeci discessis tenebris, densissimis videbunt.

19. *Tum affliti de Iehova gaudebunt, atque egeni de nomine Israëlitarum laetabuntur.*

20. *Quippe desit esse violentus, consumtus est irrisor, excisi sunt ad scelera patranda intenti.*

21. *Qui hominem reum agunt propter verbum, et redarguenti in foro tendiculum ponunt, iustumque causa cadere faciunt.*

22. *Propterea haec dicit Iehova familiae Iacobitarum, (Iehova) qui redemit sibi Abrahamum: Non amplius Iacobus puderiet, non amplius facies eius expallescet.*

23. *Nam quando videbit posteros suos, manum mearum opus, me celebrabunt, numen Iacobitarum praedicabunt, Deum Israelitarum reverebuntur.*

24. *Tum vecordes prudentiam addiscent, arque renentes disciplina utentur.*

---

CARMEN VIGESIMVM  
NONVM.

(C A P. X X X.)

*A r g u m e n t u m.*

*I*sraelitae, magna tempestate sibi impendente ab Assyris, spreto Iehovae consilio et auxilio in dubio reipublicae statu se convertebant ad Aegyptios, eorumque favorem et opem per legatos ac munera supplices implorabant. Hinc vates in hac declamatione Iehovam infert, filios hosce refractarios atque degeneres acri oratione reprehendentem, quod duplicitis peccati reos se reddiebant, dissidentiae in Iehovam (v. 1—9.), denegatique divinis prophetis obsequi (v. 9—11.). praedicit autem ipsis, legationem solennem, qua supplices ac blandi cum munericibus a cannelis vectis, ambiebant favorem et suppetias Aegyptiorum, nullum producturam esse opiatum effectum; contra vero non tantum sibi pudori ac ignominiae fore, sed et exitio (v. 11—14.). Iehovam enim, suae gloriae aemulum non esse praefiturum salutem et liberationem populo suo, antequam ad ipsum se convertissent, et se salutemque suam totam fidei eius commisissent (v. 15—18.). Verum simul ac hanc subiissent conditionem, protenus esse ad futurum in regro animo opem suam implorantibus, eosque non defensurum modo, verum etiam pluribus beneficiis cumulaturum esse (v. 19—26.); et editurum simul illustre iustitiae potentiaeque suae exemplum in profligando ac deiiciendo superbo Assyriæ rege (v. 27—33.).

Ad quodnam tempus referendum, quandoque editum sit hoc carmen, in eo valde dissentiunt interpretes. 1) Veteres, quibus praeivit Eusebius, Hieronymus, Cyrillus, Procopius, quos

quos et Sanctius sequitur, declamationem hanc interpretantur de Iudeis illis, qui post destructionem urbem et rempublicam a Chaldaeis superstites relikti in terra Canzanaca, post Gedaliam, Ahikami filium, eorum praefectum, ab Ismaele, Nathaniae filio, perfide interemtum, duce Ioanne, Kareachi filio, se repperunt in Aegyptum, et prophetam Ieremiam eo invitum abduxerunt, vid. Ierem. XLII, 1. seqq. Huic sententiae proxima est, quae vaticinium hoc refert ad tempus Zedekiae, ultimi Iudeorum regis, ante exsuum Babylonicum, qui violato foedere, cum Nebucadnezare isto, a Chaldaeis palam deficiens, solenni legatione imploravit auxilium regis Aegypti, cum Chaldaeis urbem obsidione cingere minarentur, sed eo evenitu, qui in hoc vaticinio narratur. Cum enim rex Aegypti, se movens cum exercitu ad succurrentum obseffis, intellectisset, Chaldaeos, relicta obsidione recta contra se rendere ad se repellendum et remandundum conflictum; reversus ipse est in Aegyptum, Hierosolymorum urbe relicta praeda Chaldaeis, cum ignominia sua et Iudeorum pudore: vid. Ierem. XXXVII, 7. Ezech. XVII, 15: Placet haec sententia (qua admissa carmen hoc Ieremiae aetate editum putandum est) TREMELLIO, PISCATORI, LUDOV. CAPPELLO, KOPPIO, qui tamen versibus 27—33. novum carmen contineri putat. Accederem illi sententiae et ego, nisi mentio Assyriorum us. 31. tempus prius argueret. 2) VITRINGAE, quem secutus est DATHIVS, hic prophetae sermo, cum sequenti, directus videtur non tam a regnum Iudee, quam potius ad regnum Israel. Scilicet ultimus eius rex, Hosea, misit in Aegyptum legationem ad regem Soum, sive Sevechum, qui eum defenderet a Salmanassare, a quo defecerat, cum distributo anno cum eo convenisset, quod diserte legimus 2 Regg. XVII, 3. 4. Videntur tamen VITRINGAE etiam Iudaei sub adventum regis Assyriae foedus suasisse cum Aegyptiis, namque in eorum auxiliis fiduciam posuisse, quos propheta propriea graviter reprehenderet, contra ad spem in loca rannum collocandam excitaret, cum promissione auxilii et defensionis extraordinariae ab eo exspectandae. Sed recte HENSLEVS

huic sententiae opponit, nec Israelis sive Ephraimi mentionem fieri, ut e. c. Cap. XXVIII, 1 — 4., nec aliud quidquam inesse huic carminis, ex quo certe colligi possit, id ad Israelis regnum esse referendum, contra vs. 19. orationem aperte direc-  
 Etiam esse ad incolas Hierosolymorum. Praeferenda igitur haud dubie eorum 3) sententia, qui declamationem hanc direc-  
 Etiam existimant adversus Iudeos, illamque editam putant sub Hiskia. Sed quod omnes, quos quidem inspexi, interpres, qui hanc assumunt hypothesisin, statuunt, Iesuam hanc declamationem pronunciosse eo tempore, quo fama percrebuissest, Senacheribum ex Assyria venisse, ubi Hiskias, vel potius proceres eius legatos in Aegyptum auxilii petendi causa misissent; atque carminis partem posteriorem praedicere Senacheribi exercitus stragem; in eo cum interpretibus illis consentire non possum. Primo enim, cum haec pars historiae Iudaicae, quae expeditiensem Senacheribi spectat, plenius conscripta sit, quam cognatae aliae, nihil eius, quod hic ab eruditis viris supponitur, in ea occurrit. Unicum, quod hic profertur, est in verbis historiae, ubi Rabshake, per legatos Hiskiae, illum compellans (2 Regg. XVIII, 20.), et nunc, inquit, quo fretus aduersus me rebeilasti? Nunc ecce confidis scipioni illi arundineto fracto, scilicet Aegypto, cui si quis innixus fuerit, manum eius subhibit, eamque perforabit: sic Pharaeo, Aegypti rex est omnibus ipsi fidentibus. Sed recte iam observavit VITRINGA, Rabfacen id dubitanter et per coniecturam protulisse, quod scirer, Hiskiam in humanis nullam aliam ac Aegypiorum vel Aethiopum opem in hoc casu respicere posse: mox enim Rabfacen jubiicere: si autem mihi dicatis, Iehovae Deus nostro fidimus, et quae sequuntur. Nihil itaque certi de ea habebat Rabshake. Mox in oratione ad populum, persuasurus et discessionem ab Hiskia, nihil de Aegypto memorat, sed simpliciter (2 Regg. XVIII, 30.): Ne faciat Hiskias vos fidere Iehovae, dicendo: Iehova nos certe eripiet. Praeterea Rabfaces testimonium nihil valeret in hac re, cum infra ex Cap. XXXVI, 7. appareat, illum rerum Iudaicarum prorsus ignarum

rum fuisse: putat enim ibi, idolorum facella et aras, quae Hiskias destruxit, fuisse Iehovae sacra. Deinde ex versu 21. carminis nostri patet, rempublicam Iudaicam iam per aliquod tempus magnis gravibusque calamitatibus fuisse afflitam, quod in id tempus, quo Senacheribus Hierosolyma oppugnavit, non quadrat: nam ad illud usque tempus Iudea amoena fruebatur tranquillitate; vid. 2 Regg. XVIII, 7. 13. Hinc mihi quidem carmen hoc ad idem illud, quo decimum septimum (Cap. XX.) editum est, tempus videtur esse referendum, ad illud nimirum, quo Tarthanes, rege Assyrio Sargone, Philisthaeos aggressurus, Iudeis rancum incutiebat metum, ut summa contentione foedus et societatem Aegyptiorum et Aethiopum expeterent. Et sicut in illa declamatione vates vehementer improbavit hoc consilium, ita non minus fortiter in hac et sequenti illi adversatur, omnesque animi et ingenii profundit vires, ut populares a proposito illo deterreat, foedus cum Aegyptiis maximo reipublicae detrimento fore praevidens. Ceterum cum carmen decimum septimum sub initio Hiskiae regis editum nobis visum esset, eodem illo tempore pronunciatum et hoc nostrum putandum erit. Certe huic temporis opime conveniunt, quae vs. 9—12. de spretis et illusis prophetarum monitionibus, et vs. 22. de reiiciendis idolis legimus; conf. Argument. ad Carm. primum. Obverti quidem huic nostrae sententiae posse video, Hiskiam Aegyptiorum consortium tam parum exceptivisse, ut potius 2 Regg. XVIII, 5. in laudem eius dicatur: fiduciam reponebat in Iehova Israelis, et post ipsum nemo inter omnes reges Iudei ei hac parte comparati potuit, ut nec qui fuerunt ante ipsum. Verum si Hiskias ipse hic excusandus est, proceres, quorum magna auctoritas fuit, et inter quos plures fuerunt corrupti ingenii homines, ut ex propheta nostro, et Micha, patet, fuerunt in culpa. Cerie ex utroque propheta satis appareat, procerum plures sub ipso etiam Hiskia impios fuisse, et in Iehovam eiusque prophetas non bene affectos; eorumque sub Hiskia, ut passim sub postremis regibus Iudeis, auctoritatem fuisse spectabilem; maximè

*in initiis regni, ad quod Hiskias admodum iuvenis accessit. Proceres autem illi cum populo, qui non fidebant Iehovae auxilio, ad neminem alium confugere potuerunt quam ad reges Aegypti, qui illo tempore soli videbantur resistere posse Assyriaci imperii late dominantis vi ac potentiae; idque satis patet ex Cap. XX, 6. et ex Ezechielis loco insigni Cap. XXIX, 6. 7. Praeterea ipse regum Aegyptiorum status si-zusque suadebat, Iudeis inter se et Assyrios mediis, laboran-tibus succurrere.*

---

I. חָרֵי בְנֵים פּוֹרְרִים (Vae filiis refragantibus, Iehovae consilium atque auxilium contemnentibus; conf. Cap. I, 23. LXV, 2.) Ita ut exsequantur consilium suum, et non, quod praeceperam. לְכַסֶּךָ מִסְכָּה Ad fundendam fusionem, vel, ad superinducendum operimentum: quam utramque versionem fert haec phrasis. מִסְכָּה enim vel notat *fusio-nem*, sive etiam *fusile*, vel *operimentum*, *tegmen*, perinde ac verbum נְסָךָ, receptum significatione *fundendi*, *libandi*, *un-guendi*, adscicit quoque notionem *regendi*, *obtregendi* ex affini- ni vel סְכָךְ. Imo vero vox מִסְכָּה sumitur quoque si-gnificatione *iugi textorii*, *licii*, Iud. XVI, 13. 14., quod haud dubie respiciens Hieronymus, phrasin hic נְסָךָ מִסְכָּה vertit, *ordiri telam*: quae dictio cum Latinis sit proverbialis, pro *fusipere* aliquod consilium, sive negotium, eandem in usu fuisse Hebraicis, sensu eodem, putant DOEDERLEIN et KOP-PIVS, qui praeterea confert Chaldaeorum נְסָכָא, filum staminis *textoris*. Verum cum nullo alio exemplo id firma- ri possit, equidem dubito, an haec interpretatio sit admit-tenda. Alii igitur נְסָכָה sumunt *fusilis*, i. e. idoli signifi-ca-tione, qua infra vs. 22. occurrit; vertuntque, ad fundendum *fusile*, i. e. Iudei sibi faciebant et consulebant idola, in quibus non erat spiritus Iehovae. Verum huic interpre-tationi non favet parallelismus cum עַצְחָה שְׁוֹרָעֵב. Idemque dicendum est de explicatione eorum, qui קְבָדָה sumunt regen-di

di significatu, vertuntque ut regant se operimento, Aegyptiorum puta; tunc sensus eset: „ut ponant super se principes et protectores, qui non fuerint secundum voluntatem meam, cuiusmodi est Pharao, cuius umbra se protegi volebant, ut dicit vs. 2.“ CAPITULVS in Oper. Posthum. vertit: libare libationem, h. e. facere foedus. Observat ille, vocem נס proprie idem valere quod fundere, libare, Graecis σπείδειν. Esse itaque idem quod σπείδειν σπονδας, h. e. iniire foedus; solita enim fuisse foedera olim iniri cum sacrificiis et libationibus. Idque respexisse Alexandrinum, quia vertit συνθηκες ἐπεινατες. Praetulerim ego hanc sententiam superioribus, nisi iam memoratus parallelismus flagitaret, dictio nem nostram per agitare confilia reddere: uti, post Chaldaeum (וְלֹא חִטְמָלָכָא מֶלֶךְ), LVDOV. de DIEU et DATHIVS. Fundere fusile igitur erit metaphorice positum pro, formare conceptum, וְלֹא, de hac illa re ex ingenio.

2. (הַהֲלָכִים לְרוֹדֵחַ מִצְרַיִם) Nempe missis legatis, ut apparet infra ex vs. 4. (לְעוֹת בְּמַעְוזַׁ פְּרֻעָה) Non est vertendum, ut fortificantur robore Pharaonis: sed, ad configiendum in asylum Pharaonis, de qua verbi עַזְׂה significatione vid. supra ad Cap. X, 31.

3. Configium ad Pharaonem ignominiae fore praeditum Iudeis, sive quod rex Aegypti auxilium poscentibus negaturus eset, Assyriorum potentiam ipse metuens; sive quod illud condiceret, nec tamen praestiturus eset effectum.

4. Quod propheta dicit שְׁרוּ et מלְאָכִיו et principes eius, et legatos eius: referendum est ad Iudeam, quod subiectum mente conceptum habuit, licet verbis expressum non sit. יְנֵצֶן, quae hic memoratur, absque dubitatione est celebris illa eaque antiquissima Aegypti inferioris urbs Tanis (demptis punctis Masorethicis, יְנֵצֶן, Tsan, et sublato sibilo Tan, unde Tanis), sedes regum Aegypti inferioris, de qua vidi mus ad Cap. XIX, 11, 13. De urbe חַנְס interpretum dis sensus

sensus est. 1) Hieronymus coniecit, ultimam iuxta Aegyptios et Blemmyas esse Aegyptii civitatem; sed quam ipse nec appellat, nec cum hoc nomine comparat. Vitrina putat illum respexisse Syenem: sed monet simul, non esse verisimile, legatos adiisse ultimos Aegypti terminos Aethiopiam versus. 2) Chaldaeus חַפְנָרָכֶת, i. e. *Daphnae* prope *Pelusium* reponit, cuius urbis mentio fit apud Ieremiam XLIII, 7. 8. XLIV, 1. et Ezechielem XXX, 18., perquam audacter, tribus litteris חַפְנָה additis, nominique insertis. 3) Vitrinæ חַנְסָה videtur *Anysis* urbs esse, cui nomen dedecrit rex 'Anysis, *Anysis*, veluti a se exstructae, ut solebant olim Aegypti reges vel nomina sua dare urbibus, vel eadem ab urbibus mutuari. Mentionem facit illius urbis HERODOTVS Lib. II. c. 137., docetque, ex ea *Anysis*, Aegypti regem, ante *Sabaconis* Aethiopis irruptionem in Aegyptum, regnante, ortum traxisse. Et est inter חַנְסָה et *Anysis* quaedam nominum convenientia. 4) IO. REINH. FORSTERVS in *Epistolis ad Ioan. Dav. Michaelis*, p. 35. putat, חַנְסָה eandem esse urbem, quam Callianus *Theneßum*, Arabum Geographi جَنْسَسْ (vid. ABULFEDAE Aegypt. num. 65.) appellant, et in lacu Mendesio sitam referunt, locum olim amoenissimum, nunc fluctibus fere demersum. Sed recte huic sententiae obvertit MICHAELIS in *Supplemm. ad Lxx. Hebr. P. III.* p. 847. nomina *Chanes* et *Thennis* tam parum similitudinis inter se habere, ut non verisimile sit, ea nomina uni eidemque loco indita fuisse. — Alexandrinis cum Syro חַנְסָה non est nomen proprium, vertunt enim: αγγελος πανηρος Ματηνη ποπιαστος quasi legissent χανης: et Syrus: حَنْسَهْ حَنْسَهْ حَنْسَهْ حَنْسَهْ in quibus versionibus, unde πανηρος et حَنْسَهْ, quod librarii incuria pro حَنْسَهْ (et legati eius defatigabuntur) scriptum esse, bene coniicit Michaelis, desumptum sit, non liquet. In sex Codicibus

eiibus Kennicottianis חַמְתָּן reperiri, LOWTHIVS monet (quibus addendi tres Rosiani), unde ipse et MICHAELIS in *Adpend. ad Tom. XIV. Biblioth. Orient.* pag. 92., non dubitant, id ut genuinum probare, atque vertere: *frustra laborant.* MICHAELIS tamen postea suam sententiam mutavit, et in *Suppl. ad Lexx. Hebr. l. c.* adstipulatus est VITRINGAE sententiae. Et obstat omnino Alexandrinae lectioni, membrorum parallelismus, qui urbis vel vici nomen postulat, ut rete monet Doederlein. Quisnam autem locus intelligendus sit, id nunc nemo facile dixerit, neè tanti interest. Ceterum verbum נִכְנָשׁ hic *pervenendi* notione sumendum est, ut 1 Sam. XIV, 9. דָּבָר נִכְנָשׁ אֲלֹיכֶם. *confistite, donec ad vos pervenerimus.*

5. כָּל הַבָּאֵשׂ *rekte* vertitur: *omnes* legati *pudore suffici* sunt. Sumitur enim חַבְרִישׁ, tanquam esset a יְבָשָׁה, subinde intransitive, ut Ierem. II, 26., et כָּל, *omne*, saepe occurtere pro *omnibus*, vix mōnitū opūs. Ceterum sensus duorum horum versuum est, legatos Iudeorum, postquam in Aegyptum venissent, omnia ibidem deprehensuros esse imparata et votis suis adveisa, atque adeo pudore suffusos mox intellexuros esse ex inspecto rerum statu, se ex hac confoederatione exigiam vel nullam percepturos utilitatem.

6. מִשְׁא בְּהֻמוֹת נֶגֶב) Sunt interpretes, qui haec verba novi vaticinii inscriptionem putent, quales inscriptiones occurunt supra Cap. XXI. ubi not. vid. pag. 467., ut vertendum sit: *oraculum de iumentis Austris*, i. e. qui austrum versus mittuntur. Sed bene Vitrunga observat, ex verbo יְאָשָׁה, quod propheta in hoc ipso versu usurpat, et ex toto orationis tenore, apparere, κωνι intelligendum esse de onere, quod portaretur a iumentis; et vertendum esse, quod adtinet ad onus, quod a iumentis austrum versus portatur. Idem, quod incepit, argumentum persequitur Iesaias, vanamque spem de Aegyptiis conceptam, adhuc demonstrat. Legatos missos supra docuit, iam de muneribus loquitur, quibus rex Iudeae

daeae Aegyptiorum amicitiam ac foedera redimere studebat. autem, *Auster*, hic haud dubie est *Aegyptus*, ita dicta a situ suo, respectu Palaestinae: estque hic uisus vocis נָגֵב, *Austri*, pro *Aegypto*, Danieli frequens, ubi reges *Austri*, h. e. *Aegypti*, regibus *Sepentrionis*, h. e. *Syriae* opponit, XI, 5. 6. Per autem hic rectius intelliguntur *Iumenta domestica*, quam *ferae*, suntque בְּהַמּוֹת נָגֵב *iumenta Austri* styllo Hebraeorum *Iumenta in Austrum destinata*, ut תְּבִחָה צְאָן overes maestationi destinatae, בְּנֵי חֶמְוָה, homines morti destinati. Integra locutio est, בְּהַמּוֹת הַרְלָכוֹת דֶּרֶךְ נָגֵב, *iumenta*, *euntia via Austri*. Genitivus hic est obiecti, sive caussae finalis. Denique cum Masorethae accentum distinctivum, Athnach, supposuerint voci נָגֵב, monuerunt nos, haec verba priora definitive esse accipienda, ut indicantia subiectum, de quo vates loquereur, atque adeo iis praefigendum esse Latinum, quod adtinet ad. Qui nominatiyi aboluti Hebraeis usitatissimi sunt: veluti Pl. CXV. 16. השמיים שמים לוי, quod adtinet ad coelos, coeli sunt Iehovae; Ezech. X, 10. מטילון על ביצוריון בארוח דרום, ומראייהם רמות אחד לאربعם illorum, species una erat quatuor illis. Chaldaeus sensum prophetae perfecte expressit: portant in iumentis suis in via Austri, et quae sequuntur. בָּאָרֶץ צָרָה צָוָקָה) Aegyptum designari contextus docet, eamque terram angustiac et pressurae ideo dici plerique putant, quod Israelitae olim in ea vehementer vexati et affliti fuerint. Mibi tamen probabilius est Vitrinæ sententia, Aegyptum hic ita vocari, quod reges Aegypti subditos et maxime servos hominesque sibi obnoxios, in terra alias austru calente, ingente numero adhiberent ad opera gravissima et monumenta exstruenda, qualia erant Pyramides, Colossi, sepulchra, labyrinthi, stagna, templæ, cum amplissimis porticibus, sub quibus miseri ad ea aut ad lapidicinas damnati valde gembabant, ac sudabant, quod olim accidit Israelitarum maioribus Aegypti inquinilis. An autem vates in voce, צָרָה, angustia, simul alludat ad nomen Aegypti מצרים,

ex voce צָרֵר formatum, tum ad situm regionis, nomine hoc expressum, quo inter duos montes Arabicum et Lybicum  
est, angusta est, ut HERODOTUS Lib. II. cap. 8. dicit; voce צְרוֹר vero respici velit ad ingentem aestum, quo tempore aestatis premuntur Aegyptii, aut ad inundationem anniversariam Nili, per totam regionem aliquot diebus restagnantis, quo tempore incolae Aegypti obfessorum instar undique coarctantur, quod idem ille Vitrina putat, equidem in medio positum relinquo. בָּאַרְצָה  
vertendum est, in terram, כ enim saepe indicat motum ad locum, ut Genes. XI, 4. Levit. XVI, 23. מִרְחָם (לְבִיא—מַעֲוָף) possum est per enallagen terrae et incolarum eius, et sumendum relative: docet simul non de Arabico deserto, per quod iter faciendum erat, ut nonnulli interpretes opinati sunt, verum de Aegypto agi h. I. לְבִיא propr. esse leaenam, לִשׁ leonem robustum שָׂרָךְ chersydrum volucrem et אַפְנָה viperam ostendit Bochartus in Hierozoico. Ceterum cum hoc Aegypti descriptione, quam vates noster exhibet, concinit fere AMMIANUS, qui in Aegypto describenda versatus, postquam monuisset de pinnaris agminibus anguum, qui ex Arabicis emergunt paludibus, Aegyptum infestantibus, dein subiungit Histor. Lib. XXII. Cap. XV.: serpentes quoque Aegyptus alit innumeras, ultra omnem perniciem saevientes: basilicos et amphisbaenas, et scyralas et acontias, et dipsadas, et viperas, aliasque complures, quas omnes magnitudine et decorre aspis facile supereminens, numquam sponte sua fluenter egreditur Nili. יְאָוֶן-יוֹשָׁבֵן Reges inferiores potentiorum auxilia petentes per munera ipsos solitos fuisse adire, mos vetus est ex omni historia vetere et recentiore notus, praecipue tamen in Oriente usitatissimus, exempla vide 1 Regg. XV, 19. 2 Regg. XVI, 8. XVIII, 14. 15. Ex iisdem liquet, munera illa praecipue constitisse auro et argento, electisque terrae proventibus, certo docet Holeas Cap. XII, 2. muneribus ab Ephraimitis in Aegyptum missis, adfuisse quoque oleum. Conf. infra LVII, 9.

מִצְרָיִם חַבֵּל וּרוֹק יִצְפְּרוּ 7.) *Aegypti vanitate et inanitate vos invabunt, inanibus promissis et viribus.* רַחֲבָה הַמֶּשֶׁבֶת (רַחֲבָה הַמֶּשֶׁבֶת) De huius appellationis sensu et ratione magnus est interpretum dissensus. 1) GROTIUS de Iudea haec intelligit, vocique רַחֲבָה roboris significationem tribuit, praeceunte Kimchio, qui producit Ps. XC, 10. וְרַהֲבָם עַמְל וְאַרְן, ut sensus sit: ideo vocatur illa gens, Iudaica, *robur eorum est quiescere*, sola quies et patientia illos tuebitur, quod idem infra versu 15. exprimatur. Sed huic interpretationi obstat *primum*, quod in toto hoc versu subiectum manifeste est *Aegyptus*, unde appellatio illa referri non potest ad Iudeam; deinde quod רב נֻסְעָם *robur* significat, nam in Psalmorum loco citato רב ut alias est *superbire*: *id, in quo superbimus, labor est et molestia.* Rectius igitur 2) VITRINGA vertendum censet: ideo vocavi eam, *Aegyptum: ferocia, tumor, est cæsatio*, quies h. e. ferocia sedet; ut metaphora desumpta sit אַמְרִי turgido, a ventis inflato, aut aqua fervescente atque ebulliente, quae extinto motu quiescant, planumque aequor et superficiem exhibeant: tantum abesse, prophetam dicere, ut a ferocibus et superbis Aegyptiis magnum quid et præclarum efficiendum sit ad ipsorum salutem, ut contra nihil plus rebus ipsorum proficerent, quam si quiescerent. Viderat hunc sensum inter Hebraeos Jarchius: נְסִי רֹוח : שְׁמַחֵי עַם בְּטַל וּמְחַנְּאִים חַנְמִים i. e. (רַחֲבָה הַמֶּשֶׁבֶת) elati spiritu. שְׁבַת *Populus otiosus, et qui se incassum cum fastu efferunt.* Huic interpretationi et ego accedere non dubito: quibus tamen ea non placet, ii elegant inter duas sequentes. 3) SCHVLTENSIVS in *Commentar. ad Proverb. VI, 3. pag. 46.* רב comparans cum Arabum *جَنْدِي terreri, et terrorem incutere, significatum formidolositas* huic voci tribuit, veritatemque: „*Aegyptus vanum et inane auxiliantur, ideo nomen ei posui: formidolositas illi sedendo*, i. e. verbis formidinem incutiunt; ad arma ubi eundum, sedent, cessant, torpēnt. Respicitur simul ad per

per antonomasiam veniens pro Aegypto Ps. LXXXVII, 4.  
 Ies. LI, 9. ut *formidolositas* signet *imperium formidolosum*.<sup>“</sup>  
 Id Kochero placuit. 4) FORERIVS: „שׁבָח potest esse infinitus a נַבְנָה flavit. רָהָב tumor seu *superbia* est, ut Job. IX, 13. XXVI, 12. Unde hic sensus his verbis subest: quia illi ingentia munera deferunt, et auxiliares Aegyptiorum copias iactant, Aegyptii autem vane auxiliantur, idcirco voco hanc luperbiā eorum flatum, vel: *hoc tumescere eorum voco flare*: ac si parturirent montes, et nasceretur ridiculus mus: ita tumor eorum in flatum, qui eos dilabitur, neque quidquam habet pōnderis aut momenti, convertetur. Neque usus pronominis הֵם repugnat, nam habes similem Num. XVI, 14. תְּשִׁיבֵנִי תְּאַגְּבֵנִים הֵרֶם.“ Nullam igitur video rationem, cur lectionem receptam tentemus, ut nonnulli interpres fecerunt: veluti DOEDERLEIN, qui legendum putat: רָהָב הַמְּשֻׁבָּח, *Rahab quiescens*. Scilicet per praeeunte BOCHARTO *Phaleg*. Lib. IV. c. 24. inferiorem Aegyptum designari existimat, quam Graeci ob formam triquetram Δελτα vocarunt, sed quae ab Aegyptiis Arabibusque الْمَرْبُج, *Errib*, i. e. *pyrum*, et hinc ab Hebraeis רָהָב, a forma *pyri* cognominata sit. Sensus autem nominis symbolici: *Rahab quiescens*, affirmat esse hunc: Aegyptii quieti sese dantes, quia nec precibus, nec muneribus commoti turbis bellicis sese immiscere velint. In hac interpretatione consentientem fecum habet Lowthium. Sed praeterea quod verbum יָשֵׁב nusquam occurrat in Piel, et רָהָב de gente terraque αἰτομασικῶς usurpatum, genus femininum poscat, illud, quo haec sententia praecipue nititur, רָהָב conferendum esse cūm hodierna Aegypti appellatione, *Errib*, idque lingua Aegyptiaca *pyrum* significare, sine ratione assumi, multis ostendit MULLERVIS in *Satura Observatt.* Leid. 1752. Cap. VII. (ubi totum hunc Etaise locum tractat) pag. 97. seqq. Primum enim *Rib Coptis* numquam *pyrum* notavit, monente Wilkinsio in nott. ad epistol. Relandi de lin-

gua Coptica, quæ Chamberlaynii editioni orationis dominicae subiuncta est, pag. 99. Deinde *Errib*, quomodo Leone Africano, et Niebuhr (Reisebeschreib. Tom. I. p. 241.) referentibus, hodie Aegyptus inferior vocatur, scribitur **أَيْقَنْ**, cum *Phe*, significatque *agrum cultum*, vid. ABULFEDAE Tabul. Aegypti, p. 4. marginal. ed. Michaelis, eiusque notam 40. — MICHAELIS in Adpend. ad Biblioth. Orient. P. XIV. p. 98. eodem modo verba coniungit, sed ea effert: **רְחֵב בְּשֻׁבְתָּה**, *fugit confirmans, fiduciamque addens*, huiusque lectionis testes citat Alexandrinos et Syrum, quorum illi, **ματαιος οὐ παρεκκλησις αὐτῶν**, hic **לֹא כִּי בְּלֹא לְזַהֲרָה**, *vacua est eorum fiducia*. Hæc coniectura Dathio placuit, quod antiquitatis commendationem habeat, cui ego tamen non tanti tribuerim, cum interpretes illi idem, quod nos legimus, **רְחֵב הַמ שְׁבָח**, eo, quo Forerius, sensu accepisse videantur. — Henslerus **בְּקַדְשָׁה** legendum coniicit.

8. בְּחִכָּה hanc prophetiam, conf. VIII, 1. *על-לווח* *in tabula*, et *על-ספר*, *in membranis*, ut utroque modo memoria conservetur, *אֶחָם*, coram ipsis. *חִקָּה*, insculpe eam, exara. *וְהִיא לַיּוֹם אַחֲרֵינוּ* Hebraeis omne tempus est, quod sequitur; vidi Proverb. XXXI, 25. Ps. CII, 19. Vocem *עד*, quod Masorethae *לְעֵד* efferre iubent, Hieronymus et Chaldaeus *לְעֵזֶר*, *in testem*, h.e. in testimonium, extulerunt. Ille enim *testimonium* posuit, hic ita *παραφέας*: *בְּחִרְיוֹן לַיּוֹם לְסֹהָרוֹ קְרַבָּנִי* *אֲלֹוֹת עַד*, et erit *in die iudicii in testimonium coram me usque in aeternum*. Favent quoque huic lectioni loci Deut. XXXI, 19. 21. 26., ubi in eodem, quo hic, verborum nexu, *עַד* legitur. Accedit, quod vox *עַד*, quando significazione *perpetuitatis* iungitur *רַיִם*, *עוֹלָם*, postponi solet, et scribi *לְעוֹלָם וְעַד*. Secuti sunt lectionem *לְעַד* Lowthius et Henslerus.

9. Versus 9—11. prothesis est, vs. 12. apodosis. Vocatur populus Iudaicus tam a nostro vate, quam ab Ezechiele (veluti II, 5. 6. XII, 2.) עם מר, *populus pertinacis insedientiae*, immoriger, ob continuas desectiones a Iehova ad idolorum cultum. בנים כחשים, filii mendaces, degeneres, patrem suum abnegantes. Verbū כהה hic denotat, *Iehovam abnegare*, non verbis, sed factis, quod agunt ii, qui Iehovae praeceptis non auscultant, ut infra LIX, 13. בְּקַשׁ וּבִתְּשׁוּ בִּיהֵלָה, defiendo et mentiendo adversus Iehovam.

10. Prophetas quantum possunt, impediunt, ne vera dicant. מהתלוות, *illusiones*, dicit eos dixisse, non quod ea verba usurparent, sed quod quae volebant re ipsa eo tendebant. Placentia enim ipsis dicere, id erat ipsis illudere.

11. סרו מפי דרך, *recedite de via*, aliam viam inite. השבויי (Nolite posthac verba nobis facere de nomine Israelis.

12. וְהַבְּתוֹרָה בְּעַשְׂנָה (*Violentiae* nomine designat pravas atque violentas pecuniarum exactiones comparandis ex Aegypto auxiliis, quibus confidebant, vide supra vs. 6.

13. בְּפֶרַץ נָופֵל, *velut ruptura cadens*, prominens; instar muri, minantis ruinam. Vocem כבעה nonnulli cum Cocceio, a verbo בעה, *quererere, inquirere*, interpretantur, penetratum, *rimosum*, quia, quod in muro perveftigabile est, aut a madore perfuitur, aut ab animalculis perrepitur, id non solidum, non firmum, non cohaerens, levī momento collabitur. Evidēt tamen cum Vitrina aliisque matrem vertere *tumens*. Scilicet verbum בעה Chaldaeis quoque est *bullare, ebullire*: בְּרוֹנָה, *tumor, pustula*, perinde ac בעי: unde בעי לבא, *tumor cordis* Proverb. XXI, 4., quam eandem significationem vocis obtinuisse apud Hebreos, liquet ex voce אֲבֻבָּעָזָה, *ulcera tumentia, pustulae*, Exod. IX, 9., quod exemplum Kimchius hic recte ad fert, et ex loco vatis nostri, Cap. LXIV, 2. Ut ardet ignis liquationum.

**פָּרֶץ נְבָעָה אֲשֶׁר** *aquas ebullire facit ignis.* Ergo **נְבָעָה** est *ruptura tumens, ventrofa, quae ventrem facit in muro edito:* nam tumor in inferiore muri parte, erumpens totius muri lapsum et ruinam secum fert. Sensus igitur est: talia mala vobis inferet haec vestra improbitas et Iehovae negligentia, ut res vestrae et regnum vestrum simile sit promisenti tuberi in muro excelso, quam ruinam minatur.

14. Vocem רָשְׁבָּרָה, quam Masorethae punctarunt וַיִּשְׁבֹּרֶה, *franget eam*, scil. aliquis, quod impersonaliter accipiendum pro, *frangetur*; Alexandrini atque Chaldaeus extulerunt, וַיִּשְׁבֹּרֶה illi enim και το πτωμα αυτης οσαι ponunt, hic vocem רָשְׁבָּרָה adhibet. Posteriorem lectionem praefert Vitrunga, quod similitudo parabolica, partes heterogeneas non admittens, inferat, co[min]unctionem et contritionem partium muri collapsi adscribendum esse lapsus gravitati; qui per וַיִּשְׁבֹּרֶה indicetur. Sensus parabolae est, fore ut res publica tota intereat, ut eum in modum dissolvatur, ut nemo in ea supersit vir habilis, quo quis uti possit ut instrumento in publica calamitate et afflictione sublevanda, quem usum praestat testa, qua suibundus aquam haurit ex puteo; aut reipublicae statu restaurando, ad in modum testae, qua ignis ex foco sumitur ad focum alibi accendendum.

15. בשובה ונחית חושען, *in conversione*, fit ab illis consiliis recedatis. Hebraei interpretes vocem interpretantur *requiem*, ex voce יְשָׁבֵד, sedere, collato loco Num. X, 36. שָׁבַת וְהִנֵּה רַבָּתוֹן אֶלְפִי יְשָׁבָל, fac quiescere, Iehova, myriades millium Israelis. Cogitatis, inquit vates, victoriam obtainere per Aegyptios, sed frustra eritis: quiescendo vincitis. Conf. Ierem. XLII, 10.

16. **כִּי עַל סָוסֶנּוּס** Non est vertendum: *super equis fugiemus*, ut reddunt interpretes, sed ad verbum: *super equis emicabimus*, hoc est celeri modo curru et impetu in hostes invehemur, ut aptissime NICOL. GUIL. SCHROEDERVS in

Ob-

*Observat. Select. ad Origg. Hebr. pag. 150., ubi ostendit, verbum יְמַנֵּה cognatum esse cum نَاصٌ, Arabic. ناص, cuius primaria *micandi*, *emicandi*, significatio, postea non de *fuga* tantum, sed et *celeri cursu* adhibetur. Confirmatur autem illa Schroederi explicatio membrorum parallelismo. Nam in membro sequenti respondet: רָעֵל קֶל נְרַכֶּב, et super iumentis levibus equitabimus, ruentes in praelium intellige. Utitur propheta antanaclaeos figura, quam efficit duplex unius וְ significatio: *Vos dixistis, imo vero super equis גְּנוֹסָם, emicabimus*, scil. hostes strenue invadendo; propterea חֲנוּסָוּן, *emicabitis*, scil. in fugam. Similis figura est in sequentibus: et dixistis, super לְבָד iumentis levibus equitabimus; propterea יִקְלֹר leves erunt, qui vos fugientes persequentur. Sic et *emicare* Latinis frequens est de iis, qui alacri impetu hostes invadunt. *Silius III, 85.**

### *Emicet in Martem --*

Valerius Flaccus VI, 550.

— *Magnique in fata Ceramni*

Emicuit.

*Florus Lib. I. cap. 18. Hostem rati, emicant, sine discriminâ insultant, etc.*

17. Uno increpante mille, sed quinque increpantibus  
fugietis, scil. omnes, cuiusmodi ellipseos plura exempla col-  
legit GLASSIUS in Philol. S. pag. 629. ed. Dath. Conf. Deut.  
XXXII, 30., ubi praeterea eadem orationis gradatio; quo-  
modo unus persequeretur mille, et duo fugarent myriadem?  
eui analoga sunt loca Levit. XXVI, 8. et Ios. XXIII, 10.  
הַנְבִעָה—הַנְרַקְעָה (עד אֶפְרַיִם) *malum navis* significare, unanimi  
consensu affirmant Alexandrini et Vulgatus in tribus illis lo-  
cis, in quibus hoc vocabulum occurrit, nempe praeter h. l.  
Cap. XXXIII, 23. et Ezech. XXVII, 5.; Syrus quoque in  
hoc et Ezechielis, et Chaldaeus in duobus locis citatis.  
Alexandrini habent ἀριστοὶ εἰπόντες. Vulgatus: quasi malus  
navis in vertice montis, et Syrus:

et contextus quoque duorum locorum citatorum hanc significationem non solum admittit, sed etiam postulat. Sed cum malus male in vertice montis collocetur, in hoc quidem loco vel metaphorice pro quoconque signo erecto, quod e longinquo conspiciri possit, ḥרן dictum videtur, vel metonymice pro arbore quacunque, quam significationem vocabulo Syriaco ܚܼ tribuit CASTELLUS, clavus ligneus, stipes. Chaldaeus h. l. habet בְּלַעֲרָבָה, sicuti fax in vertice montis, ex sensu sine dubio, quem requirere videbatur prædicatum, nam Cap. XXXIII, 23. et Ezech. XXVII, 5. ipsum vocabulum בְּלַעֲרָבָה retinuit.“ DATHIVS ad h. l.

18. יְרוֹם וּרְוָם לְרָחְמָם Jarchius recte interpretatur רָחְמָם, longe aberit: רְוָם enim, quod proprie notat altum esse, deinde in universum longum abesse significasse, quia alta remota sunt et longinqua, notum est. Bene autem SCHVLTENSIVS in *Animadverss. Philologg.* ad h. l. observat, altum esse, efferre se, ab Orientalibus aliquando ponи pro recusare, abstинere. Veluti in ABULPHARAGI<sup>Q</sup> *Histor. Dynast.* p. 354. Dicitur, primum sapientum, qui notatus est, quod se regum familiario addixerit, fuisse Aristotelem, cum philosophi priores, Pythagoras, Plato, Socrates, يَتْرُ فِي وَوْنَ عَنْ عَلَى, propr. alti fuerint ab eo, i. e. ab eo abstinerint. Et in *Histor. Timuri*, p. 48. ed. Gol. ﻋَلَى، altum esse, cum تَافِي, quod recusare notat, coniungitur. — KOCHERVS Lowihium refellens, qui, Hubigantio praeceunte, pro רְוָם legere mallet vel רְוָם, filebit, vel, unius codicis auctoritate, יְרוֹם, revertet: interpretandum existimat vel sic: et propterea morabitur Dominus gratiam facere vobis, proptereaque exaltabitur, quo vestri misereatur; iustitia scilicet exaltandus, ante quam poenitentium misereatur; vel hoc modo: Itaque morabitur — sicque sublime se efficerit misericordiam exercitus; i. e. castigatos ante glorioſo tandem vos vindicabit modo.

19. Sequitur nunc altera carminis pars, laetiorum temporum descriptio. (כִּי עַם בְּצִוָּן יִשְׁבֶּן בָּרוּשָׁלָם) *Nam populus in Zione habitabit, Hierosolymis.* Republica sive collapsa, sive dissoluta penitus, ita restituetur, ut Hierosolyma mansura sit sedes religionis, et metropolis populi Dei. DOEDERLEIN vertit: *Namque gens Zionitica! civitas Hierosolymitana!* etc. et in nota addit: „mutatis punctis lego יִשְׁבֶּן, nam et frigida videtur promissio, populum Zioniticum Hierosolyma inhabitaturum, et ex sequentibus patet, מֵעַד וְאַשְׁבָּת subiectum esse, quod Iesaias alloquitur.“ Ad stipulatur Henslerus. (כִּי לֹא חֲכָה) Non temper flebis; luctus tuus post moram, severitati iudicii definitam, cessabit. חֲנָן יְחִינֶךָ SCHVLTENSIVS in *Commentar. in Job.* p. 475. vertit: intime miserando inclinatus propensusque erit tibi, conferens Arabum חֲנָן, pietatem, gratiam, adfectum tenerrimum monstrare, et חֲנִי, propr. flectere, flecti, clinari, hinc inclinari teneri me adfectu amoris: nam non ad חֲנָן refert, sed ad חֲנָה, cuius Hophal יְחִנָּה.

20. אם כחן—ונחן (וְנַחַן—לְחַנָּה) scriptum est pro רְחַנָּה, si, autem quamvis dederit vobis Deus etc. Ellipsis non infrequens, veluti Ruth II, 9. רְקַמְתָּ וְתַלְכַּח אֶל־הַכְּלִים, si sistieris, ibis ad vase. Locutio eibum tenuem, atque aquam parcam dare, quae et occurrit i Regg. XXII, 27. proverbialis haud dubie est, pro calamitate aliquem pascere, misere tractare: sicut felicior status ex abundantia fructuum (vs. 23. 24.), aquarumque copia (vs. 25.) promittitur. לא יְכַנֵּח עֹז כּוֹרֵיךְ (Non regentur, ita nempe, ut illos non videoas, oculis tuis eripientur, doctores sui). Verbum בְּנָה enim, quod praeter hunc locum non occurrit in Codice Hebraeo, regere, cingere, circumdare significare, ostendit SCHVLTENSIVS in *Animadvers. ad h. l.* Doctores populi, per impietatem quorundam antea male habiti, ut audere non possent, in publicum prodire, iam non amplius opprimentur. Dathius ab Alexandrinis

Syroque lectionem diversam longe a recepta expressam affirmat: sine ratione, ut ostendit MICHAELIS in *Supplementis ad Lexx. Hebr. P. V.* p. 1314. Alexandrini enim exhibent: עַמּוֹן אֶלְגָּזָסָתִים, ideo haud dubie, quod verbum נָקָה a נָקָה, latus, interpretati sunt: non ad latus tuum haerebunt.

Syrus: **אֶלְגָּזָסָתִים**, non congregabit porro (deceptores tuos, sic enim טוֹרֵיךְ vertit), nempe verbo נָקָה significacionem dedit, quam in Syriaca, Chaldaica, immo et Thalmudica lingua habet, a regendo, contingendo alis pullitiem, quod ubi facit mater, eam congregat.

21. (רְאוּנִיךְ חַשְׁמָעָנָה דָּבָר מָהֻדִּיךְ) *Audent verbum post sergum monentis*, sicut paedagogi pueros sequentes, eos ad verum iter revocant, si qua forte deflectant.

22. Confractum argentum illud, unde idola constabant, et in laminas redactum, convertetis in usus profanos, atque a vobis longe habebitis talia in posterum. זָרָם כְּמוֹ (דָּרָה הַזְּרָם) *abities*, amovebis ea, significatione vocis petita ex affinibus זָרָה et נָזָר, alienare, separare. דָּרָה hic omnino sumendum est vel pro muliere, menstrua infirmitate laborante, quo sensu occurrit Levit. XV, 33., vel per synecdochem pro aliquo eius, h. e. pro panno aut linteo, menstruatae sanguine tinteto, quod vates infra Cap. LXIV, 5. בְּגַד עֲדִים *vestimentum menstruatum* vocat, ut דָּרָה hic elliptice scriptum sit pro דָּבָר דָּרָה, res aliqua menstruatae. Sanguis autem menstruus ex lege habebatur inter res maxime immundas.

23. Aureæ aetatis descriptio, cuiusmodi plures in vaticibus Hebraeis occurrunt: fruges nullo cultu enatae: omnium rerum abundantia. Conf. VIRGILII *Ecclog. IV.* vs. 18. seqq.

24. בְּלִיל חַמְצִין, FABER in nott. ad HARMARI *Observatt. super Oriente, P. I.* pag. 409. seqq. *pabulum cui herba acida* (Kali,

(*Kali, Salsola herbacea Linn.*) admixta sit, quam iumenta in delicis habent, significare contendit: בְּלִיל conferens cum Arabum **جَلِيلٌ**, pabulum viride, ut iam SCHULTENSIVS fecit, in Commentar. in Job. XXIV, 6. p. 300., et צַדְקָה cum **צַדְקָה**, salsa et amara plana, quam *Kali* esse putat. Sed nostro loco בְּלִיל pabulum viride vix potest indicare, cum *venilabro* purgari dicatur. Cum tamen בְּלִיל Job. XXIV, 6. in agro metatur, verisimillimam puto MICHAELIS sententiam, in Supplum. ad Lexx. Hebr. P. I. p. 181., בְּלִיל omne esse pabulum mixtum, farraginem, sive ex frumenti variis generibus, ut hic, et Job. VI, 5, sive ex herbis viridibus et recentibus, ut Job. XXIV, 6. Ego, Hebreos secutus, mallem purum, mundum, interpretari, ut sensus sit, tantum fore copiam frumenti et pabuli, ut avena pura sine admixtione palearum, ut frumenta pro eis hominum iumentis sit propponenda. רְחֵב instrumentum est, a vento nomen habens, quo in area a paleis separantur grana. Licebit arcere ventilabrum, vel palam. Eiusdem fere significationis est מְזֻרָה, a ventilando seu spargendo habens appellationem: et ventilabrum vel vannum dicere possis.

. 25. (וְרֹחֶב־יְבָלוּדִים) Tanta erit copia imbrium, ut multi rivi aquarum sint super montes: tanta pluvia, ut etiam ea madefecant, quae frapte natura sunt aridissima. Geminatio multitudinem indicat. Idque fiet פְּלִבִּים יְבָלוּדִים tempore caedis magnae, i. e. hostium populi Iehovae, בָּרוּם הָרָב et magnificum, quo tyranni isti confisi et gloriati sunt, ut supra II, 15. Quia Chaldaeus pro מְגַדְּלִים posuit Aquila μεγαλυνομενας, et Symmachus μεγαλεις, Lowthius, Michaele et Doederlinio consentientibus, מְגַדְּלִים reponendum autumant. Sed videtur Chaldaeus suum tantummodo sensum expressisse. Praeterea בְּגַדְלִים procerum significatione nusquam occurrit.

26. (וְהִי אָרוֹד הַלְבָנָה כָּאֹר הַחֲמָה) Felicissimæ vicissitudinis reipublicæ significatio. Sic poetæ:

*Ipse mihi vijs pulchrior ire dies.*

Similique dictione HORATIVS bestum sub Augusto seculum pingit, Carm. Lib. IV. c. 5. *Soles melius nitent.* גַּאֲרֵת הַחֲמָה (יהיה שבעה) *Lumenque solis erit septuplum,* lux erit septupla, quasi praeter solem sex essent parelii. Seipsum mox declarat, dicendo, כָּאֹר שְׁבֻעָה דִּינִים, *sicut lux septem dierum:* ac si dicat: erit intensius lumen, quod alicui constaret lumine septem dierum. Per quod intelligit magnitudinem gaudii et laetitiae, quae per lucem intelligitur. (בִּירּוּם יְרָפָא) Postquam Deus rempublicam Iudeorum ab omnibus malis, quae tolerabat, exemerit.

27. „Stylo poetico pro more poenas denunciat, quae numen de populi sui hostibus Assyriis sumturum erat. Adventar numen, cuius ira e vultu emicat: comitem habet tonitru cum fulgure: his dimicat, his vincit, viatosque in tartarum demittit, igne comburendos, i. e. trucidandos.“ POEDERLEIN: Cohaerent igitur quae sequuntur optimè cum antecedentibus, nec opus est cum Koppio novum carmen hic constituere. (שם יהוה) *Nomen Iehovae*, i. e. Iehova, cuius laude et gloria plena omnia sunt. Interdum *nomen profama et gloria* accipitur apud Hebraeos sicut apud Latinos, ut infra C. LX, 9. Deut. XXVIII, 58. (כִּי מִרְחָק) *Ventre elonginquo*, inexpectatus, ut qui peregre adveniunt. (וכבך משאה) *Et est grave incendium*, nam ita vertendum est hoc loco, qua significatione et occurrit Iudd. XX, 40. et alias, a נָשָׁן, *efferre*, quod flamma et fumus, quem ignis spargit, se in altum efferant. Solent altos gerentes spiritus, vel irati, veluti incensi copiosos per nares emittere vapores instar fumi, quo alluditur Ps. XVIII, 9. (שְׁפָחוֹר מֶלֶאָר זַעַם) hic est severitas, et refertur ad linguam Hos. VII, 16. ut hic ad labia. Potest autem hic alludi ad severitatem sententiarum, quae Iehova adversus hostes pronunciaret: etsi, ut ira gra-

gravis, totum hominem occupat et commovet, eadem quoque se ostentare soleat in lingua et labiis loquentium.

28. יְרוֹחָר בֶּנֶל Introducit spirantem Iehovam cuius flatus ita obvia quaeque prosternat, ut solet prosternere inundatio, quae tantum non cacumina seu capita montium operit: inundatio, inquam, torrentis, quae violentior esse solet, et eo plus nocere, quo minus praevidetur. עד צוואר יְהִצָּה ad collum usque dividit, i. e. qui usque ad collum perveniens, quasi dividere hominem in duas partes videtur, sed tamen inaequales, et aliam, quae in aqua est. Metaphorice, inquiunt Hebraei, loquitur de rege Assyriorum, qui perdenitus erat paene usque ad internacionem et consumtionem, veluti cum quispiam est in aqua usque ad collum, propinquus est submersioni. להנה נוים בנפה שׁוֹא Comparatur ingens calamitas agitationi, quae cribro fit, quod in ea concussione multa grana decidunt, quae absque cibratione nihil perieuli sibi imminere putabant. Formam insolentem Hubigantius molliter in הַכִּיכָּה הנוים corrigit: extra necessitatem, ut bene Kocherus animadvertis, nam הַכִּיכָּה nomen verbale ex Hiphil bonaequae notae est, ut הַצְלָה, הַצְלָה; atque verbalia nomina apud Hebraeos et Arabes infinitivi vicem praestare, forma varia, utroque genere, statu utroque, absoluto et constructo, usurpari, casumque sui verbi regere, satis notum est. Itaque nec Michaelis לְהַנֵּפה ex Arab. نَفَى, repulit, disiecit, e. c. ventus pulverem et festucas, facile probabitur, maxime ob sequens כְּפֹץ ex eodem גָּזָע, quam vocem Rabbini recte per כְּבֻרָה, cribrum, explicant, nec enim quidquam, sive nominis originem, sive rem ipsam species, aptius videtur, וּרְסֵן מְחֻנָּה עַל לְחֵי עֲמִים) Et fraenum errare faciens, i. e. avertens eos a via, qua ire cupiebant et designabant, in maxillis gentium, Israelitus infestarum.

29. השיר יהוה ל'כם כלול ההקורתה (Canticum eius) reipublicae restauratae simile erit canticum, quod cani sollet nocte praecedente solennitatem, h. e. praecedente lucem, in qua celebratur solennitas. Incipiebat enim festum a nocte, sive vespera praecedente. Solennitatem hanc intelligunt Hebraei *pascha*: cuius festi nox summa laetitia celebrabatur. GROTIUS intelligit coenam, quae diem festum sequitur, in qua siebat postcoenium, circumferebatur ποτηγοι εὐλογιας, omniaque erant plenae laetitiae. (ושמחח־יהורה) Et laetitia cordis tanquam eius, qui incedit ad tibiam eundo ad montem Iehovae. Respicit pompas sollennes, religionis causa in laetis casibus, veluti in primitiarum oblatione, institutas, ubi tibiarum cantu aliorumque instrumentorum musicorum concentu ad templum ibant.

30. Redit poeta ad descriptionem stragis hostium: excitatur a Iehova tempestas gravis ac terribilis, qua tonitrua, fulmina, imber, grando, venti dispergentes, ita inter se commiscentur, ut omnes mortales intelligent, Iehovam, iustum iudicem, descendisse in nubes ad hostes suos per terre, faciendo agitandosque. קול hic *tonitru* indicat, ut saepissime, et הור eius gravitatem et maiestatem indicat. In loco parallelo Cap. XXIX, 6. positum est רעם et קול כדור זרועו. — *descensio brachii eius*, alludit ad gestum ferientis. נפץ, *dissipatio*, ab interpretibus quibusdam accipitur de *fulguribus*: sed rectius exponitur de *vento procelloso*, qui סופת, *turbo*, dicitur in loco parallelo: et apud Ieremiam LI, 1. רוח *ventus perdens*, perniciosus.

31. בְּכִי non tam rationem hoc loco reddit, quam sententiam continuat et per adversativam reddi potest: *a voce aurem domini*. Pro יפה post Forerium Dathius et Koppius legere mallent יקקה, quod et Syrus Vulgatusque expresserunt. Sed veritas vel: qui scil. Assyrius *virga caedit*, i. e. qui solitus erat, alios gravissime vexare; vel, *virga sua percussit illum subintellige Iehova*, κπο τε κωνις repetendus,

dus, nihil est, quod mutandi nec ssitatem nobis imponat. Sub שֶׁבֶת, clava, baculo, Doederlein intelligit tonitru, fulgur. Sic Homerus de percussione fulminis Iliad. B. 782. ἀμφὶ τυφωῇ γαίαν ἴμπετον, ubi Scholiastes ἵμπετον μαστίγην, δὲ της πρέσβυτος πλήττει.

32. Varie tentatus hic versus ab interpretibus: sed omnium optime DATHIVS reddidit, quem in versione fecuti sumus. Huius interpretationis rationes fere sunt haec: מַעֲבָר בְּחָפִים refertur ad מעבר, verbo ex substantivis intellecto vel מַעֲבָר וְכַרְבָּה vel. Deinde sequentia מַפְתָּה cohaerent, quorum sensus in versione expressus est. Subiectum esse אֲשֹׁור in praecedenti versu nominatum, nemo non videt. Ad litteram versus sic est vertendus: *et erit omnis locus baculi fundari* (sive ex lectione duorum codd. KENNEDY, מַסְכָּה castigationis) quem Iehova super eo (Assure) quiescere faciet, cum tympanis et citharis. Nam praelitis agitrationis pugnat in eum. Sed cum forte sint, quibus haec non placeant, nonnullas alias interpretandi rationes appono. GROTIUS: „transitus virgae, i. e. verbera virgae, fundatus, i. e. infixa eius carni, faciet requiescere, inquiet, in tympanis et citharis, ludendo haec fient: in bellis mutationis, ut cum rudibus batuitur. Haec omnia nihil aliud significant, quam Deum sine sudore et sanguine Iudeorum deleturum Assyrios, plane quasi in ludo iocoque.“ VATABLVS Hebreorum quosdam secutus. „Et erit omnis transitus virgae fundamenti (sive fundationis, ut מַסְכָּה sit nomen ex participio Hophal, statutum firmum, decretum stabile, ab סְבִיבָה five سَبِيبَه arabice, fulsit, suffulsit, hebraice fundavit; unde Niphal כְּסִיר aliquando consultavit; Pihel כְּסִיר, constituit, decrevit, Esth. I, 8. I Chron. IX, 22.) Super quam requieverit Iehovah, erit cum tympanis, etc. i. e. in omnibus locis, per quae transferit virga qua decrevit dominus percitere eum, erunt tympana; q. d. laetabuntur homines et percipient tympana et citharas propter interitum illorum.“

DOEDERLEIN מטה eodem significatu hic sumit, quo sumendum putavit versu praecedenti, pro flagello fulguris; dein מטה ipsi locus est quem fulmen tetigit, ille ipse campus, quem prostrati fulgere tegebant Assyrii. Hunc ווסדה dici a vate, cuius vocis significatus repetendus sit a יסד, siue וסדר, congregari, in locum coire (Ps. II, 2. et XXXI, 14.), i. e. comitiorum locum. Sic sensum hunc enasci: *Ubi Iehova prostraverit Assyrios, Iudei in his ipsis castris sacros conventus celebrabunt, Deo praesente, hymnisque et epiniciis excepto.* מלחמות המועה proelium decretorum vertit, quod proprio sit agitare, secernere, decernere. רבמלחמות Et bellis agitationis pugnabitur adversus eam, scil. virginem, sive secundum alteram lectionem, adversus eos, scil. hostes, quod eodem erit. *Bella agitationis sunt proelia fortia, ut recte Chaldaeus vertit, valida, in quibus Iehova ipse manum brachiumque exerit ad hostes suos concutiendos et conterendos.* Alludit vates ad id quod dixerat vs. 28. Iehovam iratum agitaturum esse gentes infensas Israëlitis agitatione vanitatis. Conf Cap. XIX, 16. ubi Aegyptii a Deo graviter puniendi inter alia mala dicuntur afficiendi metu semineo: מבני חנופה יד יהוה צבאות. Sensus igitur est, fore, ut loca desolata vastatique ab hostibus deinceps transirentur cum tympanis et citharis, postquam Iehova praeliis fortibus destruxisset hostes.

33. Clausula confirmatoria, integrum hoc carmen obsignans. Continet autem eandem, quam superiora, sententiam, solummodo schema figurae mutatur, quod hic totum est parabolicum. Fingit vates, interitum hostis descriptrurus, magnam quandam pyram ex materia ustili lignisque multis in lata aliqua valle paratam instructamque esse, ab halitu divino incendendam, in quam coniiciendus sit hostis consumendus. תופת, Tophet est vallis in tractu orientali et australi urbis Hierosolymae, ut si urbem Hierosolymam circuiturus ab Oriente deflectas Austrum versus,

mox occurrat vallis, olim dicta *vallis filii Hinnom* (כִּי בֶן הַנָּס) vel *vallis Hinnom* (גִּיא חַנְום), vid. Ios. XV, 8. In hac valle erat locus dictus *Topheth*, ut patet ex verbis Ieremiae VII, 31.: et aedificarunt excelsa *Topheth*, quod est in valle filii *Hinnom*: unde totae vallis appellatur *Topheth*, dum eundem Ieremiam, qui utrumque nomen alternat, Cap. XIX, 6.: non appellabitur amplius hic locus *Topheth* et vallis filii *Hinnom*. In hac valle autem reges Iudeorum idololatrae sacra fecerunt Molocho, ex detestabili Ammonitarum et Phoenicum instituto, atque adeo ibi foverunt ignem, per quem liberos suos lustrabant. Sed pius rex Hiskias, qui idololatriam sustulerat, 2 Paral. XXIV. sine dubio etiam illum locum purgaverat. Iam singit propheta, ironia admodum acuta, regem curasse, ut spatium sit satis amplum et sufficiens in illo loco, rogo parando et exstruendo, in quo hostes possint comburi. העמיך הרחב, profundorem fecit et laxiorem, remotis scilicet impedimentis omnibus vacua facta est. מדרחהה כה Pyra eius ex igne constat et lignis multis: Deus autem vi sua, quasi sulfure multo injecto, ista ligna accendit. Sensus, perituros hostes ita subito, quasi igne violentissimo absumerentur. Allusio ad morem idololatrarum, qui in eadem valle liberos suos cremare in honorem Molochi solebant.

C A P. XXX. vs. 1. *Vae filiis immorigeris, Iehovah inquit, qui consilia ineunt, quae ego vehementer improbo, et te- lam texunt sine afflato meo, et sic peccata peccatis augent.*

2. *Qui me inconsulto Aegyptum proficiuntur, quae situ- ri a Pharaonis potentia vires, seque sub umbram Aegypti reci- piunt.*

3. *Vobis potentia Pharaonis probro erit: vos spes praefidii Aegyptiorum falle!*

4. Tane quidem fuerunt optimatè populi Iudaici: legati eorum ad Chanes processere.

5. Sed omnes spe deluduntur in gente non profutura, neque tantum auxilium nullum, nullum commodum praefitura, sed opprobrium quoque atque ignominiam.

6. Onus iumenta austrum versus in terram misericordiarum et afflictionum, leonum omnis generis et viperarum ac preslerum volantium patriam deportant: Iudeorum opes dorsis asinorum, divitiae eorum gibbis camelorum impositae sunt, ac destinatae populo nihil plane profuturo.

7. Nequidquam, frustra succurret Aegyptus, ideo nomen ei dedi: ferocia quiescit.

8. Iam inscribe haec tabulae, et in libro exara in memoriam perpetuam posteritatis.

9. Quoniam ea gens rebellis est, proles degener, quae dilectis Iehovae parere recusat,

10. Quae dicit vatibus, nolite edere oracula, et fatidicis, ne vera profemini, dicite nobis mollia, suavia enuntiare,

11. Ne amplius nobiscum hac ratione agatis, aut numeris Israelitarum mentionem iniciatis:

12. Propterea haec minatur illud Israelitarum numen: quoniam vos ea, quae vobis dicuntur, spernitis, et fraudibus et inequitiae confiditis atque innitimini,

13. Haec culpa vobis erit tanquam ruptura cadens, ut rumor in muro praearlo, cuius repente atque improviso ruptura venit;

14. Cuius fractura est, ut contritio vasis fictilis, irreparabilis, in cuius fragmentis ne testa quidem invenitur, qua ignis de foco capi et aqua e pureo hauriri possit.

15. Dominus Iehovah, Israelitarum numen, promittebat, fore, ut ad quietem conversi salvi evadatis, et spe tranquilla vires vestrae augeantur; sed noluitis.

16. Minime, dicitis, immo equis fugiemus: itaque fugieris: celerrimis equis equitabimus, propterea celeres erunt, qui vos persequuntur.

17. Milleni uno clamante, ad quinorum clamorem omnes fugam petetis, eousque tam rari sint superstites, quam malus in vertice montis, aut vexillum in colle conspicuum. — —

18. Ideo Iehovah auxilium retardabit, differetque vobis opitulari. Iehovah enim Deus est iuris observantissimus. O felices! qui eum exspectant.

19. Etenim non semper lugebitis, vos Sionis et Hierosolymae incolae. Vestrum miserebitur, si clamatis. Simulac audierit, vobis respondebit.

20. Quamvis enim Iehova vos dederit panem afflictionis et aquam miseriae, tamen non amplius in obscuro delitescent doctores vestri, sed vos eos perpetuo ob oculos habebitis.

21. Audietis eos pone vos monentes, si vel ad dextram vel ad sinistram deflectere velitis: haec est via, hac incedite.

22. Tum profanabitis simulacula vestra argento obducta, et auro vestita fusilia a'icietis, ut rem impuram, ut rem foeridam ea habebitis.

23. Tum dabitur pluvia semini, quo agrum consevistis; et cibum omnis generis terra proferet, eumque optimum et praefrantissimum: tum pascent greges vestri in pascuis amplis.

24. Boves atque asini terram colentes farragine mundata vescentur, vanno et ventilabro purgata.

25. In montibus altis et collibus elatis aquarum rivi fluent, die caedis istius magnae, quo turrem corruent.

26. Luna et sol splendebit, et sol septem dierum splendorum adunasse videbitur, tunc quando Iehovah populi sui fracturam obligabit, et vulnus ei infictum sanabit.

27. En Iehovah venit e longinquo, ardet ira eius, grave onus ferens, labia plena sunt indignatione, et lingua est, ut ignis devourans.

28. *Halitus eius ut torrens inundans, ad collem usque pertingit. Motus excitat inter gentes, qui in vanum abibunt, fraenum, quo in devia ducentur, maxillis populorum iniicit.*—

29. *Carmen canetis sicuti nocte festum praecedente; laetabimini, ut illi, qui cum tibiis ad montem Iehovae, ad rupem Israelis ire pergunt.*

30. *Tum sonabit Iehovah voce sua magna et ostenderet potentiam suam ira gravi, et flamma ignis vorantis, dissipacione, imbre et grandine.*

31. *Tonitru enim Iehovae Assur prosternetur, baculo ab ipso percutietur.*

32. *Tunc in omnibus locis, in quibus baculo illo Iehovae graviter est castigatus, tympanis et citharis incedent. Atroci proelio adversus eum pugnabit.*

33. *Olim iam instructa est vallis Topheth, a rege ampliata et dilatata. Pyra materia ignea lignisque multis exstructa est, quam halitus Iehovae instar torrentis sulphurei accendet.*

---

## CARMEN TRIGESIMVM.

(C A P. X X X I.)

## A r g u m e n t u m.

*E*t in hoc carmine, ut in praecedente, varie adhortatur va-  
tes suos minis et promissionibus, ut a fiducia humanorum praesi-  
diorum abstineant. Auxilium ab Aegyptiis petitum damnat,  
primo eleganti comparatione humanas inter et divinas suppe-  
tias instituta, vs. 1—3.; dein promissione de tutela divina,  
qua et servanda sint Hierosolyma, et repulsandi Assyriorum  
exercitus, vs. 4. usque ad finem.

*Carmen hoc eodem tempore, quo praecedens, editum esse,  
argumentum ipsum docet.*

2. (וְגַם הָוֹא חַכְמָה) Novit, inquit, Iehova versutias ho-  
minum, nec illum ullum latere potest consilium, quod ho-  
mines moliuntur contra decreta sua: sed Deus id illis vertit  
in perniciem, ubi ipsi quaerunt salutem, ut tum hi, qui fa-  
ludem apud homines quaerebant, tum illi, apud quos illa  
quaeritur, confundantur. (דְּבָרָיו לֹא רִסְרֵר) *Verba sua non  
abstulit, rata faciet, quae per prophetas dixit: decreta sua  
non rescindet.*

3. (וְסֹסִיתֶת בָּשָׁר וְלֹא רֹוח) GROTIUS: equi eorum non  
sunt substantiae immortalis. Sed rectius hic exhibetur quod  
BATHIVS observat ad GLASSII Philolog. S. p. 821., Hebraeos  
vocabulum רֹוח tropice usurpasse ad virtutem, excellentiam  
et praestantiam indicandam; quod vel hoc loco ex opposi-  
tione vocis רָוֹחַ ad בָּשָׁר apparel, ubi, uti nemo neget  
בָּשָׁר כ-

*infirmitatem et debilitatem indicare, ita per רוח virtutem, robur significare, quisque videbit.* וַיֹּאמֶר (זקן) Si dominus extendat manum suam, corruet auxiliator, id est Aegyptius, ut maxime auxiliari vobis velit, et cadet is, cui fertur auxilium, id est, populus Iudeorum.

4. Capitur hic pro מלא אֱכָתָה, congregatio pastorum, ut Ierem. XII, 6. בְּסִדְחָתָה קָרָא אֶחָדָה מְלָא, clamavit pone τε multitudo: vid. et Genes. XLVIII, 1. זְרֻעָה בְּזִיה מְלָא הַפּוֹתָם. Sicut, inquit, leo non terretur a pastoribus, quando capitam dilacerat praedam, ita nec Iehova, pro Hierosolymis pugnans. עַל, pro, ut saepissime.

5. (כצפרים עפות ונפ) Quidem ita vertunt: *sicut aves volantes, quae scilicet volatu celerrimo opem ferie solent, ita Iehova reget, et quae sequuntur: ut Iehova, Hierosolyma defendens, comparetur fortitudine leoni, vs. 4., velocitate avibus: tunc צפר feminine generis hic esset, ut Deut. XIV, 11. כָּל־צָפֵר בְּטוֹרָה.* Sed optius per עפוח intelliguntur pulli. (גנון ויהציל פסоро והמליט) Ad verb. *protegendo eripit, transundo et evadere facit.* Sed Icite Kianchius monet, voces הצל et המליט, accipiendas esse forma infinitivi, ac si punctatae essent הַצִּיל et הַמְלִיט, eiusdem quoque plura exempla collegit BVXTORFIVS Thesaur. Grammat. L. I. Cap. XVII. Vertendum igitur: *protegendo et eripiendo, parcendo et evadere faciendo.*

6. (שובו יישראל) „Convertimini ad eum, cui profundam fecerunt defecctionem filii Israel, h. e. a quo filii Israel alte defecerunt, tamen rebellionis quodam gurgite mersi; ut de diversis dictum intelligatur. Sed ego de iisdem interpretari malo, hoc modo: revertimini ad eum, filii Israel, a quo enormiter defectum, longissimeque recessum est; perinde ac si dixeris: a quo defecisti, plerique recessisti. Is usus verbi impersonalis, quale אמרו, dixerunt, dictum est, dicitur; קראו, vocarunt, vocatum est, vocatur.“ KOCHERVS. Veteres

res autem העמיך verterunt in persona secunda, non quod ita legerunt, sed quod ea optior ipsis visa esset: conf. not. ad Cap. I, 29. V, 3. 8. Ceterum profundam facere defectio-  
nem nihil aliud significare, quam, summo studio omnibus-  
que viribus aversionem perseQUI, nemo non videt.

7. בַּיּוֹם הַהְרָא (ביוום illa) Die illa, postquam Dei providentiam tam magno et singulari beneficio agnoverint. יִדְיקֵם חֲטָא (ידיקם חטא) Manus vestrae sceleris, i. e. scelestae, adfixum additum no-  
mini regenti, cum alias plerumque addi soleat nominis recto,  
vid. SCHROEDERI Syntax. Nomin. Reg. X. et not. b.

8. Cadet Affur gladio לֹא־אִישׁ non-vir, et gladius non-hominis vorabit eum, i. e. eius, qui plane alias est, quam vir et homo. Scilicet vocula נֶלֶת laepe cum substantivis in unam quasi vocalem coalescit, ad significandum id, quod a re profus diversum, eique oppositum est, veluti Ps. CVII, 40. לֹא־צַדְקָה vastitas uon-via, i. e. plane invia, Job. XVIII, 17. לֹא־שְׂפָם non-nomen ei erit, i. e. infamia publica. Vid. SCHROEDERI Syntax. Particul. Reg. XCIV, γ.  
(ונס נֶר מפני הרוב) Fugiet sibi, i. e. fugiet prae, propterensem illum, de quo antea. Dativus pronominum personarium in hebraico sermone multo etiam saepius, quam in greco aut latino, πλεοναζει exempla collegit STORREVS in Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. pertinentz. pag. 448. 449. Pro נֶר in duobus codicibus et editione Soncinensi legitur נֶל, idemque in suis codicibus legerunt Alexandrini, quos fecutus est Vulgatus. Sunt et clari nominis interpretes, ut Castalio, Doederlein, Dathius, qui receptas lectioni hoc praefrerunt, ut hic exeat sensus: fugient nec gladius eos urgebit: opte sane ad id quod sequitur: בְּחוּרוּ לִמְסֵד יְהוָה, iuvenes sui, selecta manus eius, erunt in liquefactionem, sive dissolutionem, destituti erunt animis, quemvis horrebunt folii strepitum.

9. (סָלַע מִנּוֹר יְעֻבָּר) *Arcem suam p[re]a timore transibit*, fugit etiam ultra casam, ut Latinum proverbium habet. (וְחַחֲרִיכָנָס שְׁרוּר) *Et pavebunt principes eius a signo*, id est, ubique in specula aliqua vexillum videbunt (qualeum mentio supra XXX, 17.), putabunt imminere sibi hostium (Iudeorum) agmina. „Nulla fere imago praecepiti fugae exercitus consternati accommodatior. Gregarii palantur: rex ita festinat, ut munita loca, quo se recipere possit, praetervolet.“ DOEDERLEIN. (נָאָם יְהוָה) Quae adhuc audistis neino dubitet quin futura sint; certus sermo est, et fidelis Iehova, qui perpetuis sacrificiis in templo Hierosolymitano colitur. Id enim *habere focum et furnum* significat.

---

CAP. XXXI. 1. *Vae his, qui Aegyptum auxilii perendi causa abeunt, equis confidunt, fretique curruum numero et equitatus virtute, numen Israelis non respiciunt, nec Iehovam petunt.*

2. *Verum is sapiens est. Malum inducit, dicta sua non mutabit, pugnabit adversus populum istum improbum, et adversus maleficorum auxilium.*

3. *Aegyptii autem homines sunt, non dii, eorumque equi debiles, non invicti. Cum Iehova manum extendat, impinget auxiliator et adiutus, simulque omnes confidentur.* —

4. *Attamen Iehova haec mihi revelavit: quemadmodum strider leo super praedam suum, nec a clamoribus pastorum, contra eum congregatorum, aut eorum tumultu terretur: sic Iehova descendet omnipotens ad pugnandum pro monte Sione et pro colle eius.*

5. *Ut aves pullos, sic Iehova omnipotens proteget Hierosolyma, atque ita proteget, ut eam eripiatur, liberetur, atque omne periculum evadere iubent.*

6. *Redite ad eum, a quo tantopere descitum est, Israelitae!*

7. *Tum vero quisque abiiciet idola sua argentea et aurea,  
quae manus vestras celestae fabricarunt.*

8. *Caderque Assyrius gladio longe alius quam hominis,  
ense longe alius quam viri: terga vertet, haud obversante gla-  
dio; selecta eius manus metu dissipabitur.*

9. *Timore pulsus arcem praeteribit, duces conspecto ve-  
xillo consternabuntur. Haec Iehova dicit, qui ignem suum  
Sione focumque Hierosolymis habet.*

---

# CARMEN TRIGESIMVM PRIMVM.

(CAP. XXXII. vs. 1 — 8.)

*A r g u m e n t u m.*

**H**aec sektio pars videtur carminis maioris, in quo Hiskiae regis regimen laudatur morum mutatione et iustitiae studio insigniendum. A DOEDERLINIO, DATHIO et HENSERO haec pericopa coniungitur cum carmine superiore et proximo; sed quare ratione haec tria inter se cohaereant, ego non satis perspectum habeo. Ut ex adverso nulla necessitas est, hoc caput, autore KOPPIO, in tria carmina dispescendi, quorum primum, quinque versus priores comprehendens, contineat seculi aurei, Messia adventante descriptionem; secundum vero sit (vs. 6. 7. 8.) longioris, alio plane tempore enuntiati, fragmentum; tertium denique reipublicae Iudaicae interitum praenunciet.

---

I. (וְלֹשֶׁרֶם לִמְשָׁפֵט יִשְׁרָג) *Et, quantum ad principes, pro, principes, manente nominativi potestate, cuius constructionis exempla GLASSIVS dabit Philolog. S. pag. 594. ed. Dath. NOLDIVS Concordant. Partic. Hebr. p. 463. STORRIVS Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. pertinent. pag. 289. Simillime Lam Arsbum ante nominativum redundat, vid. SCHULTENSIVM ad Job. XVI, 21. et LETTIVM in Cantic. Deborah, p. 85. — Qualis rex est, tales esse solent principes. Martialis:*

Nempe

*Nempe suos (haec est aulae natura potentis),  
Sed domini mores Caesarianus habet.*

Theuderichus Gothus: *Principis propositum facit aut negligere iudices, aut amare virtutes.*

2. וְהַיָּה אִישׁ (Et est vir, id est, quisque illorum procerum. Rex, inquit, ille, et unusquisque amicorum suorum, est omnium afflictorum refugium, ad quem affliti fugient, haud secus quam homines, qui tempore magnorum ventorum et imbrum ad tutu latibula fugiunt: tam gratus hominibus, quam gratus esse solet locus, in quo abundat sese homines ad iniuriam venti vehementis vitandam.) *Sicut aquarum rivi in arido loco, scil. facientibus iter.*

VIRGILIVS, Ecl. V, 47.

— — quale per aestum

*Dulcis aquae saliente fatus restinguere rivo.*

(בצל סרעיכבד בארץ עיפה) *Sicut umbra petrae ingentis in terra siticulosa, deserta, arboribus vacua.*

3. וְלֹא חשעינה עני ראים (Si verbum referas ad radicem, significatione respiciendi, neutquam sensus commodus exibit, et ad alterum membrum aptus. Hinc varii varies expediendi rationes excogitarunt. Clericus, cui assentitur Lowthius, prioris membra sensum negantem aiente mutat, hoc modo: illum respicient, etc. ut pro הַלֹּא חשעינה legit עירב. ש. a ע. וְלֹא חשעינה legatur. Sed cum nullus codex, nemoque veterum coniecturam hanc confirmet, vix probandum eam censuerim. Michaelis, quem Dathius sequitur, aliis punctis subiectis legit עירב. ש. a ע. וְלֹא חשעינה, illincere, calce obducere, in lingua Chaldaica et Syriaca frequenter obvium. Sed Kocherus, nullum plane virium textui inesse existimans, verbum ע. וְלֹא חשעינה hic interpretandum censet: laxius aperitis et tanquam maioribus oculis aspectare, quod admirantibus, rei adstupentibus, aut opem anxie circumspectantibus evenire solet, quam significationem linguae Arabicæ operi firmius adstruere tentavit. Ego tamen dubito, an: nec an.

xie circumspiciant oculi videntium, satis conveniat cum altero membro. Optimam igitur sententiam mihi videtur dixisse Kimchius, שעה hoc loco significatione convenire cum עעה, quod supra VI, 10. occurrit. Apud Syros certe et עלה (quod tamen in coniugatione Aphel tantummodo occurrit), et לְהָ, utrumque illinendi notione sumitur. Pro שמעים quidam codd. legunt חדשים, ex conjectura. — Quod integri versus sensum attinet, rectum a Grotio visum puto, qui prius illud: *non caligabunt oculi videntium*, interpretatur: non erunt, qui se prophetas dicant falsa visa adferentes (nam רַאֲהֶה saepe pro prophetis diei, notum est, e. c. I Sam. IX, 9. 11. I Chron. IX, 22. Ies. XXX, 10.), et alterum, et aures audientium diligenter auscultabunt, veris prophetis praebebitur audientia. Aliis forsitan praeplacet ווגע sententia: „*Videntes et audientes iidem sunt*, quos Cap. XXIX, 18. *coecos et surdos appellaverat*. Scilicet, qui ad omnes aliorum persecutions quasi coecos et surdos agere coacti erant. *Videntes et audientes iam nominat*, quoniam nunc se adversariis suis audacter possent opponere.“

4. נִמְהָרִים (וּלְבֵב נִמְהָרִים יִבְין לְדֻעָה) hic sunt *praecipaces in iudicando et agendo*, insipientes, stolidi. Hi sapiunt et ad meliora redeunt. (וּלְשׁוֹן־צָחוֹת) Hi, quorum lingua balba fuit in eloquiis divinis, a modo diserte et eleganter loquuntur de lege Iehovae. Verbum צָהָר hic ea significatio ne tumi potest, qua haud raro occurrit apud Aramaeos, *peritus, excelsus est*, vide Malach. III, 5. Proverb. XXII, 29.

et confer Syriacum קְلָטָרִים, CASTELLI Lexic. Heptagl. p. 1607. ASSEMANNI Bibl. Orcul. T. I. p. 181. צָחָות, *nitida*, i. e. facunda verba, q. d. prompte, expedite et facunde loquuntur proba, legibus Iehovae convenientia.

5. גְּדִירָב עֹור כְּנַבֵּל נְדִיבָה (לֹא יִקְרָא עֹור כְּנַבֵּל נְדִיבָה) Grotius, εὐεγενεῖν, *beneficium*, honestam appellationem viri principis esse purat.

Stul-

*Stultos* vero, sive insipientes vocari putat, qui Dei providentiam non credunt. Sed membrorum parallelismus docet, נְדִיבָה propria significacione *ingenui sumendum esse*, atque נְכָל, *stultum*, esse hominem divitem et illiberalem, qui de bonis suis aliis nihil largitur, et, si quippiam largitur, facit id maligno animo. Sub tyrannis mutantur vocabula; nomina vitiorum dantur virtutibus, et iudicia non sunt libera: non ita sub bono principe, et ubi res publica bene ordinata fuerit. וּלְכֹלְיוֹ לֹא יַאֲמֵר שָׁרוּץ Idem quod in priori membro dictum fuit. „Ahasi tempore, ut Romae Sallustii, vera rerum nomina amissa erant. Melius aevum omnia verae dignitati restituit.“ DOEDERLEIN.

6. Caussas reddit, cur bonus rex neque impiis, neque avaris mandare debeat magistratus. Impius loquitur impia, et sic multos corrumpit (conf. infra vs. 8. עז). Ita recte Grotius. Sed DOEDERLEIN in hoc commitate sacerdotes describi existimat, qui falsis vaticiniis quaestus causa Iehovae nomen praeverterent, coll. Cap. XXX, 10. XXVIII, 13. VOGELIUS: „De stulto publice adseri poterit, stulta esse, quae adserit. Ad hunc modum etiam sequentia explicanda sunt.“ Eadem Dathii videtur sententia fuisse, qui vertit: *agnoscetur hominis profani profanitas*, et quae sequuntur: et in nota subiecta verba activa huius et sequentis verius *rei cognitionem* indicare monet (GLASSII Philolog. S. Can. XVII. de Verbo pag. 225.), explicare enim verum praecedentem. עז יעשה, *machinatur*, ut admittat impietatem; nihil aliud cogitat, quam de iniuria inferenda. Nulla religio enim ab iniustis factis prohibet. לְעֹשֶׂת חַקָּק בְּנֵי יִשְׂרָאֵל recte explicit *verba erronea*, a veritate aliena, sive potius, quae seducunt, putantes scilicet, Dei providentiam sese ad haec inferiora non extendere. Pro אֵל quidam codd. legunt עז, quod praefert Lowthius. Sed אֵל etiam saepe eadem notione, qua עז pollet, *de*, occurre-re, notum est. Sensus est, protanos istos homines aliorum fidem

fidem in Deum, eiusque providentiam, labefactare, pio-  
que solatio ex illa percipiendo privare.

7. Grotius hunc versum reddit: *Arma avari Kimchius bene exponit conditiones malas, quibus avarus circumvenit simplices et pauperes. Ceterum observa paronomasiam inter et כלי (כלי ענויים) Invenit commenta vafra. פלרי Pro ענויים, mansuetis, Masorethae ענויים, id est, pauperes, legi iubent. Sensus non multo differt, nam עני, pauper, et ענו, mansuetus, atque אביוון, egenus, saepe alternantur in libris Hebraeis. ובדבר אביוון משפט Idque in loquendo, si- ve, quamvis egenus loquatur ius, quamvis egeni caussa sit iusta.*

8. Grotius hunc versum reddit: *Princeps erit, qui ge-  
nerosa cogitabit, et in generosis actionibus perstabit. Est ar-  
gumentum, inquit, οὗτος ἐπιμολογιας, nam נדיב, princeps, a  
generositate nomen habet. Rectius forsitan vertitur: At in-  
genius ingenue consuler: manifesta enim oppositio est inter  
avaros iniustosque, de quibus in superioribus, et inter inge-  
nuos et beneficos, magistratus intellige. ויהו על נדיבותה יקרם  
Perstabit in generositate, animo ingenuo, nulla re ab inge-  
nue sentiendi agendique ratione avocari poterit. Alii ver-  
tunt: egregie facta defendant. Sed nostra interpretatio con-  
firmatur simili verbi קرم utu apud Arabes, qui  
يقوم على شيء super aliqua re perstitit usurpant de eo,  
qui rei alicui intentus est, eamque maxima cura urget.*

CAP. XXXII. I. *En! iuste regnabit rex, et principes  
ex aequo imperabunt.*

2. *Quisque eorum veluti protectio erit adversus ventum,  
confugium adversus imbre. Ut rivi aquarum in loco arido,  
ut umbra rupis praealtae in terra siticulosa.*

3. Non amplius illitos habebunt oculos illi qui videre debent, et aures praebebunt, qui audire debent.
4. Praecipites animo et iudicio sapient, atque balborum lingua expedite proba proferet.
5. Socors non amplius dicerur vir egregius, nec tenax vocabitur liberalis.
6. Nam socors inutilia profert, et animo mala machinatur, ad stabiliendam profanitatem, et ad errores de Deo disseminandos, ad praeripiendum esurienti cibum, et ad privandum potu sipientem.
7. Avari instrumenta mala, scelerata consilia init, quomodo probos mendaciis circumveniat, et ubi iusta pauperum est causa.
8. At ingenuus ingenue consulit, et constans animi integritatem servat.

CARMEN TRIGESIMVM  
SECUNDVM.

(CAP. XXXII. 9 — 20.)

*A r g u m e n t u m.*

**P**riore carminis parte (v. 9—14.) praedicitur urbium Iudeae et totius terrae vastatio. Sed posteriore parte (v. 15 —20.) vates, uti fere solet, promissionem addit, de hostium interitu, deque re publica in statum novum et meliorem, quam antea, restituenda.

Utrum vates in hoc carmine de Senacheribi irruptione, an de destructione extrema, a Nebucadnezare terrae illata, loquatur, interpretes dissentunt: nec ego certi quidquam de tempore, quo hoc carmen editum sit definiverim, cum certis temporis indiciis hic omnino destituamur.

9. נשים שאכנורו) *Mulieres*, quas hic alloquitur vates, non proprias esse intelligendas, quod post Grotium et placuit Doederlinio, sed figuratas, nempe *urbes*, quae non solum בחרלון et בגורות, sed et גשים dicuntur, Ezech. XVI, 41., totius orationis tenor videtur arguere. Etenim propheta nihil dicit, quod ad mulieres in specie pertineat, ut Cap. III, 16., ubi earum luxum et mollitiem reprehendit. Recte igitur KIMCHIVS: „*Mulieres iuxta Thargum provinciae*, et ita *filiae redditur urbes*: alloquitur civitates Iudeae, quae arbitrabantur se futuras tranquillas et tutas.“ Et aliis ex Hebraeis: „*Per mulieres intelligit civitates, et per filias loca minera*

minors, ut sunt castella et villae.“ שָׁנָנוֹת, *tranquillae*, i. e. divites, luxuriantes, urbes et vici Iudeae prospere, hilariter ac securè ad omnem copiam et abundanciam pasti. בְּטוּחוֹת, *securae*, quae vivitis in magna fiducia et securitate.

ו. ימים על שנה חרוננה Per plures interpretes *biennium* intelligendum autumant, Kimchium sequuti, qui על pro עם possum, ut Exod. XXXV, 22., et מ' annum hic notare observans, ut Exod. XIII, 10., Levit. XXV, 29., phrasin nostram interpretatur, *annum post annum*, i. e. biennium trepidabitis etc. Indicari igitur putat non tempus, quo calamitas illa afflictura sit Iudeos, sed quamdiu duratura illa sit. Mihi tamen optimo verti videtur: *post plures dies ultra annum*, i. e. brevi, trepidabitis et commovebitis. Idem tempus definiendi modulus, quilibet *triennium* et *dimidium* pro tempore longiore; vid. EICHHORNII *Commentar. in Apocalypf.* Tom. II. pag. 60. — כִּי כֹלֶה בַּצְּרָבָאָסְפָּה בְּלֵי יְבוֹא Terra Iudaica per hostium vastationem frustrabitur spem communem incolarum eius, qui fructibus eius uberibus et optimi generis non ad necessitatem solum, verum etiam ad delicias fruebantur. Vox חַטָּה h. l. notat collectionem et comparationem fructuum tempore messis, quam Graeci vocant συλλογην, sive συγκομιδην, καρπων, et sumitur hac significatione ἐλαστικας pro collectione sive comportatione fructuum Mich. VII, 1. perinde ac Exod. XXIII, 16. Utraque autem non tam respicit ad messem vernam, hordei, tritici, frumenti, quam ad aestivam sive autumnalem, ficuum, uvarum, olivarum, quae dicebatur collectio קִיּן, aestatis, sive autumni.

ח' הרורו שָׁנָנוֹת Exspectares sive חרוננה, ut proxime antea vs. 9. קָרְמָנָה, מְעֻנָּה: sed iungit vates terminationem masculini voci generis femineli. Ratio petenda ex eo, quod ad vs. 9. monuimus, prophetam per malieres tranquillas intelligere urbes Iudeae et earum incolas. פְּשָׁתָה (רְגֹזָה בְּטוּחוֹת) Vox רְגֹזָה, ut et sequentes ערורה, חֲנוּרָה, עֲרוּרָה, Y y cuius

cuius formæ sint, disceptant Grammatici, Imperativi an Infinitivi. Si posterius obtinet; omnino statuendum est, Infinitivi formam hic pro Imperativo usurpari, ut saepe alias: est enim Imperativus proprie infinitivus, rem postulatam significans, veluti עטמְשׁ Deut. I, 16. valet audite: XXXI, 26. תִּקְרַב sumite, cf. Ios. I, 13. Vid. SCHROEDERI Syntax. Verbor. Reg. LIV. c. ubi locus noster sic redditur: trepidate, tranquillae, contremiscite securae, spoliate, scil. corpus, et nudate, et accingite saccum super lumbos. Conf. STORRI Observatt. ad Analog. et Synt. Hebr. p. 167. Sic רגזה esset forma קָרֵב Infinitivi cum ה paragogico, et פשטה formā קָרֵב item cum ה parsogogico; conf. SCHROEDERI Institut. Ling. Hebr. Reg. CLXV. a. α. η. i. Aliis רגזה est imperativus, contraet scriptus pro רגזה, elisa littera ב, Kimchio autore, qui triplicem dari Imperativi formam dicit; unam quidem perfectam, imperfectas duas, in quarum altera elidatur ה finale, altera י, ut hoc in loco רגזה. Sed nulla huius generis exempla producit. וערה וחנורה על חלציהם (פשטה) Cum urbes Iudaicas semel intulisset sub imagine mulierum, recte persistit noster in similitudine incepta, proque simplifici: lugete vos incolae urbium Iudeae, ornate dicit, laxis fluentibusque, quas luxus amat, exutis vestibus induendas illis esse vesteſ folidas et arctas in gravissimi luctus signum. Verbum וערה cocceius ad עור excitari refert, pergit, addens, trepidationem denuntiare, et quidem ut subitam, tanquam si in nocte superveniat malum, iubet vesteſ ponere, et vigilare vel excitari, ut exiliendum sit e lecto, et non quidem vesteſ induenda, sed vix lumbi regendi proprieſ fugam. Sed totus contextus manifeste docet, voceim וערה, quamquam formata sit ad analogiam verbi עור, adsciscere significacionem affinis וערה, nudare. Post subintelligendum est קש, conf. supra XX, 2. Ierem. XLVIII, 37. Amos VIII, 10. quod tamen omisſum est, ut hic, Ios. I, 13. וחנרו וספדו הכהנים. Unde non est necesse, vocem illam textui inserere, ut Lowthus facienda putat.

12. Ad verbum: *plangentes super, si-  
ve, ob, ubera.* Sed hic difficultas est, in eo, quod סְפָרִים terminatione *masculina* usurpatur de *mulieribus*. Hinc DOE-  
DERLEIN pro שְׁרוּם legendum putat שְׁרוּם, LOWTHIVS, paul-  
lo audacius, praeter hanc mutationem, et pro סְפָרִים reponendum iubet, Alexandrini, Vulgati, Syrique autorita-  
te fultus, qui in *Imperativo* vertunt. Verum si pro شְׁרוּם legatur שְׁרוּם, voce in סְפָרִים tentare, nulla necessitas est: et quod antiqui illi interpretes in imperativo verterunt, in eo haud dubie sensum magis et sermonis elegantiam respexerunt, quam singulorum verborum formam. Sed et levior illa mutatio vocis שְׁרוּם in שְׁרוּם nec codicis, nec interpretis alicuius veteris testimonio confirmatur, quod posterius quidem mirari possis, quum sine punctis vocalibus legenti, facilius שְׁרוּם, bonum haud dubie hic sensum reddens, in mentem venire potuisse, quam שְׁרוּם. Retinen-  
dum igitur omnino quod in omnibus, adhuc collatis, codi-  
cibus legitur: שְׁרוּם סְפָרִים עַל, ubi in eo, quod סְפָרִים de mulieribus usurpetur, nullam invenies difficultatem, si cogi-  
tes, terminationem masculinam, ut in ipso נִשְׁׂאִים, mulierum, nomine, sic alibi occurrere, cum non *mulier*, sed *homo*, non *sexus*, sed *numerus*, spectatur; conf. et not. ad pro חַנְרָה vs. proxime anteced. Iam vero quod ad verborum sensum attinet, magna interpretum discrepantia est. LVDOV. de DIEU vertit, propter *ubera plangentia*, ut שְׁרוּם idem sit, quod apud Hoseam IX, 14. שְׁרוּם צוּמָקָרָם, *ubera arenaria*. Quod plane est coactum. *Ubera*, sive rectius, *pectora*, dici possunt *plangi*, feriri (quae vera vocis notatio est antiqui usus), sed non, *plangere*. COCCEIUS: *tundunt ubera*: quo etiam spectat annotatio GROTI: ob penuriam lactis mulierum. Seneca in *Troadibus*:

— — *Tibi maternis ubera palmis  
Laniata iacent.*

Consentit JARCHIVS: יטפחו על לבם (סְפָרִים) Plangentes Cor suum, sive, pectora sua, feriunt. Verum recte huic in-

terpretationi obiicit Vitrunga, particulam **לְ** constructam cum **סָכַד** ubique notare *causam luctus*, veluti Ierem. IV, 8. **עַל־צָהָב** propter hoc accingimini saccis, **סִפְרָה** plangite et eiulate: Mich. I, 8. **עַל־זָהָב אֲסֶפֶרָה**, propter hoc plangam et eielabo. Zach. XII, 10. **עַל־סִפְרָה עַל־זָהָב עַל־חַמְקָרִיד** **קְטַבְּדָה**, et plangent propter ipsum, ut planctus est propter unigenitum. Accedit, hoc nostro loco particulam **לְ** bis repeti significacione: *ob*, *propter*. Dicuntur praeterea *ubera* non *tundi*, sed *laniari*, *lacerari*, vid. e. c. Luc. XXIII, 48. Alii per *ubera* hic *synecdochice liberos*, et quidem filios designari putent, quos bello interemtos plangendo lugerent matres, de quibus sermo continuatur. Sic Sanctius, adductis locis Genes. XLIX, 25. et Hos. IX, 14. Alii *luctum propter ubera* expoununt de *caritate annonae*, qua fieret, ut *ubera* matrum marcescerent. Kimchius: **עַל שְׁרוֹם שְׁחוֹר צוֹמְקִים מִהְרָעָב** *propter ubera*, scil. *marcida ex fame*. **DATHIVS** *propter agros* verit: putat scilicet vocem **שְׁרֵךְ** hic eadem significatione occurtere, qua **εὐθεῖα** similiter *uber*, *mammam* significans, occurrit apud Homerum Iliad. IX, 141., ubi **εὐθεῖα ἀγρῶν**, est *ubertas telluris*, ager feracitate insignis, **η εὐκαρπος γη**. Id tam bene convenit membro sequenti, ut ego huic ingeniosae interpretationi accedere non dubitem. In eorum tamen gratiam, quibus forsitan interpretatio illa non satis certa videntur, quod **מִידָה** in libris Hebraicis, nobis superstitionibus, hac notione amplius non occurrit, Vitrangae appono sententiam, qui per *ubera* hie intelligit matres familiiss lactantes tenellos suos, ab *uberibus* pendentes, quarum hoc tempore calamitatis communis esset luctuosissima conditio. Confert effatum Iesu Matth. XXIV, 19., ubi extremam Hierosolymorum calamitatem describit: *Vae autem gravidis καὶ ταῖς θηλαζσσαις* et Luc. XXIII, 29. Nam ecce venient dies, quibus dicent, *beatae steriles*, et *uteri*, *quae non genuerunt*, *καὶ μαστοῖ*, *οἵ γινέταις*, et *ubera*, *quae non laetaverunt*. Putat Vitrunga, Iesum respexisse tum ad locum hunc nostrum, tum ad parallelm Hoseae IX, 14. *Da iis Iehova!* Quid ve-

*ro dabis? Da iis uterum aborientem, et ubera arscentia.*  
 Sensus loci, inquit, nullum eius tempore calamitatis beneficium maius moderaminis divinae severitatis dari posse, quam ut matres familias nulos gignerent et lactarent liberos.

13. **עַל אָדמָחַ חָלָה**) Signum vastationis maxime, terraeque incolis suis, sive bello interemptis, sive in exilium abductis nudatae. Confer supra Cap. V, c. VII, 23—25. ubi eadem res eadem imagine depicta invenitur. In verbis **שִׁיחָר שְׂמֵיר** deest copula, ut saepe alias. **(כִּי עַל יְהוָה)** Quomodo vocula **כִּי** hic sit explicanda, interpres dissentunt. Vulgarem significationem, nam, *quia*, retinens Ludovicus de Dieu, versum nostrum ita reddit: *super terram populi mei spina, sentis ascendet, quia propter omnes domos gaudii civitas exultabunda est.* Sensus secundum ipsum: *ferre diutius Deus non potest huius civitatis luxum et perulantiam, omnes domus plenae sunt gaudio, et quae sequuntur.* Verum cum in toto hoc carmine vates vastationem terrae Iudaicae non ut poenam ob criminis et sceleris immisum sistat, sed deploret illam tantummodo et depingat; Ludovici de Dieu interpretationem orationis tenori non satis congruam existimo. Alii interpres, ut Iunius, Tremellius et Cocceius **כִּי** nomen esse putant, a radice **כְּוִיה**, *adustionem* significans, quasi significatione aderat supra III, 24. Ut nomen vocem nostram et accipit Michaelis, sed vertit illam *urticam*, ab eadem illa radice **כְּוִיה**, quasi ab *urendo* dictam, unde et Arabibus **بَنْتُ النَّارِ**, *filia ignis*, dicitur. Certe huic loco melius convenit nomen dumeti aut herbae invisa, in aedium pulicarum ruinis luxuriantis, quam particula caustalis, quae omnino languidi quid habet. Notum insuper est, urticam in aedium ruderibus se icissime provenire, nec id modo spud nos, sed et in Oriente. HASSELQVIST pag. 525. 526. *Florae Aegyptiacae; urtica Aegypti maxima, — locus Aegypti rudera, mense Martio.* Quibus tamen non satis certum

videtur, כי urticam notare, quum praeter etymologicam rationem nullum aliud argumentum pro illa significatione proferri possit; ii particulam כי et gradationis et exaggerationis usu in libris Hebraeis occurrere sciant, vid. supra V, 10. VII, 22. Addendum Ieol I, 12. *Vitis exaruit et ficus languet, כי, immo exaruit gaudium a filiis hominum.* (בָּחוֹ מִשְׁרַׁשׁ) *Domus gaudii* haud dubie sunt villae amoenaे procerum in agris aut suburbanis ad delicias captandas exstructae. Nam cum עַלְיוֹן, vocem משׁרַׁשׁ coniungere vetant Masorethae, dum eam punctarunt notis *status absoluti*, eique superposuerunt accentum *distinctivum*. Non sunt itaque vertenda verba: *super omnes domos gaudii civitatis exultabundae*; neque etiam, *super omnes domos gaudii in urbe exultabunda*: sed: *super omnes domus voluptarias, civitatem exultabundam*; per modum gradationis: *super domos gaudii*, et vero *super ipsam quoque civitatem exultabundam*, i. e. plenam luxu et laetitia, conf. supra XXII, 2. XXIII, 2.

14. (ארמן נטש) Palatia vacabunt. Vitrunga, Cocciūm secutus, cui praeivit Chaldaeus, בֵּית מִקְדָּשׁ hie ponens, intelligit sub templum Hierosolymitanum, quod alias etiam nominibus בִּירָה, הַיכָּל, insignitur, veluti 1 Chron. XXIX, 1. Matth. XXIII, 38. coll. Ps. LXIX, 26. Ut sensus sit: templum, olim tot sacerdotibus, muneribus sacrī fungentibus plenum, totque hominum myriadibus frequentatum, nunc vacuum est atque desertum. Hic tamen contextui convenientius videtur, ארמן collective sumere, et procerum palaria intelligere. (המונָע עִיר נָזֶב) Multitudo urbis hic est urbs multitudine hominum strepera et frequens, quem loquendi modum *hypallagen* vocare solent Grammatici: ut γενναὶ τὰ πυρὸς pro πυρὶ τῆς γενναῖς concubitus seminis, pro semine concubitus; νομοὶ δικαιοσύνης pro δικαιοῦ τὰ νομοὶ, et plura huius generis. (על—עדרים) Loca munitissima urbis usque adeo erunt deserta, ut tanquam antra et speluncae solummodo inserviant praedatoribus

toribus vel peregrinatoribus, qui se in iis occident; vel ferarum aut gregum vagis ac tumultuariis incursionibus exposita iacebunt. Hieronymus haec verba vertit: *tenebrae et palpato* (palpitatio) *fæctæ sunt super speluncas usque in aeternum*, unde Grotius colligit, illum in suo codice legisse עַרְפֵל וּבָחָל. Sufficit, de nostra lectionis veritate non esse dubitandum. עַפְל, Ophel (quod proprie notat *tumulum*, vid. SCHROEDERI *Observatt. ad Origg. Hebr. p. 50.*, ubi origo variaeque vocis significations enucleatae egregie sunt), fuit *clivus Orientalis* montis Zionis, muro proprio circumdatus et a Zione separatus ad meridiem templi (templum enim ad austrum partim Zionem respexit, partim hunc clivum), excurrens ad *murum usque templi orientalem*, unde Michae, Cap. IV. 8., est יְמִין בְּצִיּוֹן עַפְל בְּצִיּוֹן, *Ophel filiae Zionis*, i. e. *clivus Zionis*, nam *filia Zion* est ipsa Zion. Mentio sit huius clivi Nehem. III, 26. 27. 2 Chron. XXVII, 3. בְּחַנְן fuisse *turrem* vel *speculam* satis patet ex loco parallelo Cap. XXIII, 13. coll. cum Ierem. VI, 27., in quibus בְּחַנְן obtinet notiōnem *turris exploratoriae*. Sed cum in muro, et forsan etiam in palatiis regiis, plures fuerint *turres* (cf. Ps. XLVIII, 13.) quae hic intelligenda sit turris, haud facile quis defini- verit. Veri tamen specie non caret Vitrinæ, aliorumque sententia, vatem fortasse hic respicere *turrim* seu *speculam* altam et prominentem palatii regi, quod fuit in Ophel, cuius exerta mentio fit Nehem. III, 25. *Turris illa insignis* [הַמְּגֻדֶּל] *prominenſ*, [אֲגַדְּלָה] *egrediens*, (prodiens) *ex domo regia superiore*, quæ *proxima est atrio* sive *aulae custodiae publicae* (conf. Clericum ad loc.) Mox rursus vs. 27. נְזָעֵק לְמִגְדָּל הַמְּגֻדֶּל, *turris magna illa prominens*. In sensu plane contrarium MIGHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr. P. I. p. 168.* verba nostra vertit: *urbs quæ olim fuerat, nunc erit clivus, et Nomadum nocturna mansio*, collato nimis <sup>5, 61</sup> *Arabum* *الْجَزِيز*, *mansio Arabum campestrium.* -- בְּצִרְעָה possumus hic esse pro *servili*, habere enim hanc dictio-

nem significationem litterarum servilium, et ita usurpari pro  
v Genes. XXVI, 8. bona est Kimchii observatio. עַד עֲוָלָם  
hic tantummodo *longum tempus* significare, manifeste patet  
ex eo, quod verbu proxime sequenti *terminus ad quem* sta-  
tim additur. מִרְעָה עֲדֹרִים) BOCHARTVS Hieroz. P. I. Lib. III.  
Cap. XVI. observat, pro עֲדֹרִים, *onagros, asinos sylvestres*, coll. Job.  
XXXIX, 5. et Dan. V, 21., et si ille nihil hic mutatum ve-  
lit ob lectionis communis constantiam, et consensuum anti-  
quae versionis Alexandrinae, quae hic habet βοσκηματα ποιπ-  
νων, sic enim legendum pro ποιπνευων. Sequitur tamen hanc  
coniecturam Doedelein, vertitque *onagrorum delicias gregumque mansiones*. Verum nulla hic urget necessitas lectio-  
nem mutandi. *Pascuum gregum* hic non accipitur de *pascuo*  
*stabili*, sed de *vago* et *tumultuario*, quomodo pastores Ara-  
bes *vagos* ducentes ovium et caprarum greges eos promis-  
cue finunt recumbere et in locis quoque incultis herbida  
sponte nata carpere: plane eodem tensu, quo supra Csp.  
VII, 25. poeta de praestantioribus montibus frugiferis, ait,  
tempore defolationis terrae fore *in missione bovis et concul-  
cationem parvae pecudis*.

15. (צְדִיקָה עַל־נִזְרָה רוח מְטוּרָם) Haec verba optime  
interpretatus est Kimchius: „donec effundatur super nos sp̄i-  
ritus, i. e. voluntas, ab excelfo: quasi dicat, erit haec va-  
statio, donec veluerit Iehova: nam *spiritus* hic est *voluntas*,  
*beneplacitum*, veluti Ezech. I, 12. נֶלֶךְ הַרְחֵב כָּל־אָשָׁר פָּנָה, quocunque animus fuit cundi.“ Eadem significatione רוח oc-  
currit Etai. XL, 13. Ezech. I, 20. Zach. VI, 8. Conf. NOL-  
DII Concordant. Particularr. Annott. et Vindice. pag. 77C-  
nott. 355. Verbum נָרַח in Piel proprie notat nudare, de-  
nudare, inde effundere, quia vasa effusis liquidis nudantur.  
Sic sumitur Genes. XXIV, 20. וְקַעַר כְּרֻתָּה, et denudabat Re-  
becca scutam suam, evacuabat, effundendo aquam. Eadem  
significatione verbum נָרַח occurrit infra C. LIII, 12. מְטוּרָם,

*ex alto*, i. e. a Iehova. — DOEDERLEIN vertit: *donec res nostrae vento secundo restorescant*, vocem יערות conferens cum Arabum עיר, *virescere*, coll. Pl. XXXVII, 35. וְהִרְחָה (רַחֲבָה) Varie haec verba accipiuntur ab interpretibus. Non nulli, ut Grotius et Dathius, conferunt similem phrasin, supra Cap. XXIX, 17., et hanc nostram non minus quam illam proverbialem putant, qua subita, eaque felicissima, rerum mutatio indicetur, et comparatio sit in eo, quod humile opponatur elato, hoc sensu: sublimes Assyri deiiciuntur, Hebrei afflitti fient victores: conf. not. supra ad Cap. XXIX, 17. Verum locus ille a nostro diversus videtur: hic enim opponuntur *desertum* et *Carmel*, illic *Carmel* altiori *Libano*. KIMCHIUS: „et erit desertum in Carmelum, id quod est desertum, erit Carmelus, qui est locus seminis, et agrorum proventus, et arborum frutiferarum; et Carmelus in sylvans reputabitur, prae multitudine arborum, quasi dicat. ascendent Israelitae ab uno felicitatis gradu ad alterum.“ Similiter Vatablus vocem יער pro sylva pomifera, et horto amoenissimo, qui vel felicissimam sagram supereret, positam putat. Mihi rectum vidisse videtur LUDOV. de DIEU, qui, dispiciant, “ inquit, „erudit, an non רֵא in לִיעָר possit esse tertii casus, ac veri, et arvum sylvae reputabitur, eadem phrasis ac sensu cum vs. s. בְּרִיב non vocabitur amplius stulto ingenuus, גְּלִיבִיר לֹא נָמֵר שׁוֹעַ, et avaro non dicetur liberalis, id est, stultus non vocabitur amplius ingenuus, neque avarus dicetur liberalis: ita hoc loco, et arvum sylvae reputabitur, id est, sylva reputabitur arvum; ita ut לִיעָר substantium enunciationis sit, פְּרָטָל praedicatum: sitque idem, quod aliis verbis in priori membro dixit, erit desertum in arvum. Nec obstat, quod elegansior videatur futura fuisse oratio, si non repetivisset vocem בְּרִיב, sed et pro ea aliam substituisset: idem enim factum videmus infra vs. 17., ubi in posteriori membro repetitur בְּרִיב, mutatur autem בְּרִיב in גְּלִיבִיר, et להלֹם in טְקַשְׁתָּר, eodem plane in utroque membro sensu.“

16. In republica hoc modo in meliorcm statnm restituta, res tam sacrae, quam civiles, optime administrabuntur; id enim exprimunt טשפְתָה וְדָקָר בְּמִרְבָּר. *in deserto*, in Carmelem converso, vid vs. praeced.

17. 18. Hinc inconcussa pax et omnimoda felicitas novam rempublicam beabunt.

19. Mire exerceuit hoc comma interpretes tam Hebraeos quam Christianos. Memorabo potiores tantummodo interpretandi modos. Alii proprie intelligunt hunc versum, alii figurate de hostium interitu. 1) Illi interpretationem sic instituunt: *grandinabit in descensu*, i. e. in imo, *sylvae*, i. e. quando grandinaverit, non cadet grando super civitatem, nec super lata, sed in sylvis, ne laedat ea: *et in humilitate*, i. e. in valle, *desidebit civitas*, q. d. olim in locis editis et altioribus exstruere civitates solebant, quo difficilior ad eas aditus esset: in nova republica vero eam tutelam populo suo Iehova praestabit, ut solitis munitionibus minime sit opus, et civitas tuto poterit considere in valle.— Coacta, si quid video, interpretatio, nec sensus satis dignus. Praferenda igitur omnino 2) altera interpretatio, qua per יְצֵא, id est, *montes silvosos*, hostes Assyrii, perque urbem humiliandam Babylon urbs intelligitur. Cum antea de pace inconcussa, qua nova respublica fruitura sit, locutus esset, nunc veterem illius hostem plane deletum iri, subiicit ברד vero poenae divinae imago est, ut supra XXVIII, 2. 17. ברד הַיּוֹרֶה, *in descensu*, i. e. cadente, ruente (sic יַרְדֵּן occurrit Deut. XXVIII, 52.) *sylva*. Cum posteriore commatis nostri membro conferendus locus parallelus supra XXVI, 5. *Quia depresso habitatores celsitatis, urbem elatam: humiliabit eam usque ad terram, fecit eam pertingere ad pulverem.* Similem sensum iam vidit Ephraem Syrus, sub saltu Assyriorum regnum, sub civitate magnifica Assyriorum castra intelligens. DOEDERLEIN versum hunc vertit: *turusque (populus meus, ex vs. praeced.) peragrabit arva, et civitas hu-*

*miles*

*miles valles petet.* „Sequor, in nota subiecta inquit, lectio-  
neum unius codicis רירד, qui SECKERI conjecturam confir-  
mat, conf. Zachar. XI, 2. Describitur autem status tranquil-  
lus. vid. infra LXIII, 8. dum et per arva vagari libere licet, et  
urbs olim obessa iam amoenitatem vallium fruendam evo-  
lat.“ Quia pro בשפלה Syrus posuit לְאַלְמָנָה, in modum planitiei humiliabitur urbs, Lowthius in illa voce  
ב in ב mutare non dubitat. Equidem בשפלה a Syro le-  
ctuum esse in suo codice non negarim: at necessaria mutatio  
non est. Meretur adhuc, quae adscribatur, HENSLERI in-  
terpretatio: des Forstes Abhang treffe Hagel, tief im Thale  
liegt die Stadt: quasi dixisset poeta: sicut civitas, in valle si-  
ta, saepe tuta est a grandine, qui saltum vicinum, in monte  
situm, depopulatur, ita, dum aliae régiones variis calamita-  
tibus percussae erunt, Iudeae urbes amoena fruentur tran-  
quilitate.

20. Omnium bonorum copia et affluentia erit.  
זֶרַע עַל כָּל מִקְםֵת, qui seretis ad omnes aquas, i. e. vos Iu-  
daeи, qui sementem facietis in locis irriguis, et ob id valde  
feracibus. מַשְׁלָחִי רֶגֶל הַשּׁוֹר וְהַחֲמֹר Tanta omnium fru-  
gum copia, ut etiam iumentis permissoi sitis ibi pasei. Vide  
supra XXX, 24.

CAP. XXXII. 9. *Mulieres tranquillae, agite, audite  
me! et vos securae, advertite aures ad ea, quae dicam.*

10. *Praeserlapso anno et diebus aliquot trepidabitis,  
nam intercepta est vindemia, messis nulla.*

11. *Trepidate, tranquillae, commovemini, securae, exu-  
ite, nudate vos, vestes lugubres induite.*

12. *Propter agros, propter agros fertilissimos, propter  
vites frugiferas plorantes.*

13. *In agris populi mei sentes crescent et vepres, urticae  
in omnibus domibus voluptatis, in civitate laetitia resonante.*

14. *Palatia erunt deserta, urbs tumultuosa derelicta,  
Ophel et turris speculatoria speluncae erunt per plura secula,  
gaudium onagrorum, pascua gregum.*

15. *Donec iubente Iehova desertum in arvum frugiferum,  
et arvum frugiferum in sylvam transmutetur.*

16. *Tum in deserto habitabit iudicium, et in arvo fru-  
gifero iustitia sedem seget.*

17. *Eritque opus iustitiae pax, et effectus iustitiae secu-  
rita et tranquillitas in perpetuum.*

18. *Tum populus meus in terra pacata habitabit, in  
mansib[us] iustis, sedibusque beatis.*

19. *Grando autem deiicitur saltu isto ruente, atque urbs  
ista ad imum statum redigetur.*

20. *O vos beatos! qui iuxta omnes rivos seretis, bove et  
asino libere ubique pascente.*

---

# CARMEN TRIGESIMVM TERTIVM.

(C A P. XXXIII.)

*A r g u m e n t u m.*

*A*póstrophe ad magnum aliquem vastatorem directa, quā extitum ipsi vicinum denunciatur, carmen exorditur (vſ. 1.). Infertur populus Iudaicus, ad summam angustiam ab illo redactus, auxilium plorans a Iehova, a cuius voce totae gentes perterritae in fugam convertantur (vſ. 2. 3.). Responder vel vates, vel Deus ipse (vſ. 4.), hostem brevi prostratum iri, unde chorus Iudeorum erumpit in laudes potentissimi Iehovae (vſ. 5. 6.). Rursus redit vates ad descriptionem summae miseriae et calamitatis, ad quam Iudaei hostis illius irruptione redacti erant (vſ. 7—9.). Iehova iterum respondet, velle se populum suum liberare (vſ. 10. 11. 12.); omnesque terrae nationes testes advocat, ut videant, quam magnificum auxilium, piorum fiducia in ipso permotus, ab hostium manu Israélitis praefest (vſ. 13—24.).

Senacheribi stragē mirumque auxilium Israélitis a Iehova praestitum, in hoc carmine decantari, plerisque melioris notae interpretibus visum est, nec ego, cur huic sententiae refragarer, video.

---

I. הִי שׁוֹרֵד בָּךְ) *Heus tu, qui alios devas, haec tenus a nemine devastatus; heus tu, qui alios imperis, et nemo te haec tenus imperiit!* Sensum recte enunciavit MVNSTERVS: vae tibi,

tibi, exercitus Assyriorum, qui nullis lacestis iniuriis omnes terras conaris devastare. כהתוּמך שׁוֹדֵד, propr. *cum consummaveris vastans*, i. e. cum consummaveris vastare, perfeceris vastationem. Loquendi modus et Graecis, novique Testamenti scriptoribus frequens, veluti Luc. V, 4. ὅτε ἐπαυσατο λαλῶν. — Vox בְּלָתָח, quoniam alias in codice Hebreo non extat, nisi in derivato מִנְלָה apud Jobum XV, 29., varie tentata est ab interpretibus. LVDOV. CAPPELLVS, observans, litteras ו et ו esse, ut ipse loquitur, incompatibilis, id est, alteram numquam immediate sequi alteram, suspicatur, litteram ו hic occupare locum ו, affinis figurae, et facillimae permutationis, ut scripserit propheta vel בְּלָתָח, cum absolveris, vel בְּלָאַזְחָה, cum fatigatus, sive lassatus fueris, quomodo Chaldaeus et Hieronymus vocem videntur accepisse: ille enim בְּלָאַיְר, hic, cum fatigatus desieris contemnere, exhibit. Priorem CAPELLI coniecturam, בְּלָתָח, probant Seckerus, Lowthius et Doederlein. Posteriorem sententiam, legendum esse בְּלָאַזְחָה a radice לְאַה praeferit Dathius, quod 21. Codd. KENNICOTTI legant hanc vocem plene, sive cum Vau scriptam, בְּלָאַזְחָה, et unus exhibeat characterem infinitivi, in Niphal usitatorem, Hebrew בְּלָתָח. Idem olim placuit MICHAELI in *Biblioth. Orient. Adpend. Tom. XIV.* pag. 116—120. Sed in *Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. V.* pag. 1419. ita mutavit sententiam, ut בְּלָתָח illud, quod in 21. Codd. Kennicotti invenitur, his efferendum punctis vocalibus בְּלָאַזְחָה, referendumque paret ad radicem לְה, quam confert cum Arabum لَوْي, obtorpuit, segnisque destitit. Unde dictionem nostram vertit, cum desieris contemnere, satiatus et iners ludibriis. Verissimam de haec voce sententiam SCUVTENSIVS videtur dixisse, qui in *Animadvers. Philologg. ad h. l.* vocem nostram refert quidem ad radicem מִנְלָה, sed eam illustrat ex Arabum نَبِل, aut نَال, quod verbum praeter alia saepe significat, perficit opus inceptum. Verba autem quiescentia radicali

radicali media in significationibus non raro convenire cum verbis quiescentibus radicali ultima, saepius iam vidimus. Perficiendi notionem insuper aperte flagitat totus contextus. קְבָרַת contracte scriptum esse pro קְהֻנָּתִ vix monitu opus. Verbum בְּגַד hic neque contempnere, neque perfide agere videatur reddendum, sed, quomodo Chaldaeus illud saepe interpretatur, עֲנוֹתָ, spoliavit. Scilicet sicut ab עֵנֶת, cervix, עַרְף notat cervicem praecidere, iugulare, ita a בְּגַד, vestis, בְּגַד primum vestem detraxit, illa spoliavit, deinde omnino spoliavit videtur significasse. Praedandi, spoliandive notionem poscit praeterea parallelum דְּשָׁ.

2. Solenne est vatibus Hebraicis, quando significare volunt, quam celeriter oppressis affuerit Deus, et historiam narrant obiter, quasi per parenthesin brevem orationem inferere, qua ad Iehovam usi sint, ac mox liberationem attexere. Conf. Ps. CXVI. קְיִמְךָ לְךָ, in te speramus, tibi confidimus. הַיָּה זָרָעָם) Esto brachium, auxilium, eorum, scil. Israelitarum, popularium meorum: subito vates ipse loquitur, oblitus quasi, vehementiore phantasiae motu abreptus, se Israelitas loquentes inferre coepisse. Sed veteres interpres, ut sere solent, primam pluralis personam in vertendo retinuerunt, unde Lowthius, pro more suo, pro tertia illam in textu reponendam censet, quod probatum esse a Dathio et Doederlinio, ego miror. לְבָקָרִים, per singulos dies, mane pro die per synecdochem.

3. מִקְוָל הַמּוֹן a voce strepitus, strepera, scil. Iehovae, Iehova increpante. (מרטמְחָךְ) Quia tu superior es hostibus nostris; hinc cognoscent, non prodesse sibi ipsorum fortitudinem et exercitum magnum.

4. וְאַסְפָּה שְׁלַלְכָם אַסְפָּה החפְּיל Haec sententia, si ulla alia, huius libri interpretes varie exercuit. Ad verbum sonabit: et colligetur spolium vestrum collectione bruchi, sive ut alii malunt, locustae; quid enim חַסִיל significet, dubium ad-

adhuc est, vid. MICHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. III. pag. 862—865. הַסְׁנָה autem gemina significatio sumi potest, *active et passive*. Priore sensu *collectio locustarum* erit, si illa animalia obvia abradunt et decerpunt in suos usus: posteriore est ipsarum locustarum sata consumentium *collectio*, quae fit ab agricolis, eas colligentibus in vas, aut cumulate extrudentibus in fossas et foveas, ut eas enecent, quod in Africa et Hispania fieri, obseruat RERIUS ad h. l. Posterius plures hic eligerunt, quibus praevit Kimchius. Idem placuit Hieronymo, qui integrum sententiam vertit: *et congregabuntur spolia vestra*, sicut colligitur *bruchus*, *velut cum fossae plenae fuerint de eo*. Pressius hunc tensum exposuit LVDOV. CAPPELLVS, qui, estque, inquit, haec locutio ducta a rusticis, qui bruchos et locustas frugibus infestas colligunt cumularim, collectasque pedibus conculcant. Hoc vult ergo propheta, Iudei facile et nullo negotio, nemine prohibente, spolia vestra de castris diripient, simulque colligent secumque asportabunt. Idem sensus placuit DOEDERLINO, qui hunc versum vertit: *et praeda vobis legitur*, sicut *Masil vel globus locustarum invasione facta colligitur*: illumque in subiecta nota explicat: „Deus hostilem exercitum armis suis fulgere tonitruque impugnat: Iudeis immensae castrorum divitiae in praedam cedunt. Locustae, quarum plures enumerantur species, gregatim volant, ideoque mira multitudine cogi perdique possunt.“ Verum huic interpretationi refragatur plane membrum alterum, ubi locustae introducuntur tanquam quae sint in actu et motu, et omnino figurant Israelitas, spolia hostium colligentes. Ergo *collectio bruchi* hic est quae fit a bruchis sive loculis, quod et GROTIUS vidit, ad hunc locum scribens: „congregabuntur spolia vestra sicut colligit bruchus, tam impune legentur de vobis, Assyriis, quam bruchus herbas depascitur. Hanc interpretationem flagitant, quae ex Hebraeo sequuntur.“ Eleganter vates noster exhibuit verbum ηδων, quod proprius usurpatur de collectione satorum et frugum, quae fit tempore messis,

messis. Hanc locustae faciunt, quando magnis agminibus agros insident et abolumunt. Comparatio igitur haec est: sicut locustae magno numero involantes in agrum sata sparsum et promiscue abradunt, et consumunt; ita Israelitae promiscue et tumultuario in spolia hostium tanquam communis iuris facta, involabunt, et quisque eorum sibi carpet et rapiet, quod primum occupabit. (כמְשָׁק גְּבִים שָׁוֹקַ קָרֵ) Se-*cundum discursationem locustarum in eo*, scil. spolio, *discur-rens*, scil. discurrevit, i. e. discurreretur. Sensus est, priori analogus, Israelitas spolia hostium prostratorum, per agros sparlorum, instar locustarum lecturos, et ad earundem locustarum morem subsultim in iis legendis discursaturos esse. Totius cominatis sensum optime expressit DATHIVS: „Apostrophe ad Assyrios: Israelitae castra vestra deserta invadent, et praedam ex iis pro lubitu colligent, uti locustae facere solent agros et hortos irruentes.“

5. Chorus Israelitarum, Iehovam ob auxilium promisum et praesitum, celebrantium. (נִשְׁגַּב—מְרוּם) Verbum nonnulli vertunt *exaltabitur*, i. e. laudibus celebrabitur, celeberrimus est Iehova. Sed sensus est potius: *altior, potentior, est hostibus suis*. Conf. supra Cap. II, II. 27. et XII, 4. *Commemorate, כי נשגב שמך*, quod in sublime evenitum est nomen eius, i. e. ipse. Vates se ipse interpretatur vs. II. *Nunc surgam, ait Iehova, nunc exaltabor, nunc effear in altum.* (כִּי שָׁכַן מְרוּם כִּי hic viceim sustinet pronominis relativi, ut saepe alias, veluti Pl. XC, 4. *Mille anni in oculis tuis sunt ut dies hesternus*, כִּי יַעֲבֹר, qui praeteriit: vid. NOLDII Concordant. Particulararr. sub vocabulo כִּי, No. 19. pag. 372. (כָּלֹא צִוָּן מִשְׁפָט וְצִדְקָה) *Iure et Iustitia Zionem implevit*, quod alii interpretantur: iustitiam suam Israelitis manifestavit, de hostibus eorum poenam sumens: alii, *Ionathanem*, et plerosque ex Hebraeis secuti, sunt in Zione, qui iuste reteque agunt, iustitiae et probitati student, quod fortasse praferendum ob ea, quae sequuntur.

6. Utrum ad Hiskiam regem, an ad populum Israeliticum haec apostrophe sit directa, dissentunt interpres; sed mihi posterius videtur. רוחה אמינה עתיך Capitul hic secundum Hebreos קיום אמרנה pro firmitate, stabilitate, ut Exod. XVII, 12. ut sit sensus: stabilietur vobis aevi vestro pax et salus, si occupemini in sapientia, scientia, et timore Domini, qui unicus thesaurus vester est. Bene KOCHERVS hunc versum reddit: Et erit fida securitas temporum tuorum, dives copia omnimodae salutis, sapientia et scientia, h. e. ista bona illam temporum securitatem praestabunt, timor Domini erit thesaurus eius: similis personarum mutatio, qualis aderat supra vs. 2. Sed quoniam pro אוצרך Symmachus posuit ḥ. Θεοσαρεις σ. 8, Lowthius אוצרך ab illo lectum, idque nostro אוצרך praferendum censet; quamquam veteres certi omnes id quod nos nunc legimus tueantur. Multi libri et manuscripti, et typis exarati, pro עתך in singulari legunt עתך, eandem lectionem conservarunt nobis Syrus, Chaldaeus et Symmachus. Qui hoc praferunt, suffixum in אוצרך ad עתך pertinere putant. Sensus est: pietas beatissimae aevi tui opes, et religio atque pius Iehovae cultus divitiae tuae habentur.

7. Vivida descriptio hostilis irruptionis. Legatorum, pacem petentium, irritae preces, viarum publicarum desolatio, viatorum raritas et defectus, arborum marcescentium et lugentium incultus, fertilissimorum locorum sterilitas (vs. 7—9.). De voce non constant sibi interpres. Chaldaeus Paraphrastes illam accepit ut compositam ex אורה ים pro אורה להם, vertitque: אורה להם ecce, quando revelatus fuero iis. Consentunt Symmachus et Theodotion: ιδις οφθησομαι αυτοις Aquila: οραθησομαι αυτοις. Verum quid sibi vult: ecce apparebo illis, clamant foris? Alii itaque vocem אוריאל hic sumunt pro altari, ex loco Ezech. XLIII, 15., de qua significacione vocis vidimus ad Cap. XXIX, 1. 2. Sic vertendum esset:

esset: ecce altare illorum! sive hoc sensu, quod Israelitae in communi hac calamitate lugerent *causa altaris*, ut Jarchius vult: sive, quod Assyrii foris Iudeos irridendo, iis acclamarent: ecce altare illorum! Nihil illis proderunt victimae! quod longe quae situm, nescio, quomodo placere potuerit Grotio. Hieronymus reddidit per *videntes*, quod alienum est a structura vocis: monuitque, Hebraeos interpretari per *angelos*, quod verum est. Aben-Ezra et Kimchius ita interpretantur ex usu Rabbinico, quo אַרְאָל sumitur pro *nuncio*, *legato*, et *angelo*. Sed quamquam non est negandum, hanc significationem bene convenire τοις in membro sequenti, parum tamen tribuendum est merae Rabbinorum auctoritati, vixque est dubitandum, quin usus ille vocis ex hoc loco sit derivatus. MICHAELIS quidem in *Supplm. ad Lexx. Hebr. P. I.* pag. 120. interpretationem illam confirmare studuit eo, quod vocem nostram refert ad Arabum جَنْ, festinanter incedit, ut sint legati, nuncii, ab eundo dicti. Displicet tamen ipsi illi hoc etymon, quod verbum est denominativum a جَنْ, pullus struthionis, festinanter more pulli struthionis incedere. Nec magis probatum iri puto ab aliis alteram, quam ipse praefert, sententiam, אַרְיָא hic ardeam stellarem esse, quam ab Arabibus Ariel vocari, auctorem esse, ait, FORSKALIUM, *Descript. Animal.* pag. 8.: ardeam stellarem vero, timidam avem, sed terribilia clamantem, pro *thrasone* ponit, quales legati fuerint Assyrii. Restam de hac voce sententiam dixisse milii videtur BOCHARTVS P. I. Lib. III. Cap. 1. pag. 716. ﴿لَهْرَ﴾ et ﴿لَهْرَ﴾ leonem Dei, pro Heroe positum esse, quod egregie confirmat docta observatione, solere Arabes virum *foriem* لَهْرَ، i. e. leonem Dei appellare, in cuius rei testimonium profert non solum locum ex *Damir*, in quo Hamzae ob fortitudinem illud cognomen a Muhammede inditum narratur (conf. HERBELOTI *Biblioth. Orient.* sub *Hamzah*);

sed et multa alia, tam ex Arabicis scriptoribus, quam ex itineratorum libris, exempla. Eam sententiam cum multis et LOWTHIVS sequitur, sed vertit membrum hoc prius: *heroes terribilia clamant (Helden schreyen furchtbar)*. Scilicet quoniam pro **הַצָּהָר** Syrus in versione posuit **אֲלֵהֶיךָ**, duriter (eiulabunt), et Chaldaeus **בְּמֹרֶר**, *contumaciter*, Episcopus ab utroque **הַשָּׁרֵךְ** pro **הַצָּהָר** lectum, illudque huic praefferendum esse autumat. Quod etsi de Syro satis, de altero vix sati verisimile videri possit, quemadmodum nec de tribus Graecis, Aquila, Symmacho, et Theodotione, pro **הַצָּהָר** **חִתְּנִים** habentibus; recte tamen Kocherus observat, veteres omnes illud **הַצָּהָר** de clamore, tanquam *foras* erumpente, ut procul exaudiri posset, acceptum, hos quidem ad eius *vehementiam*, illos vero ad coniunctum *animi affectum*, distortumque qualitatem retulisse. Merito etiam Kocherus notat Lowthium, quod pro **אַרְאָלָם** tribus manuscriptis permotus **אַרְאָלִים** legere mallet, observans, vocem illam esse ex **אַרְאָל** et **אַרְיוֹן**, *leo Dei*, i. e. heros, collective *heroes* cum suffixo pluralis, ut **שְׁנֵי אַרְיוֹל** **שְׁנֵי**, 2 Sam. XXIII, 20. 1 Chron. XI, 22. Bene ceterum Kocherus hunc versum reddit: „*Ecce heroes illorum (legati Assyriorum) clamant foris (extra urbem Hierosolymam): nuntii pacis amarum flent.*“ Illinc Rab-saken cum suis; hinc vires Hiskiae cernere atque audire videor.“ Scilicet Hiskias Sanheribo legatos obviam miserat, ut de pace tractarent, aequis conditionibus, forsitan tradendis oppidis quibusdam, obtinenda: sed ille ad pacis conditiones non accedebat, et legati scissis vestibus ad Hiskiam redibant, vid. 2 Regg. XVIII, 17. 18.

S. Sunt interpretes, qui, GROTIUM secuti, versu hoc et sequenti, legatos Hiskiae loquentes induci putent, regi misseram terrae conditionem describentes. Sed nihil impedit, quo minus vel vatem ipsum, vel chorum Israelitarum, terrae suae vastationem deplorantium, loquentem existimus. **(נְשָׁמָר מְסֻלּוֹת)** Vastatae sunt viae publicae, bene munite,

nitae, firmiterque exstructae, id enim indigitat מטלה, confnot. supra ad Cap. XI, 16. שבח עבר ארץ) Cessant viatores. In terra, hostili irruptione perturbata, infestum et periculosum fit iter; cessant negotiationes et civitatum inter se commercia. החר ביריה) Irritum factum est padum: Assyrii stare nolunt foederi, quod reges Iudee cum ipsis inierant. Ahaz, pater Hiskiae, foedus et amicitiam Assyrii petierat, ut ipsum iuvaret adversus Syros et Israelem; vid. 2 Regg. XVI. Postea et ipse Hiskias, videns quod venisset Assyrius, ut Hierosolyma caperet, vastaretque totam Iudeam, misit ad Sanheribum legatos pro pace. Assyrius indixit ei trecenta talenta argenti et triginta tolenta auri; quae et Hiskias persolvit, ut ille a se recederet. Ille vero et pecuniam accepit, et ad capiendam urbem exercitum misit; vid. 2 Regg. XVIII. מאם ערים) Sprevit civitates, et invadens eas, et iludens iis, conf. supra Cap. X, 9. infra XXXVI, 1. 19. et locum plane parallelum Habac. I, 10. Ille autem, rex Assyrius, reges irridet, et principes ludibrio habet; מבקר ישׁק, ridet omnes munitiones. לא חשב אנווש) Nullius reputat homines, sive ut parcat eis, sive ut cum illis foedus custodiat. Vel: omnes homines nostros pro nihilo duxit, quod magis adhuc convenit ei quod praecessit.

9. אבלAML'ה ארץ) *Luget, languet terra, æquidetæ,* ut supra XXIV, 4. *Lugere autem dicitur terra, quando de-  
vastatur. Vel capitur terra pro habitatoribus eius, lugentibus.* החפור לכון) Pudore suffusus est Libanon, mons ille superbe se efferens, quod nudatus sit ornatu suo, cedris, quas hostes execuerant ad parandas machines bellicas. Cf. supra Cap. XIV, 8., et infra XXXVII, 24. ubi Assyrius ipse loquens inducit: ego cum currum meorum multitudine monium fastigia occupavi, cacumina Libani, ואברהת קומתו. ארכיו מבחר ברוחניר, prostravi cedros eius proceras, abietes eius præstantissimas. Verbum קמל, quod proprie de quodam insectorum genere dicitur, arida tempestate in plantis

natorum, easque perdentium (vid. supra ad Cap. XIX, 6.), hic, ita poscente contextu, generaliori *marcescendi, exarescendi* notione sumendum est. היה השרון בערבה (ה) Proxima Basani arva squallebant, vid. i Paralipom. V, 16. גנער בשן (וכרמל) De verbo עער ambigitur, aliis *rudere* vertentibus, quod pro *vehementiori clamore* positum sumunt, quasi dieat vates, *Basan et Carmel clamoribus anxiis resonant*; aliis *excutiendi, spoliandi* significationem adhibentibus. In hunc sensum Doederlein vertit: *Basan et Libanon spoliati: ad quod in nota observat: „Voci נער alia puncta subieci: vel נער a radice נער, vel גער, a radice עור, utrumque notio- nem habet excussionis, spoliationis.“* Chaldaeus צער, va-  
stus est, Syrus , idem notans, Alexandrini φανερος έσαι, reddunt, non quod גער, praeteritum *Niphil*, ab גער nudavit legerunt, quod Lowthio videtur, ipsique probatur, sed quod verbum גער vastandi significatione acceperunt, quae facile ex illa *excutiendi* oriri potuit. Nec male Kimchius. „excutiens fructus suos Basanus et Carmelus, quasi dicat, abiicient arbores eorum fructus suos.“ Cuius quo concinit HEZEL, qui exponit: *wirft das Laub, steht entblättert: figürlich: für: das ganze Land trauert, steht jämmerlich.* Duas alias interpretandi rationes MICHAELIS proponit in Supplem. ad Lexx. Hebr. P. V. pag. 1651. Una: mu- scis sonat Basan et Carmel, simili imagine ut supra VII, 18., collato Arabico  infestatus ab asilis fuit. Altera, in

auxilium vocato Arabum , aestuavit, bulliendo effe-  
buit: aestuat Basanitis et Carmelus: montes opacissimi aestua-  
re et torri sole dicuntur.

10. מלחמה אקורה (עזה) Nunc surgam ad vindictam, instar he-  
rois caussam meam et populi mei vindicaturus, post patien-  
tiam longi temporis. Eadem phrasis in eandem rem desi-  
gnandam occurrit Ps. VII, 7.

11. שְׁהַרְוּ חִשְׁשֵׁ חָמְרוֹ קְרָבָה) *Concipitis quisquilias, partis stipulam*, i. e. stulta consilia inanes habent eventus. **רָוחַכְמָם אֲשֶׁר חָכְלָכָם**) Ad verbum: *Spiritus vester ignis*, qui *vos consumet*. Sed obscurius nonnullis visum est, quomodo *spiritus ipse hostium ipsos consumere dici possit*. Id Ludovicum Cappellum permovit, ut vocem רוח non acceperit pro nomine, sed pro verbo, sensu *diffandi*, verteritque: *diffabit vos, ignis consumer vos*: ut haec verba sint prophetae de Iehova loquentis. Quam sententiam ita mutare vellet Vitrini, ut exigua mutatione vertendum censeat: *affabit vos Iehova; ignis consumet vos*: *afflatum enim Iehovae, maxime irati, sepe describi igneum*, conf. Cap. XXX, 33, Ps. XVIII, 9. Vitrina tamen ipse statim fatetur, nullam necessitatem cogere, ut vulgatior illa interpretatio repudietur, cum receptionis usus phraseos Hebraeae eam commendaret, sensumque bonum funderet. Scilicet veritas: *quantum ad spiritum vestrum*, h. e. animum superbia iraque aestusbundum, *ignis consumet vos*, et omnia plana erunt. **רָוחַכְמָם** hic eadem significatione, qua Graecorum Συνος, sumendum est, ut supra XXX, 28. Recte igitur GROTIUS: *ira vestra vobis exitio erit*. HEZELIUS verit: *halitus vester, ignis instar, consumet vos* (euer Odem, wie Feuer, wird euch verzehren), idque refert ad pestem, quae tantam stragem inter Senacheribi copias ediderit soloque halitu infecerit. Lowthius pro **רָוחַכְמָם** legit, auctore Seckero, contra antiquitatis testiumque fidem, nisi quod Chaldaicum citat, cuius מירמי, verbum meum, hebraico *spiritus meus* respondeat, sicque adeo legendum esse arguat. At Chaldaicum, textus malorethici temper tenacem, non verbum de verbo reddere, sed ita vagum, ut tali coniecturae vix locus sit, ferri, notum est; aut si qua coniectatio valeat, illud מירמי potius ad hebraicum וְאֵת, quemadmodum Chaldaicum לְקַשְׁאֵת, **כְּעַלְעוֹלָא**, **סִicut turbo stipulam**, ad nostrum **רָוחַכְמָם** spectare videtur.

12. (וְהִי עָמִים מִשְׁרָפוֹת שֵׁיד calcis, i. e. erunt quasi positi in fornace calcaria, magno igne percalefacta, cuius vi lapides urantur in calcem. בַּסְחָר כְּרוּקִים בְּסֻוחִים באש יצחוּ) Chaldaeis est amputare, Syrisque de putatione vitium ponitur, veluti ASSEMANI Bibl. Orient. Tom. I. pag. 374. Sensus igitur: ut spinæ resectæ et aridae cum strepitu et murmur ab igne subiecto facile absuntur. Saepe iam vidimus, subitum illud malum, quo Assyrii Hierosolymorum obsidionem solvere coacti sunt, qualemque tandem fuerit, incendio comparari.

13. (שְׁמַעוּ וְרוּקִים אֲשֶׁר עֲשִׂיחִי Vos, populi longinqui, facinora mea fama percipite!) וְדַעַו קָרוֹבִים גְּבָרָחִי (Vos, qui propinqui estis, advertite, quae patravi!)

14. (אֲחֹזָה רַעֲדָה חֲנֵפִים hic sunt impii in Iehovam, irreligiosi, cf. not. supra ad Cap. IX, 16.) Varie huius commatis sensum constituunt, aliis per ignem consumentem focosque aeternos Assyriorum exercitum ad Hierosolyma appropinquantem, aliis stragem, quam Iehova in illo edidit, intelligentibus. Qui prius illud praeferunt, σχημα orationis sic constituunt, quasi loquentes hic inducentur increduli ex Israelitis, qui desperantes de auxilio Iehovae hostili exercitu appropinquante, dicerent: quis ex nobis superstes manebit ab exercitu Assyriorum, qui similis est igni, qui non extinguitur, omniaque loca nostra in favillas redigit? Sed quum proxime antea, ut saepe alias ignis consumens sit symbolum poenae a Iehova inmissae in Assyrios, sententiam posteriorem praeferre tutius erit. Hinc sensus erit: ipsi impii in Iehovam, quum animadverterint terribilem illam poenam, quam Deus, adhuc ab ipsis negletus, ab Assyriis sumvit, numen illud tam severe puniens timere cooperunt, anxieque quae siverunt, quomodo huius numinis vindictam evadere quis possit? מי יכור לנו כי quis cohabitabit, quis aderit nobis, iuvans, auxilium et tutelam praebens?

15. Respondet propheta ad illa verba impiorum.  
 (מְאַס בְּבָצֵע מִשְׁקָרוֹת) Qui spernit opes oppressione aliorum partas. (גַּעַר כְּפֹיו מְהֻמָּך בְּשָׁחָר) Qui ob rem iudicandam non accipit pecuniam, non finit se corrumphi. (דְּאַטְמָה—דְּמִים) Qui non vult audire eos, qui loquuntur de pastranda caede. Qui surdus est ad calumnias, per quas vitae alterius periculum struit. (וַעֲזָבָה—בָּזָבָן) Et claudit oculos suos, ne videat malum, i. e. אֶלְיָהָר, ut recte hic Alexandrini. Sensus est, qui aversatur omne genus iniustiae.

16. (הַוְא מְרַמִּים יִשְׁכַּן) Is habitabit loca celsa, hostibus inaccessa, ab iis tuta. (מִזְרָח סְלָעִים נִשְׁבָּכוּ) Propugnacula perrarum elevatio eius, i. e. asylum eius, vel perfugium. Sensus, is non minus tutus erit, quam si turrem, in inaccessa rupe habitaret. (לְחַמֵּר כָּתָן) A fame liberabitur. (מִיכְרָר נְאַמְנִים) „Aquae eius fideles sunt, quae non siccescunt, vel viatorem spe sua fallunt. In his omnibus pulchra descrip-  
 tio vitae securae et beatae.“ DOEDERLEIN.

17. Beneficia, liberationem illam secuta. In huius commatis sensu constituendo iterum variant interpretes, cum non constet inter ipsos, quis intelligendus sit sub rege, qui hic nominatur. 1) Nonnulli, KIMCHIO autore, sub rege intelligunt Assyrium, vertuntque, qui viderunt regem terrae longinquae, i. e. regem Assyria, subintell. ad moenia Hierosolymorum. 2) Vitringa, quem Koppius sequitur, Iehovam ipsum hic regem vocari censet; sed nullum aliud adducere potuit locum, in quo מלך, absolute positum, ut hic, Iehovam indicat: hinc praestabit, eorum accedere sententiae, qui 3) per regem intelligunt Hiskiam. Inter hos et DOEDERLEIN, qui vertit: regem conspicies, Hiskiam, non orbatum dignitate sua, sed splendore pristino (בִּירִי) ornatum. (הַרְאֵנָה אֶרֶץ מְרַחְקִים) Vident terram distantiarum, i. e. remotam, et multum distantem: q. d. soluta obsidione, et restituto rege tuo in pristinam dignitatem, tibi licet secure peregrinari ad regiones multum distantes ab Hierosolymis.

Non amplius moenibus inclusi quoquo lubebit spatiantur.  
Quale illud VIRGILII Aeneid. II. vs. 27.

— — *libet ire, et Dorica castra  
Desertosque videre locos.*

18. Dulcis est exactorum periculorum memoria. (לְבָקָר יְהוָה אֵיתָה) *Aiāh* סִפְר Ubi est scriba? Significat eum, qui conscripsit nomina eorum, qui pendere debebant tributa. Ceterum sponte quisque intelliget, haec verba esse exultantium de elata calamitate. (אֵיתָה שָׁקֶל) *Ubi ponderator*, i. e. collector tributorum, qui ad faciem numos exigebat. (אֵיתָה סִפְר אַחֲ-מְנֻדְלִים) *Ubi qui numerat turrem?* Praefectus moenium, qui terrum, praesidio indigentium numerum inibat, et praesidia in singulas mittebat. Perperam HIERONYMVS vertit *doctor parvolorum*, quia pro המנעלים extulit רְמַנְעָלִים, ut pariter Symmachus.

19. (אַחֲ-שָׁעַם נְרוּעַ לֹא חֲרָאת) *Populum robustum*, durum, siccum, propr. multis copiis auctum, aut trahentem secum multas copias. (נוּעַג) *Niphal* a radice נָעַז, *invalefcere*. Non improbabilis est coniectura Lowthii, Vogelii et Michaelis, pro נְרוּעַ aut rescribendum esse, *barbarus*, ut Pl. CXIV, 1., aut נְרוּעַ eadem notione qua hic sumendum esse, כ et נ permutatis, quae Vitringae est opinio. Certe נְרוּעַ sequentibus egregie est aptum. (עַם עַמְקֵי) *Populus profunda linguae ab audiendo*, i. e. cuius sermo obscurior est, quam ut intelligatur. (נְלָעַג לְשׂוֹן) *Balbae linguae*. (אַין בִּנְהָה) *Non intelligentia*, i. e. utentem sermone non intelligibili. Si Syriacam linguam populus Iudeorum non intelligebat, ut vides 2 Regg. XVIII, 26., multo minus Assyriam.

20. (חִזְזָקָן קְרִיחָה מַוְעַדְנוּ) *Respice Sionem*, cum gaudio contemplare Sionem, civitatem conveniunt nostrorum, urbem ad quam undique diebus festis confluitur. (עַיִינִיךְ) Ad securitatem et tranquillam pacis fractionem indicandam utitur phrasibus ex Nomadum vitae genere desuntis.

tis. Huc pertinet בָּיִת, proprie *Nomadum statio*, ovium et pastorum habitaculum, vid. 2 Sam. VII, 8. Ierem. XXXIII, 12. אֲהֵל־לְנַצֵּחַ (*Tentorium*, cuius *paxilli* nec de loco movebuntur, nec transferentur, i. e. tentorium immobile, incolumente et firme loco haerens. טַנְן conferendum est cum Arabum طَنْن, *transferri*, moveri de loco in locum, profici*ci*, et prae*ter*itum de Nomadum migrationibus usurpat*ur*, ut exemplis docuit SCHULTENS in *Animadverff. Philologg.* in h. l. יְהֹדָה *clavus*, vocat paxillos ad quos tentiorum funes (חֲבִילִים) aliigantur.

21. (כִּי אֶם שֵׁם אֲדוֹר יְהוָה לְבוֹ) *Nam certe ibi magnificus erit Iehovah nobis*, habemus in Zione praepotentem et praevalidum Iehovam; id enim hic indicare videtur, אֲדוֹר, propr. *magnificus*, i. e. qui illustrem se ostendit in profligandis hostibus populi sui. Non igitur est, cur cum Lowthio Syri et Alexandrini auctoritate legamus מֵשָׁׂעָן, *nomen*, aut cum Koppio מֵשָׁׂעָן (*Iehovah, der Allmächtige wird uns bereiten einen Ort, den weite Flüsse, breite Ströme tränken*). מִקְוִים—ירִים) Ad verb. *locus*, sive *loco*, *in locum*, vice (qua significatione מִקְוָם saepius occurrit), scil. Iehova nobis erit, fluminum, rivorum lazarum manuum, brachiorum latorum, late se extendentium, i. e. Iehova nobis erit pro lato fluvio, nostram circumeunte civitatem, ut ab incursione hostium tutos nos praestet. Flumina enim et fossae pro munimentis sunt urbibus, quas circumvallunt. (בְּלַהֲלֹךְ—יַעֲבֹרְנוּ) *In quam nec eat navis remi, remigum, nec navis magna transibit eum*, i. e. quem rivum, prospiciente ipso Iehova, nulla naves, sive parva, sive magna, transmeare potest. Per naves remigum, quae hic aperte opponuntur צָרִים, parvae designantur, quia navigia, quae remis aguntur, humilia sunt, et ad fluctus maris alti tolerandos haudquam idonea. *Et* quidem naves absolute notat, sed cum אֲדוֹר coniunctum, non dubium, quin ingentes naves et onerarias designet. Vulgatus posuit: *naves irieris*, i. e. ternis remo-

rum ordinibus, quod caveas ne confundes cum *triremi*, i.e. navi, quae tribus remis agitur. Ergo aquarum molem illam, quae circumdat Hierosolyma, neque parva neque magna navigia pertransire poterunt: ut quam inexpugnabilis sit, intelligas. Illam enim insulam tatis, tutam ab hostibus dices, quae circum se mare adeo tempestuosum habeat, per quod neque parvae neque magnae naves possunt navigare:

23. (נִטְשׁוּ חַבְלֵיךְ) *Laxati sunt funes tui*, qui malum navis confirmant: hostem alloquitur. Perstat in metaphora, versu 21. copta, comparatque hostes navi malo destitutae, funibus, quibus ille firmatur, ruptis, atque velo dissoluto, quae ob id arbitrio ventorum in mari iactatur, et tandem procellis obruta in profundum demergitur. Optime GROTIUS: „Ob coeptam comparationem fluminis, Assyriorum exercitum navi comparat, ut rempublicam HORATIUS (Od. I, XIV.), cuius locus hic respondens est:

— — ac sine funibus  
*Vix durare carinae*  
*Possunt imperiosius*  
*Aequor?*

(א) ייחזקו כחרונט Non firmabunt, scil. funes basin mali eorum, pro, mali sui, poetae enim menti obversantur ipsis illi, de quibus per metaphoram loquitur. Funibus enim et in navibus veterum malum esse sustentatum clarissime patet ex Odyss. XV, 290.

Ἴσον δὲ εἰλάτινος κοίλης ἔποδε μεσόδμης  
 Στῆσαν αὐγέατες' κατὰ δὲ προτόνοισιν ἔδησαν.

(Malum autem abiegnum intra thecam statuerunt ercetum: funibus autem ligaverunt. Μεσόδμην Hesychius interpretatur ξύλον τὸ ἀπὸ τῆς τρέπεως ἔως τὸ λίστην: lignum, quod a carina exsurgit ad malum: id ipsum est, quod Pollux voce propria vocat λοδόνην, Lib. I. cap. IX. Est theca et loculamentum mali,

*mali*, quod propheta זָן vocat). Quoad sensum imaginis conferendus iterum est Horatius, ubi supra:

Et malus celeri saucius Africo,  
Antennaeque gemant?

Et Alcaeus, in carmine illo, quod Venusinus poeta hic imitatur, inter alia habet:

Παρ' μεν γαρ οὐτός εἰσοπέδαι εἶχε,

ubi εἰσοπέδαι sive εἰσοπέδαι, eandem mali basin dicit, quam בְּנֵי hebraicum significare modo notavi. (כִּי-פְּרַשׁו כָּס) Non expandunt, non expandere possunt, signum, vexillum, i. e. velum: non confirmato enim malo vel antenna, haud quam potest expandi velum. (או הַלְּעַד-שָׁלָל מְרֻבָּה) Tum dividetur praeda spolii multi. Nunc deserit vates metaphoram et proprie loquitur. Fugatis partim, partim occisis Assyriis spolia inter se dividunt, conf. supra versu 4. (פְּסָחִים בְּזֹזֶר בְּזֹר) Claudi adeo diripient, locutio proverbialis, vid. 2 Sam. V, 6. Tam parum hostium redditus timendus erit, ut ipsi claudi et minus celeres per castra Assyriorum vacua ire indeque praedam auferre possint.

24. (רֹבל-יוֹאָמֵר שָׁכֵן חֲלִיחַי) *Nec dicer habitator: langueo*, male habeo, ob afflictiones obsidionis scilicet. Vivent postea in summa tranquillitate, nec affligentur postea. (הָעַם הַיֹּשֵׁב בָּהּ נִשְׁאָעָן) *Populus, qui habitat in ea, erit remissus noxa, pravitate, carebit omni aegritudine: omnis mali sensus ab ipso auferetur.*

CAP. XXXIII. I. *Vae tibi, qui vastas, neque ipse vastaris; qui diripis, nec ipse diriperis! Ubi desieris vastare, et ipse vastaberis, cum absolveris spoliationem, et te spoliabunt.*

2. O Iehovah, esto nobis propitius, te exspectamus quotidie, defende nos, praesta nobis salutem tempore adverso! —

3. A tonitru tuo fugiant populi, a potentia tua dissipantur gentes!

4. Praedam vestram colligunt ut bruchi, ut solent locustæ discurrere, sic spolia hinc inde carpuntur. —

5. Praepotens est Iehovah, coelum inhabitans, qui Sione iustitiam et benignitatem manifestat! —

6. Sapientia et prudentia immotum et firmissimum temporum tuorum praesidium sunt. Religio Iehovae thesaurus tuus! —

7. Eu viri fortes clamant foris: pacis legati amarent!

8. Desolatae sunt viae publicae. Nemo iter suscipit, irritum est foedus. Nihil facit urbes, nullius hominis rationem habet.

9. Luget, languet terra, pudet Libanum quod exaruit, Saron redacta est in solitudinem, Bafan et Carmel clamoribus resonant. — —

10. Nunc surgam, inquit Iehova, nunc exaltabor, nunc efferar.

11. Gravidi estis ex palea, parietis stramen; ista arrogancia vestra ignis est, qui vos consumet.

12. Nationes erunt, veluti in calcem combustae, veluti spinae corrasae, quae igne comburantur.

13. „Audite longinqui, quid fecerim, et propinqui cognoscite potentiam meam!“

14. Timent in Sione peccatores, tremor corripit impios. Ecquis, inquiunt, commoretiur apud ignem consumentem? quis nostrum habitet apud focum aeternum? —

15. Qui iuste vivit et recte loquitur, ne turpis lucri appetens est atque adeo illud vehementer adversatur. Qui obtutrat aurem, ne audiat consilia sanguinaria, oculosque obstipat, ne malum videat.

16. *Is alte habitabit, arces super petris exstructas eum recipient, panis ei non deerit, aqua eti semper scaturiet. — —*
17. *Regem in ornatu suo vicis, terram late patentem.*
18. *Recordaris terroris illius bellici, „ubi, inquiens, est Icriba? ubi appensor, ubi qui recenset turres?“ —*
19. *Non amplius vides populum atrocem, populum sermonis ignoti, linguae peregrinae, quam non intelligis.*
20. *Aspice Sionem, civitatem conventuum nostrorum! Vide Hierosolymam, mansionem tranquillam, tentorium immorum, cuius paxilli non eveluntur; cuius funes non disrumpuntur.*
21. *Quin ibi nobis Iehovah praepotens, qui nobis est vice fluviorum et rivorum spatiosorum, per quos non ibit navis remigum, quosque non pervadet navis magna.*
22. *Nam Iehovah est iudex noster, Iehovah legislator noster, Iehovah rex noster, ipse salutem nobis praestat.*
23. *Laxati sunt funes tui: non sunt apti firmare basin mali tui, aut expandere velum. Tunc divisa est praeda spoliis multi: ipsi quoque claudi diripuerunt praedam.*
24. *Ne dicit ullus incola: „angores sentio.“ A populo urbem inhabitante omnis ablata est noxa.*

C A R M E N   T R I G E S I M U M  
Q V A R T U M.

(C A P.   X X X I V.)

A r g u m e n t u m.

*Apostrophe ad omnes orbis terrarum gentes orsus* (*vñ. 1.*), *vates statim denunciat, Iehovam, in omnes populos iracundia exarsum, diras poenas in illos esse exerciturum* (*vñ. 2—4.*). *Coepisse iam castigationes Idumaeorum perditione* (*vñ. 5—9.*), *quorum regio semper vastata et deserta mansura sit* (*vñ. 10—17.*).

*Vastationem terrae Edomitiae a Nebucadnezare illatam carmine hoc depingi, vix dubium erit conferenti Obadiae fragmentum, porro Ierem. XLIX, 7. seqq. et Zach. XXV, 12. 13. 14. Hinc sponte sequitur, poetam, quisquis ille fuerit, vel Ieremiae vel Ezechielii coaevum fuisse.*

1. אַתָּה, qui replet eam, sive quotquot habitant in ea. De צְאצָאים vid. supra ad Cap. XXII, 24. Reete Ionthian sensum expressit: חֲבֵל רֶכֶל דְּרִירֵין בָּה, *orbis et omnes in eo habitantes*. Alexandrini: οὐκέπεμψη καὶ δὲ λαος ὁ εἰ αὐτῷ.

3. וְחַלְלִיתֶם יִשְׁלֹכוּ Et confessi eorum proiicientur, insepulti ḥacebunt. פְּנִירִים יַעֲלֵה בָּאַשְׁם (Lucanus Libro VII, Pharsalicorum:

— — Quid olentes deferis agros?

(וְנִמְסֵךְ)

(ונמסו הרים מזנמם) *Quemadmodum montes assiduis imbris  
decrescunt, ac veluti liquefunt aquarum defluxu, ita  
tantum sanguinis effundetur, ut diffuerent montes.*

4. (וּמְכוּ כָל־צָבָא הַשְׁמִים) **GROTIUS:** „Aer ipse ex sanguine et tabo attracto obducetur turpibus nebulis, et quidem tam crassis, ut siderum conspectum adimant.“ Sed reetius meo iudicio **VITRINGA:** „metaphora plane est poetica, desumpta a populari praeiudicio, quo coeli illi supremi, in quibus astra superiora, ut *gemmae*, fulgent, statuuntur esse substantiae non fluidae et inobilis, sed concretae et consistentis, veluti *crystallinae*, in qua *sidera* certa lege et ordine, instar *gemmarum*, defixa sint: et qui proinde admoto igne, vel qua alia materia naturae suae contraria possint liquefcere, dissolvi, et tabi instar diffluere.“ (וכבר בספר הימים „*Convolventur, instar libri, coeli.* Metaphora desumpta est ab ea specie coelorum, qua dicuntur רַקֵּעַ, *expansum*,\*) vid. Genes. I, 8. Ps. CIV, 2. (*qui extendit* [נִטֶּה] *coelos* *instar aulaei*), Ies. XL, 22. (*Qui extendit, ut tenui, coelos*). Ut autem libri, h. e. volumina (qualia erant veterum), in longum expansa, circa teres aliquod lignum convoluta videntur velutidisperare: sic coelum, coorta tempestate, contrahitur in nubes et atrorem. Sic **HORATIUS** *Epod. XIII*, 1. *Horrida tempestas coelum contraxit.* **יבול**—**מחנהה** (*Imago iterum desumpta est a vehementiore aliqua tempestate, qua stellae, non utique verae, sed imaginariae, h. e. faculae sulphureae in aere ascensae videntur veluti e coelis in terram labi.*) **GROTIUS:**“ *Multa sanguinis copia multas exhalationes de se edit*

\*) Id enim hac voce notari, patet ex dialecti Arabicae collatione, ubi, ut alia taceam, *خَلْقٌ*, dicitur de *tabula*, seu potius *strato coriaceo expanso*, *in quo exercetur latrunculorum lusus*, in *Vita Timuri*, P. II. p. 198. ed. Manger.

edit calidas, quae ubi in nubes incurunt, faciunt speciem stellarum cadentium, aut, ut Seneca loquitur, defluentium (*Sternschnuppen*). Hic tales stellæ folio cadenti comparantur, in Apocalypsi VI, 13. grossò decidenti.“ Sic poeta Georg. L. I. vs. 365.

*Saepe eriam stellas, vento impendente, videbis  
Praecipites coelo labi, noctisque per umbram  
Flamarum longos a tergo albescere tractus.*

Sed ut melius percipiatur haec magnæ tempestatis, iram Iehovae denunciantis, imago; forsitan non rem ingratam facio lectoribus, si adscribam locum AMMIANI, calamitatem Nicomédiae sub Constantio tempore terrae motus horrendi, qui per Macedoniam, Asiam et Pontum laeviit, describentis, Hist. Lib. XVII. Cap. VII. *Primo lucis exortu die nono Kal. Septembrium, concreti nubium globi nigrantium, latam paullo ante speciem coeli confuderunt, et amandato solis splendore, nec contigua vel apposita cernebantur, ita oculorum obtutu praestricto, humo involutus, crassæ caliginis squalor infudit.*

5. (כ) רוחה בשמיות חרבי Nil frequentius apud poetas Orientales, quam ad caedis magnitudinem designandam gladium sanguine inebriarum sistere, vid. not. ad Deut. XXXII, 42. et STHUNURERUM ad Chabacuc. III, 9. in *Dissertat. iunctim editt.* pag. 360. 361., ubi plures similes imagines ex Arabum poetis invenies. Nisi potius hoc versu gladius in coelo iam *ira divina ebrios* intelligendus sit, prius quam in terram demitteretur hostium satiandus sanguine: tum apte versu sequenti gladius ille in Edomitarum terra sanguine satiatus describeretur.

6. (ה) הדשנה מוחלט Caedes nunc sacrificiis comparatur, et iis maxime, quae pro peccato siebant, in quibus adeps et sanguis Iehovae cedeabant, Levit. VII. הַרְשָׁבָה positum esse pro active הַרְשָׁבָה ab activo הַרְשָׁבָה (conf. STORRII *Observatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* pag. 157.), minus exercitatorum caussa observo. (כ) יְאֹזּוּם Inter Idumæae metropoles olim fuit

fuit *Borsra*, cuius vates hic meminit et Cap. LXIII, 1. perinde ac Amos I, 12., et Ieremias XLIX, 13. 22. Quae urbs Idumaeae omnino distinguenda ab urbe cognomine Moabitidis, sita in Arabia Moabitica, cuius urbis inter urbes Moabitidis meminit Ieremias XLVIII, 24.

7. Omnia animalia ad sacrificia idonea in unum congregantur. Indicat magnitudinem caedis. רָם, quod nonnumquam *Dorcadum* quandam speciem designare, non nego, hic tamen docente contextu, *bubali*, vel *tauri* notio-ne est accipendum: quod confirmat Arabicae dialecti consensus, in qua بَرْ جَلْ utramque, tam *Gazellae*, quam *bovis sylvestris* significationem habet. Vedit id iam MICHAELIS Bibl. Oriental. P. XXII, p. 109. not.

8. לְרִיב צִוֵּן שָׁנָה שְׁלֹמִים לְרִיב צִוֵּן (שָׁנָה שְׁלֹמִים לְרִיב צִוֵּן) *Veiba sumenda sunt acsi integre scriptum esset, לְרִיב רִיב צִוֵּן ad litigandum litem Sionis, h. e. ad agendas eius vindicias et exigendam poenam, pro iniuriis, ei illatis.* Tempus adest, quo Iehovah se ulciscetur de hostibus Israelis, sumetque poenas de iis, qui iniuste contendent cum illis. Idumaei semper infestissimi erant Iudeis, vid. Amos I, 11. Obad. X. seqq. Thren. IV, 21. Ezech. XXV, 12. Ps. CXXXVII, 7.

9. Prorsus devastandam fore Idumaeorum terram indicat, ac si esset terra picis et sulphuris, quae perpetuo ignem alit.

10. (לְשָׁוֹלָם יַעֲלֶה עַשְׂנָה) *Perpetuo fumus eius ascendet.* Solent enim incensarum urbium diu manere favillae et fumus. De fumo VIRGILIVS III. Aeneid.

— — *Omnis humo fumat Neptunia Troia.*

Ubi Servius: *ruina fit brevi, fumus vero longo permanet tempore.* Seneca in *Troadibus*:

*Ilium est illic, ubi fumus alte  
Serpit in coelum, nebulaeque turpes  
Troes hoc signo patriam videbunt.*

11. וַיֹּרֶשׁוּן קָנָח וְנוּי (Iraque accipient eam in possessionem, i. e. habitabunt in ea, tanquam in sua et propria hereditate. נַחַת esse Pelecanum Graculum Linnaei, loca deserta inhabitantem, satis verisimile effecit OEDMANN *Vermischte Sammlungen zur Naturkunde*, Fasc. III. Cap. VI. Terra illa in summam redigetur solitudinem, quam nullus hominum, sed animalia horrenda, aspernis assueta solitudinibus, habitabunt. רַגְמָתָה עֲלֵיה קָר הַהֵו אַבְנִידְבָּה) Et extender super eam lineam vastitatis et perpendiculum confusionis. Architecti, cum veteris aedificii partem aliquam deiicere volunt, metiuntur latitudinem linea, et altitudinem perpendiculo. Quasi ad normam legemque omnia diruentur et vastabuntur; per ὀξυμορο.

12. חָרִיה—יָקְרָא (Ad nobiles eius quod adtinet, non erunt ibi, quos ad regnum evocent, ellipsis τοις αστροις et τοις λεπτοις; nemo supererit, qui regno praefici possit. Quam explicationem posterius membrum confirmat.

13. רַעַלְתָה אֶרְטְנִתְיה סִירִים (De hac phrasi confer. not. ad Cap. V, 6. בְּמַבְצָרִיה) In munitionibus eius, intra ambitum moenium quae fuere. De בנוח יענה הנימ conf. not. ad Cap. XIII, 22.

14. De ziyyim שְׂעִיר conf. not. ad Cap. XIII, 21. De Lib. VI. c. 9. vocabulo σπάζ λεγομένῳ, BOCHARTVS *Hieroz.* P. II. Lib. VI. c. 9. egIt, et satis probabile effecit, spectrum esse, φαντασμα, daemonem. Id quidem maxime confirmat lingua Arabica, in qua nomen supereft, et ab utroque interprete repositum, Chaldaeo לִילִין habente, Syro ئَلَّا, manifeste librarii errore vel editoris pro ئَلَّا, quod ipsum nomen et Lexica Syrorum habent, et Bar Ali (cuius verba Michaelis ad Castelli Lexicon Syriacum dedit), daemonem, ad parentem specie ornatae feminae, vel generatim daemonem, i. e. spectrum verit. Nemo hic obvertet, spectra et φα-

*ταρσατα* non existere. In poetica vastitatis descriptione imagines etiam a fabulis non raro peti solent. DOEDERLEIN confert Arabum ليل, quod Golius tardam avem eiusque pullum interpretatur, unde ille colligit esse otidem veterum, avem sordidam, soliditudinis amicam. Sed conf. MICHAELIS in Supplementt. ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1442. 43.

15. קְפָר distinguishing a כְּפָר recte Bochartus videtur contulisse cum Arabum قَنْعَزْ, *serpens iaculus*, vid. Hieroz. P. II. Lib. III. c. XI. pag. 411. וְחַטָּלֵת) Et ponet, subintell. ova, q. d. pariet more gallinae, quae ponit ova. וְבִקְעָה) Rumpetqne, ruptis ovis excludet foetum. וְדַגְנָה) Et confugiet in umbram eius, i. e. sub eius umbra hospitabitur. רְגָר auctore MICHAELI in Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. II. p. 394. confero cum Arabum גְּזָבֵן, *fugit*; nam congregandi notio, in lexica recepta, nullo arguento solido nititur. — נְקַבְצָו) דיווח 애하 רעוּחה Congregati sunt milvi femina cum socia sua, sive unusquisque ad socium suum: i. e. nidulabuntur ibi milvi. דֵּיה est falco milvus Linnaei, vid. OEDMANN Sammlungen, Fasc. III. Cap. VIII. pag. 75. seqq.

16. נְדֻרָה—דָרְשׁוּ Quaerite in volumine Iehovae, et legite, nec unum ex illis desiderabitur, vos inquit, qui fueritis in illa devastatione, sciscitamini verba Iehovae per me praedicta, et deprehendetis nihil non impletum. ספר יהוה est volumen, in quo conscriptum est hoc oraculum, Iehova iubente a vate prolatum. אֶשְׁאָה רָעוּחה לֹא פָקַד) Femina cum socia sua non deficient: illorum quae dixi animantium nullum ibi desiderabitur. — סִי פִּירְכָּצָן) Nam os ipsius praecepit, et spiritus eius congregabit ea, i. e. Iehovah ipse praecepit id fieri, et ille ipse iubebit animantia illa ibi congregari. הוּא, ille, positum est pro nomine Dei, Iehovae, conf. not. ad Deut. XXXII, 39. et VRIMOET ad Dicta Class. V. T.

P. I. pag. 119. Hinc non videtur opus esse **זְרוֹעַ** mutare in יְהוָה, ut exponunt Alexandrini, leguntque quinque Codæ Kennicotti, quamquam id praeferunt Lowthius et Doe derlein.

17. **וְהַוָּא הַפִּיל לְהַן נֶרֶל** (*Et ipse misit eis sortem*, terram hanc illis ita attribuit, ut solent, qui per sortes eam assignant. Vid. Num. XXVI, 56. *וְיַדְוָ חֲלָקָה לְהַם בְּקָרָב*) *Ez partietur eam illis animalibus funiculo*, ut solent dividi hereditates. Sortem praecedit dimensio, vid. Ios. XVIII.

---

CAP. XXXIV. 1. Accedite gentes ad audiendum, ex nationes attendite! Audiat tellus cum suis incolis, orbis cum sua propagine.

2. Irascitur Iehovah omnibus iustis gentibus, ardet ira eius aduersus earum copias. Devovit eas, maestandas eas tradidit.

3. Caesi ex iis proiecti iacent; cadavera eorum foetorem exhalant; montes de sanguine eorum liquefunt.

4. Astra coelestia contabescunt; coeli convolvuntur ut volumen; omnesque eorum exercitus decidunt ut folium de vite, ut grossus de fico.

5. Nam ineptius est in coelis ensis meus. En in Edomitas descendit, ut vindictam sumat de populo, internecioni a me devoto!

6. Ensis Iehovae crux plenus, impinguatus ex adipe, ex sanguine agnorum et hircorum, ex adipe renum arietum. Nam Iehovae maestatio sacrificialis est Bozrae, et maestus magnus in terra Edom.

7. Coguntur bubali, tauri cum iuveniis; tota terra eorum sanguine repleta, pulvis ex adipe eorum impinguatus.

8. Nam dies est vindictæ Iehovæ, annus retributionis, ad vindicandum Sionem! — —

9. Flumina illius terrae in picem convertuntur, et pulvis in sulphur; quin tota terra in picem ardente conversa est.

10. Diu noctuque non extinguerit, perpetuo fumus eius ascendet. Perpetuo erit vastata, nemo umquam eo iter faciet.

11. Possidebunt eam iure hereditatis pelicanus atque ericus, bubo et corvus eam inhabitabunt. Ad mensuram vastabitur, ad regulam depopulabitur.

12. Non erunt nobiles, qui reguo praefici possint, primores omnes erunt sublati.

13. Palatiis eorum spinae increscent, carduus et urtica munitionibus eius; habitacula erunt hyaenarum, atria ulularum.

14. Occurrent vespertilioes (lemures) thoibus, et satyrus socio suo acclamabit. Quin spectra ibi requiescent, sibique invenient quietem.

15. Ibi nidulabitur acontia et enitetur, excludet ova, pullique in umbra eius hospitabuntur. Vultures ibi suos habebunt conventus.

16. Quaerite in volumine Iehovae et in eo legite: nullum horum deficiet; nullum ibi desiderabitur. Nam Iehovah ita iussit, et flatus eius ea congregabit.

17. Has sedes eis sorte distribuit et mensura certa assignavit. In perpetuum eas possidebunt, per complures generationes eas inhabitabunt!

CARMEN TRIGESIMVM  
QVINTVM.

(C A P. X X X . V.)

*A r g u m e n t u m.*

**T**erra Israelitarum vastatae felicior instat vicissitudo, arva deserta resurgent, et incolae Iudeae omnium honorum affluentia frumentur (vs. 1—7.). Exules Israelitae Zionem rediunt nullis impedimentis retardari, laetitia atque gaudio pleni (vs. 8—10.).

Carmen hoc vel eo tempore, quo exulibus Israelitis in patriam redeundi spes erat facta, vel in ipsa templi secundi inauguratione esse cantatum, mihi quidem manifestum videtur. Convenit in multis cum carmine nono Cap. XI. XII.

I. יִשְׁוּם מִדְבָּר Litteram ס in prima voce haud pauci interpres Aben-Esra autore, affixum neutrale quartique casus putant, pro בם, sive ס, quemadmodum et Latini gaudere aliquid, laetari rem dicere solent, ut sensus sit, loca deserta Idumeae gavisura de feris, quae in ipsis habitatione sint. Quem sensum plane ineptum esse, et nulla refutatione dignum, sponte quisque intelliget. Recte Künchius illud *Mem pro Nun paragogico positum auctorat*, in multis futuris occurrent, veluti יַשְׁמֻעָן, זְכָרוֹן, KENNICOTVS (in *Nott. Critt. ad hoc Cap. a LOWTHIO editis in Prael. XX. de sacra Poesi Hebraeor. pag. 419. edit. Goetting.*) fulpicatur, ו illud in יִשְׁוּם adhaesisse ex initio vocis sequen-

quentis, et proinde expungendum esse. Scilicet solenne erat in Hebraeis Miss. ad implendam lineam desinentem, assumere litteram vel litteras initiales vocis sequentis, quam tamen integrum postea exhibent. Eadem de nostra voce sententia placuit EICHHORNIO *Einleitung in das Alte Testam.* P. I. pag. 225. edit. sec. Nec ego admodum refragor; et id quidem eo minus, cum nullum aliud exemplum in fine positi, loco Nun paragogici, proferri possit. — Ceterum per desertum, cuius hic mentio fit, multi sunt, qui intelligent Idumaeam, cuius mutatio in desertum praedicatur in Capite praecedente, quod cum nostro coniungendum, ut in unum carmen, censem. Quod male statui puto, cum ea quae sequuntur, manifeste ostendant, de Iudea, adhuc deserta iacta, sed non pristinis incolis reddenda, esse sermonem.

2. (פרה ורנן) *Efflorescer eximie et exultabit, idque exultatione cum cantu sive exultatione, et quidem iubili.* Notum est, siatum constructum nomini particula intercedente non inscite iungi, ut שמחה בקציר, *laetitia messis*, Esaj. IX, 2., et licentius שברת ולא מין, *ebria, at non vino*, LI, 21. Aut quod enallagen constructi status pro absoluto dicere liceat, in his similibusque: מ המרים, pro aquae illae amarae Num. V, 18., מכח בלתי סרה, *plaga non recedens* Esaj. XIV, 6., חכמת ורעה, *sapientia et scientia* XXXIII, 6. Pro nichil apud Alexandrinos legitur, τα ζηνμα τα Ιορδανες unde Kennicottus נידח ירדן, *ripa Iordanis*, ab illis in Hebraeo lectum, idque lectioni Masorethicae praferendum censet. Sed bene huic conjecturae opponit Kocherus, in libris Hebraicis nonnisi plurale נדרה a גדרה a currende, nusquam גדרה a גדר. At reperto in aliquot codicibus גלח, absque littera י, cum Hubigantio Lowthus ex Ios. XV, 19., ubi גלח, scabreiae, leguntur, irrigua Iordanis maluit, unde vertit: auch frohlocke die wasserreiche Flur des Iordan. Verum in tali constructione גלח הירון scribi

solere, merito, meo iudicio, Kocherus monet. — כבוד (הלבנון כחן לה) Gloria Libani data est ei, terraef desertae, i. e. arboribus abundabit, sicut Libanon repletus est cedris, quae saepe eius decor vocantur, veluti Cap. XIV, 8. LX, 13. (הדור הכרמל והשרון) Decor, i. e. laetae segetes, Saronis et Carmeli; foecunditatem indicat. הטה יראו כבוד יהוה Potentem Iehovae tutelam experientur. Id enim saepe est videre Hebraeis.

3. חוקו—אמצו (Confirmate manus lassas; et genua labantia, nutantia, confortate; i. e. animo bono sitis, animum capite, conf. vs. sequ. Vires hominis in brachiis et cruribus maxime consistunt: metus autem et brachia remittit, et genua dissolvere videtur.

4. נסחרדי לב (festinos corde, vocat Hebraismus eos, in quibus cor palpitat, quod meticulosorum et pusillanimorum est. הנה—וושעכם Haec eo sunt referenda, quod Israelitis, profligato Babylonico, regno reipublicae Iudaicae infestissimo, sive vindicatis iniuriis, quas Israelitae ab illis perpetraverant, in patriam redeundi potestas est facta. Conf. supra Cap. XIV, 1. 2, et not. ad loc.

5. 6. Imagines poeticae, quae nihil aliud exprimunt, quam hoc, laetitiam de felicissima illa mutatione communem fore, et universam. אז הפקנה עינו עורים Tunç etiam stupidissimi intelligent, quam faveat suis Iehovah. אז ידריך קאייל פסח (וחן לשון אלם) Etiam prae senio aut morbo tardi alacres fient, et laetitiam externis motibus prodent. Etiam infantissimi Dei laudes canent. (כידבקנו—בגראבה) Hoc dicent omnes, magnam et prosperam factam esse rerum mutationem.

7.\_vocabulum שרב לאנט (זהיה השרב לאנט) conferendum est cum Arabum سراب, quod dicitur de vapore, qui tempore meridiani in locis desertis eminus speciem aquae habet, quem

quem radii solis repercussi ex arena efficiunt. **TEBLEBIUS,**  
Haritii Scholiastes, ad Confess. V. de سراب haec habet:

هُوَ ماءٌ يُرِي فِي الْفَلَةِ مِنْ خَدْوَ النَّسَمَسِ وَقَنْ  
الظَّهِيرَةِ يُسْرِبُ عَلَى وَجْهِ الْأَرْضِ كَاهْ مَا يَجْرِي  
i. e. est species aquae, quae in deserto apparet ad splendorem  
solis tempore meridiani, fluit liberius in superficie terrae, haud  
secus ac aqua fluens. **GELALEDDIN** ad Coran. XXIV, 40. de

وَهُوَ شَعْاعٌ يُرِي فِيهَا نَصْدَفَ النَّهَارِ فِي شَتَّى: سراب  
الْحَرِّ يَنْتَهِي إِلَيْهِ الْمَاءُ الْجَارِي  
apparet in illis desertis in meridie, cum calor solis est vehe-  
mentissimus, similisque est aquae currenti. **REISKIVS** ad Ta-  
raph. vs. 3. pag. 49. Confragosa et hiantia montium vallum-  
que praecipitaria, ardentesque illi vapores, qui iactare omnia  
fluctuum instar et pellere videntur, سراب dicti Arabibus,  
de quibus Curtius, pulcre maris quasi rictus et tremendas undarum  
profunditates et violentiam exhibent. Conf. eundem  
**REISKIVM** ad version. germanic. Carminis Tograi, pag. 31.  
not. X. CURTIUS Lib. VII. Cap. 5. Arenas vapor aestivi so-  
lis accedit — camporumque non alias, quam vasti et pro-  
fundi aequoris species est. THOM. HYDE in Annott. ad Peritsol.  
Cap. II. Dicitum nomen (Barca) splendorem seu splendentem  
regionem notat; cum ea regio radiis solaribus tam copiose col-  
lustretur, ut reflexum ab arenis lumen adeo intense fulgens, a  
longinquo spectantibus, ad instar corporis solaris, aquarum  
speciem referat; et hinc arenarum splendor et radicatio dicitur  
سراب، Serab, i. e. aquae superficies, seu superficialis aqua-  
rum species. Hic vapor saepe viatores deludit, ut eum pro  
aqua stagni aut lacus habeant (quo saepe alluditur  
in Corano, e. c. Sur. XXIV, 40. Impiorum opera sunt  
سراب بِقَعَةٍ يَسْهُلُ الظَّهَانِ ماءً، sicut vapor  
in deserto, quem situndus aquam reputat). Sic elegans est  
oppo-

oppositio inter שָׁבֵב et אַגְּמָן. Hoc igitur, quod ardente coelo aquoris speciem refert, id non iam subtili arena, sed aquis fluctuabit. (בְּנֹה—וְגַם) Ad verbum: *in habitaculo* (לִבְיָתְנֵב, *in quo*) dracones accubitus eius, pro dracones accubitus eorum, et quae sequuntur. Nam affixum femininum in רבֶּצָה referri ad חַנִּים, neminem offendet, qui sciat non Arabes modo idem affixum singulare femininum eum pluralibus utriusque generis coniungere, verborum personam tertiam singularis femininam pluralibus iisdem addere (conf. MICHAELIS *Arabische Grammatik*, §. 70.); sed et apud Hebracos eosdem dicendi modos subinde observari. Veluti Malach. II, 2. *maledicam רָגְם אֲרֹתִיךְ*, *benedictionibus vestris*, et quoque maledixi *ei*, h. e. huic rei, scil. benedictionibus vestris. Thren. I, 13. *taxavit fulmen בְּעַמְתֵּחַ נִירְקָה in ossa mea*, et elicit eam rem, scil. ossa mea. Sumitur igitur pronomen singulare femininum affixum, hoc modo se referens ad nomen plurale vel masculinum vel femininum, sensu neutrali, vid. SCHROEDERI *Syntax. Pronomum. Reg. XXXV*, c., ubi plura exempla huius dicendi moris invenies. Superflua igitur est mutatio 28 in רבֶּצָה, ut concordet cum חַנִּים, quam Kennieottus facere iubet. Verba חַצִּיר לְקָבָה וְגַם interpretes plerique sumunt hoc sensu: *gramen in arundinem et iuncum vertetur*, i. e. locis arenatis aestuque torridis pro sterili tenuique gramine arundo et iuncus provenient, talis squarum erit copia. Sed quia iuncus saepe ut ferarum bestiarum habitaculum siccatur, veluti PI. LXVIII, 31. (conf. OEDMANN *Sammlungen aus der Naturkunde*, Fasc. I. pag. 41. seqq.), ego verteim: *gramen orietur pro iunco et papyro*, ubi antea iunci palustres et arundines, ferrum cubilia, erant, ibi grama et herbæ, pecorum pascua, orientur. ה saepe pro notare, notissimum est.

8. Conf. Cap. XI, 16. (וְדָרְךָ הַקָּדָשׁ יִקְרָא לָהּ) Quare via Janæa vocanda sit illa via, ostendit, quod statim sequitur,

לֹא יִעֲבְרֶנּוּ תָמֵא, nullus pollutus eam pertransibit, i. e. nemmo ibi spectabitur praeter illos qui ad populum Iehovae peculiarem (הַקְרָשָׁה) pertinent, nullus idolorum cultor. רְאוּלִים לֹא יִחְשֻׁן Recto tramite, qui brevissimus, sine tortuosis anfractibus, quibus ignari possent decipi.

9. Ferae, quae securitatem turbant viatorum, non sunt timendae. רְהַלְכוּ גָּאוּלִים Ibique ambulabunt illi, quos Iehovah tot malis eripuit.

10. וְפִרוּיִ יְהוָה Redemti a Iehovah, Iudei, qui exitio erepti multis in locis exsulaverint, supra XI, 11. יִשְׁבוּן, redibunt in patriam.

CAP. XXXV. 1. Laetatur desertum siccum, gaudet solitudo, floret tanquam rosa.

2. Valde floret, et exultat iubilo et gaudio magno. Libani decore, Carmeli et Saronis splendore ornatur. Vident gloriam Iehovae, maiestatem Dei nostri.

3. Firmate manus remissas, et genua labantia robustor.

4. Dicite hominibus meticolosis: fortes estote: nolite timere. Ecce Deus vester, ultio venit, retributio Dei, ipse venit, salvator.

5. Tunc aperientur oculi coecorum et aures surdorum reserabuntur.

6. Tunc saliet claudus, tanquam cervus, et lingua muti iubilabit. Nam erumpent in deserto fontes, et flumina in solitudine.

7. Tunc vapor arenae apparet mutabitur in stagnum, et loca siccum in aquarum scaturientes. Ubi antea ferae bestiae iacebant, ibi pro junco et arundine gramen orietur.

8. Existet ibi via aggerata, quae via sancta vocabitur, quam nullus profanus ingredietur. Solis ipsis strata erit, qui iter facientes ne simplicissimi quidem errabunt.

9. Non erit ibi leo, nec violenta fera ulla eam adscenderet, aut ibi conspicetur. Sed ibunt redemti.

10. Iehovas vindicari revertentur et venient Sionem cum iubilo, sempiterna caput perfusi laetitia, voluptatem et gaudium consequentur, procul fugato moerore et gemitu.

---

## LIBRI PARS HISTORICA.

(CAP. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX.)

## Argum entum.

*S*equitur compendium historicum rerum memoratu dignarum sub rege Hiskia, spatium duorum aut trium annorum complectens. Primo historia expeditionis Sanheribi, Cap. XXXVI. et XXXVII. Deinde historia morbi lethalis Hiskiae, curatio eius miranía, et carmen eucharisticum pro recuperata valetudine, Cap. XXXVIII. Tandem narratio de legatis a rege Babylonis Hierosolymam missis, qui Hiskiae restitutam valetudinem gratularentur, Cap. XXXIX.

*D*isputatur, utrum Iesaias hanc historiam composuerit ipse et in hunc librum digesserit, an quis aliis? Prior quidem sententia, si eam in se spectes, non destituta est omni probabilitate. Cum enim prophetae passim manus admoverint ad conscribendam historiam sui temporis, ut ex exemplis Gadis, Nathanis, Ahiae, Iduntis, liquet, et Iesaias ipse conscripsit res gestas Uiae (2 Chron. XXVI, 22.); verisimile esse possit, et eventus memoratu dignos temporis Hiskiae, in quibus ipse Iesaias personam sustinuit insignem, ab illo memoriae mandatos esse. Cui sententiae praererea favere videtur locus 2 Chron. XXXII, 32. Re tamen penitus perpenja, sunt quae-dam, quae dubitare nos iubent, hanc, quae sequitur, particulam historicam Iesaiae ipsi tribuere. Primo enim ille Chronicorum locus huic sententiae non patrocinatur, vide notam nostram ad libri huius Iesaiani inscriptionem. Deinde conseruenti hanc historiam cum ea, quae extat in libro Regum posteriore

steriore a vs. 13. Cap. XVIII. usque ad vs. 20. Cap. XX. clariſſime patet, historiam hanc, ut in nostro hoc libro legitur esse transcriptam et quidem contractam ex libro Regum. Hinc probabile videri poſſit, historiam libri Regum esse typum, ad quem noſtra excerpta ſit; reſcifſis, quae videri poterant ad corpus iſum historiae minus neceſſaria, et neceſſariis tantum, quae ad ſummam historiae ſufficerent, retentis. Cum tamen inter hanc noſtrā, et eam, quae in Regum libris legitur, historiam, aliae quoque haud paucae variationes occurrant; probabilius videtur, utramque illam eſſe compendium maiorum et longe ampliorum commentariorum, quos in historiam regum Iudeorū olim extitisse, reſtatur locus iuſignis 2 Regg. XX, 20. et cetera Hiskiae, et omnis potentia eius — — ſcripta ſunt in diurnis Commentariis regum Iudee. Ex illis maioriibus commentariis igitur, ex quibus Regum libri excerpte ſunt post exilium demum Babylonicum (nam in exilio historia in illis narrata, terminatur, et vide praeterea EICHHORNIS Einleitung in das Alte Testam. P. II. §. 484.), et ea, quam nos hic habemus, particula historica videtur defumta. Illi enim, qui variciniorum hanc farraginem, quae a Iesiae nomen fert, digeſſerunt, cum viderent historiam illam ad intellectum nonnullorum, quae ſupererant, Iesianorum oraculorum, plane neceſſariam eſſe, non ingratum posteris facturos intellexerunt, ſi eandem, reſectis non plane neceſſariis, paulo contraſtiorēm huic transferrent. Idem hoc fecerunt illi, qui Jeremiae oracula collegerunt; ſubiecerunt illis notitias historicas, maxime neceſſarias, quae cum non minus ſaepe, quam haec noſtræ, ſaepe convenirent cum ſecundo Regum libro, et ipsae cum eo ex communi illo commentariorum prolixiorum fonte hauiſtæ viden-  
zur. Hac auſſumta hypotheti ſimul patet ratio mutationum inter noſtrum, et Regum librum extantium. Ceterum con- ferri meretur cum hic dictis EICHHORNIUS Einleitung in das Alte Testam. P. III. §. 526. p. 73. 74.

## CAP. XXXVI.

1. (על כל ערי יהודה הבצורת ויחפשם) *Contra omnes urbes Iudeae munitas, easque cepit.* Cum primam adversus Iudeam expeditionem fusciperet Senacheribus, videtur cum maiore copiarum suarum parte iter per Iudeam directe instituisse Aegyptum versus, vid. ad Cap. X, 28., quando primo terrore perculti incolae Iudeae viros et agros plerique deseruerunt, et urbes plerasque *munitas* dictas (sed, ut probabile est, minus probe *munitas*, curasque) hosti occupandas dediderunt. Nec tamen *omnes*, sed regi in expeditione obvias: quo in Aegyptum digresso, Iudei consilio et cura Hiskiae provide pro ratione temporis eas muniverunt, atque adeo animis iam paulo confirmatioribus regi redeunti ex Aegypto eas obiecerunt, ut occurrent exempla in *Libna* et *Lachisa*, infra Cap. XXXVII, 8.

2. (וישלח מלך אשר אה רבשכה) *Praetermittuntur hic, quae μετων consequentia in libro Regum II, Cap. XVIII, vs. 14. 15. 16., nos docent, Hiskiam per legatos ad Senacheribum missos Lachisam tum confessione culpae defectio- nis, tum munere oblato, conatum esse, animum regis offendit placare, vel saltem mitigare.* Est autem probabile, quae hic narrantur, gesta esse, postquam rex Assyrius redierit, ab expeditione Aegypti, vid. JOSEPHI *Antiquq. Lib. X. Cap. 1. §. 1.*, et *Usserium ad Ann. 710. ante C. N.* (רבשכה) *Pleni- nius in historia libri Regum: deinde misit rex Assyriae Tar- taniem, Rabbaribum et Rabsacen ad Hiskiam: sed cum Rab- faces unus ex legatis verba fecerit, forsan quod Hebrei idiomatis peritior esset, solus appellatur, et narratio de illo continuatur in singulari: et in libro Regum in plurali. Rab- faces nonnulli, Clerico autore, pro nomine appellativo ha-*

bent, quod indicet munus hominis, qui *princeps potionis*, sive regi a *poculis* fuerit, qualem Pharaon habuit (בָּרְךִּים *princeps*, et בְּקַשׁ, *potum ministrans*, *pincerna*), Genes. XL, 2. 23. לְכִישׁוֹת שֶׁר תְּכִישׁ קִים) Lachisa urbs erat ditionis tribus Iudee, sita in *Campestri* sive humilioris et planioris terrae tractu (qui *montano* oppositus *planities* dicebatur) ad Occiduum Hierosolymorum, austrum versus, ut colligeretur ex Iosuae Cap. X, 31. XV, 39. coll. cum vs. 33., unde simul patet, urbem fuisse antiquam, reguli alicuius Amorraei, a Iosua devicti, sedem. Erat urbs sub regibus Iudee munitissima (quo alluditur Mich. I, 13.), haud dubie opposita excursibus Philisthaeorum. Conf. RELANDI *Palaest.* p. 494. 505. 870. Hinc, si verum est, quod supra supposedimus, Sanacheribum ex Aegypto venisse consilio tentandi Hierosolyma; obviam sibi habuit *Lachisam*, nihilque magnopere proficere potuit, antequam eam non expugnasset, בְּחִיל פָּבָד ad verbum non est vertendum: *cum copia magna*, id enim Hebraice esset בְּחִיל פָּבָד, hic vero חִיל in *statu constructo* positum est; sed elliptice positum est pro: בְּחִיל עַם פָּבָד, *cum copia multi populi*. Videtur Sanacheribus, ut terrorem incuteret Hiskiae, et populo Hierosolymitano, partem copiarum suarum cum legatis, *Tartane*, *Rabsaribo* (2 Regg. XVIII, 14.) et *Rabsace* misisse. Inde in libro Regum unus tantum *Rabsaces* ad regem reversus legitur, ut *Tartanes* apud copias permanserit, nova per Rabsacen a rege exspectans mandata: conf. supra Cap. XXII, 6. 7 seqq. Quod autem in *Chronicorum Libro secundo*, Cap. XXXII, 9. dicitur, *Sancheribum fuisse apud Lachisam*, *cum toto dominatu suo* (כָּל מַמְלָחָה), intelligendum haud dubie est de regis comitatu et impedimentis. Mos enim erat Asyriis et Persis omnem copiam et magnificentiam aulae suae in expeditionibus bellicis adeo ostentare. בְּחִיל כּוּבָס) Vide not. ad Cap. VII, 3. Legati ab Occidente progressi Hierosolyma versus hac via perduerti sunt usque ad murum Zionis, in tractu urbis occiduo, apud aggerem, sive viam stra-

*firatam* (מִסְלָה), quae proxima agro fullonum שדרה כובס (כּוֹבֵס) excurrebat ad *piscinam superiorem*; adeo ut sub murum stantes intelligi potuerint a populo, qui murum urbis con-scenderat, ut patet ex *vs. vi.*

3. De *Eliakimo* conf. supra ad Cap. XXII, 15. 20. *Seb-na* vocatur סופר, *scriba*, cuius munus apud veteres Graecos et Asiae populos tatis honestum fuit. NEPOS in *Eumene* Cap. I. Fulgebat enim iam in adolescentulo indeoles viruntis: itaque cum habuit (Philippus, Amyntae filius) ad manum scribæ loco, quod multo apud Graecos honorificentius est, quam apud Romanos, nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur: at apud illos contrario nemo ad hoc officium admittitur, nisi honesto loco, et fide atque industria cognita, quod necesse est, omnium consiliorum cum esse participem. Vere ἀρχιγραμματεύς, quo officio pariter functus est apud Alexandrum; quomodo vocis sensum recte reddidit Plutarchus. Curtius in *historia Darii* non semel eadēm hac voce scribæ hoc sensu utitur. Conf. 2 Sam. VIII, 17. Esth. III, 12. Ierem. XXXVI, 10. המזכיר Hieronymus bene reddit: *a Commentariis.*

4. המלך הגדול, *Rex ille magnus*, epitheton valde usitatum regum veterum Assyriorum et Persarum, vid. supra ad X, 8. XXX, 33.

5. אטרחיה למלחה Est in his verbis, quod exercet interpretes, et eo quidem magis, quod alia lectio extat in loco parallelo 2 Reg. XVIII, 20. ubi pro אטרחיה, *dixi*, habetur אטרח, *dixisti*. Hieronymus Hebraeis haec tantum supposuit latina: aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? cum singula non assequeretur, visus sibi est satisfacere officio, si sensum sententiae daret, qualem mente conceperat. Alexandrini hunc versum sic reddunt: Τι πεποιθας εἶ; Μη ἐν βελῃ καὶ λογοι χαλεψι παρεχταξις γινεται; καὶ τινὲς ἐπι τινα πεποιθας, οὐτι ἀπιθεις μοι; Vides et illos sensum utcunque dedisse. Syrus pro אטרח videtur legisse אטרח,

sensumque sic reddit: *et dicitis, quod sit in te verbum labiorum et prudentia et fortitudo ad bellum: satis obscure.* DOEDERLEIN vertit: *quaero ex te, num in verbis sapientia virtusque bellica consistat?* Sensus quidem aptus. Sed utrum verba hebraea eum admittant, iam dubitavit Dathius, qui praeterea recte observat, *verba labiorum omnino indicare verba inania, subtilia, et sequentia dicere, quae sint verba illa inania Hiskiae: consilium et fortitudo ad bellum,* scil. mihi sunt, non desunt mihi. Commendatur haec sententia, praeter facilitatem, etiam eo, quod ea assumta, verborum nostrorum sensus non differt ab iis, quae in loco parallelo 2 Regg. XVIII, 20. leguntur. Ponas eniū: *dixisti tantummodo verba inania, dum consilium et robur ad bellum gerendum tibi non deesse affirmasti: five: quod consilium et robur ad bellum gerendum tibi non deesse, affirmas, id ego verba tantum vana et inania dico: cui enim confidis et quae sequuntur: utrumque perinde erit.* (על מי בטהה כי מרתת כי) *Nunc in quo confidis, quod adversus me rebelles, i. e. quod mandatis meis te morigerum non praestes, nec ditionem facias urbis.* Perpenderat quidem Hiskias multam ab Assyrio impositam vid. 2 Regg. XVIII, 14. 15. 16. sed munivit urbem contra hostis irruptionem, 2 Chronn. XXXII, 2—8. Hinc quod Hiskias imperatam sibi urbis ditionem recusaret, id Rabsaces rebellionem vocat.

6. *Confidis scipioni arundinis infraictae: vox רצוץ hic proprie notat arundinem ex agitatione venti tempestatisque gravioris et quassatione laesam; non tam prorsus fractam, quam semifractam, fressam, ut prisci Latini dixerunt. Nec sine causa metaphoram defumisit de calamo.* Ut enim hic in *Aegypto* apud Nilum et alveos eius, ac paludes Aegypti frequens nascitur (conf. cap. XIX, 6.): sic fuit olim inter Aegypti symbola, ut palma Iudeae. Id certe clare patet ex Ezech. XXIX, 6., in prophetia de Aegypto, ubi hoc emblema repetitur. Vocat vero Aegyptum

arun-

*arundinem infractam*, quod, postquam Salmanassar bellum gestisset cum Aegyptiis et Cuschaeis per *tricennium*, vires huius regni magis adhuc frangerentur ab ipso Sanheribo, qui cum potissima copiarum suarum parte expeditionem suscepit, eamque tentavit, etsi non liqueat, quo effectu et successu. Videlur tamen Aegyptum affecisse aliquo damno, cum Cuschaei, quibus praeципue defensoribus Aegyptus cum rege suo Sethone hoc tempore nitebatur (vid. Cap. XVIII.), non essent parati ad Sanheribum repellendum, expeditionem enim hanc Sanheribi fuisse inopinatam, ex Chronicorum Lib. II. Cap. XXXII. patet. (אשר יסנך רונכבה)

*Super quo si nititur quis, subibit volam eius eamque pertunderet.* Altera pars της ἀποδοσίας his verbis comprehenditur, altera vero reticetur, quippe quae ex ipsa προτάσει, sive ex similitudine proposita, facile colligi posset. Prima pars ἀποδοσίας hic non expressa, sed subintellecta est; Hiskiam, Aegyptio fidentem, cum ipso casurum esse, ut solent, qui calamo arundineo seminfracto innituntur, Aegyptium enim regem, aegre se ipsum sustinente, Hiskiae sustinendo imparein esse. Altera apodosis est, quae hic ipsa exhibetur: ut enim qui calamo acuto et tenui, quem manus suea vola complexi fuerint, acrius et toto corpore nituntur, metuere debent vulnus, ne forte canna volam subeat, eamque perforet; sic Hiskiam regi Aegyptio, hoc tempore modicis viribus circumscripto, innitente, facile sibi conciliaturum esse noxam. (כון עליו) *Talem scilicet Pharaon, Rex Aegypti, praefstat omnibus, qui in eo confidunt.* Respicit ad id, quod Ephraimitarum, et forte Syriae quoque reges, certe Philistaei, Aegyptio nixi, eiusque opem implorantes, ab ipso destituti fuerint, vid. Cap. XXX, 3. seqq.

7. (כידחאמר אל) *Et si mihi dixeris, veluti de Hiskia. Sed in Lib. Regg. רבי האמורן אל, et si dixeritis mihi, quod melius respondet sequentibus: Iehovae Deo nostro confidimus.* Utique tamen lectio ferri potest. (הלא מזבחתין)

*Nonne is ipse est, cuius altaria et celia Hiskias amovit? Audiverat Assyrius fama aliquid de abolitione idolorum, ab Hiskia facta, quae narratur 2 Regg. XVIII, 4. 2 Chronn. XXVIII. Sed male illud intellexit, et veterem religionem a rege immutatam opinatus est. ריאמר\_חשהחו) Et dixit Iudee atque Hierosolymis, ante altare hoc adorabitis, scil. Deum. Intelligit altare in templo Hierolymitano, unicum, solum ut patet ex Lib. Regg.: ante altare hoc adorabitis בירושלים, Hierosolymis.*

8. Irridet Hiskiam ob defectum equitatus, fac, inquiens, *sponsonem cum domino meo, rege Assyria, ut, si tibi duo millia equorum dederit, tu rotidem equites sisas?* Non ad virorum paucitatem id referendum est, sed eo, quod pauci admodum Iudeorum equitandi artis periti essent: nam post Iothamum reges Iudeae nullum equitatum aluerunt: hinc partem Iudeorum ab Aegyptiis equitatum petuisse vidimus supra Cap. XXX. XXXI. — *המלך in Lib. Regg. legitur מלח אן, utrumque bonum.*

9. *Quomodo ergo cogitas avertere (ut 2 Regg. XVIII, 14.) vel unum praefectum servorum domini mei minimum? Tu quomodo vel uni minimo duci, domini mei vasallo, resistere audeas? ותבתח\_ולפרשים) Sed confidis Aegypto currum et equitum caussa.* Praefixa ה ante voces רכב et פרשים hic non tam: *quod adsinet ad vertenda, quam potius caussam indicare videtur.*

10. *וועחה\_ויהשחיתה) Et nunc, an praeter Iehovam, i. e. invito Iehova, ascendi in terram hanc ad eam vastandam? Profecto ipse iussit Iehova hanc provinciam aggredi, et devastare. Cum tu, Hiskia Rex, et qui in partibus eius estis, iactetis, Iehovam vobis propitium caussam vestram suscepturnum; aio ego, vos turpiter falli: ego enim Iehova ipso iubente hanc expeditionem suscepi: frustra itaque illi fiditis tanquam propitio, quem vobis experiemini adversum. Vitrina*

tringa putat, id non mendacium fuisse, a Rabsace inventum; sed illum dicere voluisse, *se non absque monitu et horatatu eius numinis, quod ipse pro vero Deo habuit, hanc expeditionem suscepisse*, vel quod a prophetis et hierophantibus Assyriis (absque quibus coniunctis Orientales rerum graviosis momenti nihil aggrediebantur) ad hoc iter tuerit incitatus (tunc vocem יְהוָה hic sumeret appellative ut saepe sumitur, pro eo numine, quod ipse pro vero Deo habuit); vel quod ad illum pervenerit fama vaticiniorum hac de re a Iesaja editorum, in quibus saepius ille praedixerat, Iehovam missurum esse Assyrium ad castigandos Iudeos, veluti Cap. X, 6. VIII, 6.

11. )  
 In Lib. Regg.: *Eliakimus, filius Hiskiae: et pro ibi scriptum est שָׁבֵגַת אֶלְיָהוּ*. — אל-חרבר אל-יאיר שְׁבִגָּת יהודית Ne loquere ad nos Iudaice, i. e. lingua Hebraea, sive Cananæa, ut Nehem. XIII, 24. Bene Vitrings obseruat, hanc notionem vocabuli יהודית novam esse, et circa hoc tempus demum usurpari cooptam, postquam Ephraimitae abducti essent Babylonem. Ante hoc tempus enim linguam non magis dici potuisse Iudaicam quam Ephraimiticam; sed eversa Ephraimitarum republica omnes Iacobitas censerit coepisse sub Iudeis, et nomen Iudeorum evasisse nomen totius gentis et religionis. Nomen יהודי, Iudeus, de tota gente, Iudeis et Ephraimitis usurpatum tantum inventur in libris post tempus *Merokeas* Babylonicae scriptis, veluti Nehem. II, 7. 9. Esr. VIII, 36. 2 Chronn. XXXII, 18. Esther. IX, 29. 31. X, 3. etc. Ceterum ex hoc etiam loco liquet, quod monumentis et reliquiis antiqui aevi confirmatur, Syros et Assyrios eadem usos fuisse lingua; hinc Assyrii scriptoribus exoticis Syri quoque dicti sunt.

12. )  
 Rabface vero respondit: num putatis me a domino meo missum esse, ut cum domino vestro et vobiscum his de rebus agerem, et non potius ad milites istos, qui murum tenent, et vobiscum merdam suam comedere, et urinam

*bibere cogentur?* Scilicet, si urbs forte arcta premeretur ob-  
sidione, ut hoc ipso cogeretur ad deditioinem. Liquet ex  
tota historia antiqua, artem urbium per obsidionem expu-  
gnandarum a populis veteribus minus excutam fuisse:  
hinc saepe haeserunt in munitarum urbium obsidione per  
plures annos. Sic Samaria per triennium vim Salmanassaris  
fusituit, et tantum fere temporis Hierosolymorum urbs  
Nebucadnezarem delusit. Ceterum observandum est, Ma-  
forethas vocibus חֲרָאֵיִם et שְׁנַיְלָהִים, nimio verecundiae stu-  
dio, puncta vocalia aliarum vocum supposuisse, quas prae-  
teritis textualibus pro iis legi voluerunt. Voci חֲרָאֵיִם substituerunt puncta vocis צֹוֹאָתֶם, in hanc formam: חֲרָאֵיִם,  
et voci שְׁנַיְלָהִים puncta vocum מִינְפִּי בְּגִלְקָהִים, in hunc modum:  
שְׁנַיְלָהִים. Idem in aliis quoque locis fecerunt, quae  
recenset CAPPELLVS in Crit. Sacra Lib. III. Cap. VI. p. 204.  
ed. Vogel., qui idem recte observavit, הָרָא esse conferen-  
dum cum Arabum خَرْبَى, *alvum exoneravit, caccavit;* cf.  
MICHAELIS Supplemm. ad Lexx. Hebrr. P. III. p. 900.

16. בָּרוּךְ אַחֲרֵי בָרְכָה) Per benedictionem, metony-  
mice hic intelligitur *pax*. Cum enim benedictiones vulgo  
hac conciperentur formula: *pax tibi, vobis; ipsa pax vide-  
tur dicta esse benedictio.* Recte igitur Chaldaeus reddidit:  
עֲבֹדוּ עִמִּי שְׁלָמָא, facite mecum pacem.

17. (עד־בָּאוּ—וכרמים Donec vos in terram vestram simi-  
lem transferam, in terram frumento et musto, pane et vino ab-  
undantem. Solebant antiquis temporibus populi vieti a vi-  
ctoribus translocari, sive mitti in colonias: iubebantur et-  
iam sedes inter se permutare; secundum id, quod Histiaeus  
fixit apud Herodotum (Lib. VI, cap. 3.), Regem Darium  
constituisse Φοινικούς εἰσαγαγόντας, ἐν τῇ Ιωνῇ μετοικισσει, Ιωνες δὲ  
ἐν Φοινικῇ, Phoenices sedibus suis amotis in Ioniam transferre,  
et Iones in Phoenicen. Id dicebatur μετοικισμός, et transmi-  
gratio ipsa μετοικεσία. Ratio erat, ut populi facilius retine-  
rentur

rentur in obsequio. Fuit etiam moris Romani. **Suetonius** de Augusto (Cap. XXI.): Suevos et Sicambros dederentes se ira-duxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. — Posteriori commatis membro in Regum libro haec addita leguntur: *terram olearum, olei et mellis, ut vivatis nec moriamini.*

19. De אַרְפָּד vid. not. supra ad Cap. X, 9. et de תִּנְחָן ad Genes. X, 18. סִפְרוֹיִם esse Sippaharam Ptolemaei, quae Eusebio (in Praeparat. Evangel. Lib. IX. Cap. XLI.) dicitur Σιπαραμηνη πόλις, quae urbs sita erat in Meopotamia ad Eu-phratem proxime illum locum, ubi fluvius ille in duos al-veos scinditur, plerorumque recentiorum est sententia, cui etiam adsentiantur Doederlein in not. infia ad Cap. XXXVII, 12., et MICHAELIS in Supplemm. ad Lexx. Hebrr. P. V. pag. 1805. qui praeterea addit d'Anvillii observationem pag. 77. Euphratii et Tigridis, eam videri Hipparenum Plinii, de qua ille Hist. Nat. Lib. VI. §. 30.: *Junt etiamnum in Meso-potamia oppida, Hipparenum, Chaldaeorum doctrina clarum et hoc, sicut Babylonii iuxta fluvium Narragam. Muros Hipparenorum Persae diruerunt.* Et (וכייחצלו שמרון מידי) an eripuerunt Samariam e manu mea, scil. Dii sui. כי usurpari in interrogationibus, notum est.

22. *Vestium lacerationem* gravis luctus signum fuisse, vix monitu opus; exempla vide 2 Sam. III, 31. 1 Regg. XXI, 27. Ierem. XXXVI, 24.

## CAP. XXXVII.

2. Moris fuisse, ut prophetæ spectabilis auctoritatis in ea-  
fibus dubiis consulti sint, per totam historiam Hebrei po-  
puli liquet; estque huic plane simile exemplum Iosiae,  
Huldam prophetissam per legatos adeuntis, 2 Regg. XXII,  
12. seqq. Conf. 1 Regg. XXII, 13.

3. **חַכָּה** (יְהוָה צְדָקָה) Sunt interpretes, qui vocem *in iustam interpretationem reprehensionem*, qua usus esset Rabla-  
ke adversus Ichovam. Sed ego vix mihi persuadeo, pro-  
phetam ad indicanda convitia, quae dux Assyrius contra Ie-  
hovam dixit, illo nomine usum esse. Rectius alii *safigationem* reddunt, qua significatione vox occurrit saepius, ve-  
luti Ps. LXXXIII, 14. CXLIX, 7., et Hos. V, 9. **יְהוָה יְמִין** (ut  
bene ibi interpretatur KÜHNOELIUS, V. C. mihi que amicissi-  
mus), illius orationis nexus docet. **בְּאַצְעָה** hic indicat *contu-  
meliam* (verbum γνῶν enim praeter alia et *spernendi* notio-  
nem habere satis notum est, et digni sunt, ut de illo confe-  
rantur IOH. WILH. SCHROEDERVS in *Commentar. ad Ps. X. p.  
70.* seqq., et eius frater NIC. WILH. SCHROEDERVS in *Obser-  
vatt. ad Origg. Hebr. pag. 145.* seqq., nec non EVERARD.  
SCHEIDIVS in *Specim. Animadverff. ad novam Iesaiac version.  
Harderov. 1779. pag. II. 12.*, MICHAELIS in *Supplemm. ad  
Lexx. Hebr. P. V. pag. 1581. seq.*). *Diem contumeliae* au-  
tem dicit Hiskias illum diem, quod tam ipse cum universo  
populo, quam numen, ab ipsis sancte cultum, ab Assyriis  
contumelia afficiebatur. Bene Dathius sensum expressit:  
*tempus hoc est valde afflictum, quo contumelia et ignominia af-  
ficimur.* **כִּי בָּאַרְלֹדָה** (כִּי בָּאַרְלֹדָה) Nam venerunt filii usque ad matri-  
cem, et nulla pariendi vis est. Locutio, uti videtur, He-  
braeis

braeis proverbialis, qua significare voluerunt, rem versari in summo discrimine, ut, nisi auxilium aliunde adferatur, actum sit de salute publica et domestica: similitudine defusca a puerpera, praecedaneis doloribus debilitata, quam deficiunt vires enitendi dum foetus in eo iam est, ut uterum praerupturus sit, modo vi et conamine matris adiuvetur, qua vi deficiente et labefactata, nulla spes est salutis foetus, nisi aliunde auxilium et remedium arcessatur. Haud absimilis locutio occurrit Hos. XIII, 13., quam feliciter explicavit Kühnoelius supra laudatus.

4. אָוֹלִי—רְבַשָּׁה) *Forsan audiverit Iehovah, Deus tuus, verba Ralsaces.* Audire hic est ad animum revocare, ut eorum, quae audis et noris, rationem te habere demonstres. Vult itaque dicere: forte ea res advertit Iehovam, Deum tuum, ut Latini loquuntur. וּנְשָׁחָת—הַנְּמֶצָּה) Ad verb.: et tolles precationem pro iis quae inveniuntur. Sed verbum נְשָׁחָת hic significat, verba proferre, effari, ut Exod. XX, 7. XXIII, 1. Habac. II, 6. Job. XXXVII, 1., et נְמֶצָּה, invenitum, hic indicat id, quod existit, comparet, supereft, qua significatione, observante Vitringa, vox usurpatur recentioribus Hebraeorum philosophis, veluti Maimonidi, sub initio Tractatus de fundamentis Legis, ubi, primum esse, ait, credendorum dogma, והוא ממציא ראיין צורי, שישי שם בכל הגמציא, esse aliquod existens primum, illudque existentiam largiri omni existenti. Recte Dathius hoc incisum vertit: intercede igitur precibus pro reliquis, qui adhuc superflunt.

6. אֲשֶׁר—אָוֹחֵי) *Quibus (verbis probrosis) me prosciderunt regis Assyrii ministri.* Verbum גַּדְעָה notare convitiis quem proscindere, insectare probris, נְבָקָתָה, ὀνειδία, hinc, ubi de Deo est sermo, βλασφημία, satis est notum.

7. רְזִחַנְתָּה vel hic positum est pro רְזִחַנְתָּה (הַנְּבִי נָחוֹן—אָרְצָה), I Sam. XVI, 14. vel pro רְזִחַנְתָּה דָּלְדָּה, C. eod. vi. 17., conf.

conf. supra XXXI, 8. 9., ubi hic affectus, Assyriol inditus מִנְוָר, *trepidatio, tremor*, dicitur: vel simpliciter notat *voluntatem*, quod nonnullis Hebraeis interpretibus placuit. Sic sensus esset: *indam ei voluntatem ad sua revertendi, simul ac ad ipsum pervenerit rumor de expeditione Taraconis, infra vi. 9. וְהַפְלִחֵץ כְּחַרְבָּה בְּאֶרְצָן*) *Et faciam eadet gladio in terra sua*, vide infra vs. 38. Patet, hanc orationem Iesaiæ suggestam esse ab illo, qui librum hunc, illius prophetæ nomen præterentem, conscripsit.

8. דַּרְמָצָא אֲחַ-מֶּלֶךְ אֲשֶׁר נִלְזָם עַל-לִבְנָה) *Invenit regem Assyiae oppugnantem Libnam.* Num Lachisam in suam potestatem redegerit rex Assyrius, non adscribitur in historia: sed probabile est, excidisse illum voto, quod urbs tam situ, quam munitione probe curata fuerit. *Libna* urbs antiquo tempore fuit spectabilis, aetate Iosuae a regulo Amoraeo administrata, sita ad Occiduum Hierosolymorum flexum austrum versus, Lachisae ad Septentrionem, a qua non longe distitit: estque probabile, ipsam quoque ad modum Lachisae situm obtinuisse illic loci, ubi campestris regio in montanam assurgebat.

9. עַמְמָיו) *Et peruenit ad eum* (regem Assyrium) *rumor de Thirhaca, rege Cuschæae, ferens: egressus est, ut tecum pugnet.* Thirhaca, qui in Manethonis Dynastiis apud Eusebium Ταρκάνος vocatur, Aethiopum rex fuit, qui Aegyptum sibi subiecerat. Conf. GATTERER Weltgesch. P. I. pag. 225.; BECK Allgemeine Welt- und Völkergeschichte, P. I. p. 170. Erat autem virtutis et peritiae bellicae Taraconis magna fama, ut liquet ex verbis Megasthenis apud STRABONEM Geogr. Lib. XV. p. 472. ed. Casaub. Καὶ τοῦ Σεσσαρίου μὲν τοῦ Αἴγυπτου, καὶ Ταχερωτοῦ τοῦ Αἴθιοπα ἡώς Εὐρωπῆς προελθεῖν. Ναυοχόροσορον τοῦ παρα Χαλδαιῶν ευτοκιμούσαντα Ήρακλεὺς μαζί, καὶ ἡώς σηλήνη ἔλασσον μεχρὶ μὲν δὲ δευτέρη καὶ Ταχερωτα αφίκεσθαι. Hinc adventantis Thirhacæ famam tantum metum incussisse Assyrio, nemo mirabitur. Michaelis quidem

dem, in *Spicileg. Geograph. Hebraeor. Ext.* P. I. pag. 149. 150. et in *Praefat. ad vers. teuton. Iesaiæ*, pag. 25. non hoc Senacheribo adlatum putat, Taraconem in Palaestinam castra movere; hunc rumorem enim regi Assyriae non tantum metum incutere potuisse, ut tam repente in regnum rediisset, cum Taraconi totam Nubiam et Aegyptum prius peragrundam esse, noscere debuisse. Hunc igitur potius rumorem Senacheribo adlatum fuisse, Taraconem, ex illa Cuschæae parte, quæ in Arabia sita est (conf. not. ad Genes. X, 6.), per deserta Arabiae agmen ducentem intima Assyriae invalorum esse: ad suum ergo regnum tutandum, non fugam, sed iter festinasse Assyrium. Sed recte observat Koppius in not. ad h. l. nihil esse, quod Taraconem ex intima Aethiopia contra Sancheribum Palaestinam expugnantem exercitum duxisse existimemus; videri potius illum, cum ingenti exercitu plures terras, ut eas expugnaret, pererrantem, vere iam ad fines Palaestinae usque pervenisse. וַיִּשְׁמַע וַיָּשַׁלֵּח מֶלֶךְ אֶל הַקְּרָה (Simul id intellexit; simul misit nuncios ad Hiskiam, ad regem, et forsitan etiam ad populum, laturos סְפָרִים, epistolas, vi. 14. Videtur Hiskiam, ut probabile est, adventus Taraconis adhuc ignoratum, prævenire voluisse, ut quanto oxyus ei persuaderet deditio[n]em.

10. אל-ישיאך—בר) *Ne decipiat te Deus tuus, cui fidis.* Geminum sensum admittit: vel enim sonat: ne decipient te sacerdotes, prophetæ, vates illius Dei, quem colis: vel, ne in eo quem colis, Deo, vanam vel nimiam colloces fiduciam. Utrumque in re convenit.

11. להחרים) *Ad internectionem perdendo eos,* Deut. VII, 2. וְאַחֲה חַכָּל) *Tune ergo eripiari?*

12. גָּזָן esse Mesopotamiae regionem, iam ex eo, quod cum גָּזָן, i. e. Carris (conf. not. ad Genes. XXXI, 9.) coniungitur, colligi potest. Alias sententias recensit[us] et diiudicatas vide in MICHAELIS *Supplemm.* P. I. p. 279. seqq. רצף,

Re-

Rezeph, commune quidem secundum Abulfedam (Tab. Syr. p. 119.) pluribus oppidis nomen; praeceteris tamen clara fuit Roszafat Hescham, urbs, quae iter fere diurnum ab Euphrate distat, occidentem versus. Videtur eadem esse ac Ρησαφα Ptolemaei. Verisimiliter haec est Resapha ab Assyriis devicta, quippe statim post vicinas ei ab altero Euphratis latere Carras nominata. Conf. MICHAELIS Supplem. P. VI. p. 2264. (וּבְנֵי עֲדָן אֲשֶׁר בְּחַלְשָׁר) De הלשר nil certi liquet. Verisimilem tamen de hoc loco coniecturam proponuit DOEDERLEIN in nota ad h. l. „Multae Syriae atque Mesopotamiae urbes, inquit, nomina gerunt ab initio cum חַל composita: v. 9. *Tal-Chandum*, cuius frequens apud Abulfedam mentio. *Tal* autem *collum* significat. Ita *Tal-Sar*, *collis Sar*, sive *arx*, in colle Sar sita, videtur. Iam apud Abulfedam, in Tab. Syr. pag. 8. 11. 14. regio et collis *Schar* occurrit circa Chesbonem; verum MICHAELIS in *Spicil. Geogr. Hebr. ext.* p. 251. docuit, Telassarem non posse esse Scharram. Sed aliam Scharram Büsching. *Geogr. Asiae*, p. 382. memorat, in deserto *Dchesira*, quae dimidium miliiare distat ab Euphrate, collique superstructa est, et confinis urbi *Anae*, versu sequenti memoratae. Quae iunctim sumta coniecturam commendabunt, *Tel-Asar* sive *Tel-Sar* hoc loco reperiri.“

13. De אַרְפָּד et חמָה vid. supra ad Cap. X, 9., et de סִפְרִיוֹת ad Cap. XXXVI, 19. הנֻע וְהַנְּעָה fuere, qui negarent, nominum priorum vim habere, vertentes cum Symmacho (εἰςεκάτωσε καὶ ἐπαπειώσε) deiecit et perdidit: et nunquid quidem MICHAELIS in *Supplem. ad Lexx. Hebr.* P. II. p. 562. et P. V. p. 1650. secundum receptam lectionem ad radicem נָעַ referendum putat, quam habent Arabes:

ذَعْ debilis est, flaccidus et languidus, inde quadrilitterum ذَعَنْ, flaccidus fuit, vacillavit: vertendum ergo esset ad verbum:

verbum: flaccidos eos et vacillantes fecit. Ex serie tamen orationis nomen geographicum, urbis aut regionis, exspectares, siveque ex veteribus plerique acceperunt, tum hoc loco, tum parallelo 2 Regg. XVIII, 34. Apposite etiam Doederlein monuit, cum ipse de se loquatur rex Assyriae, verba ponenda fuissent in prima persona. Satis verisimilis Büschingii est coniectura (*Geograph. Asiae* p. 382.), urbem Henam eandem esse, quae apud Abulfedam, *Descript. Arab.*

P. I. عَانٌ, vocatur, ad Euphratis ripas sita, Abulfedae aetate Arabiae desertae primaria satque celebris. Ad sensum sunt Doederlein et Michaelis, nisi quod hic suspectur, in Hebraico textu describendum esse עַנְהָא: ipse tamen fatetur, nullo codice hanc coniecturam confirmari. De זה bene MICHAELIS in *Supplem. ad Lexx. Hebr. P. VI.* pag. 1851.: „Nomen si proprium, vix dubium, quia sit Ava, Berytum inter et Tripolin, Avvaeorum, qui Hiskiae tempore sub dictione Assyriorum erant, et quorum colonias hi in devictam Samaritudem deduxerunt, 2 Regg. XVII, 24., patria, urbs, vel regio. Egregie illa filo orationis concinit, devicta ab Assyriis, et vero inter devictas ultima, ut fas est, in iugo Libani ad mare mediterraneum: accedit, quod in eadem Iesaiæ pericopa et Libanus memoratur ab Assyriis expugnatus, vastatus, eedrique, quarum silva illi regioni finitiima, excisae, c. XXXVIII, 24.“

14. Pro יְיִקְרָאֶהוּ in loco parallelo libri Regum legitur אֱלֹהִים, legit eas. Hoc loco numeri relativi enallage est, satis frequens in libris Hebraeorum, latine sic solvenda: quamque earum. Sic Ies. II, 4. Et suscepit femina illa (Rahab) duos illos viros, וְחַצְפֵּנָה, et abscondit eum, h. e. utrumque eorum.

18. בְּכָל הָאָرֶצֶת elliptice scriptum pro נָרוּי populos omnium terrarum, et terram ipsorum vastavit violentus ille Assyrius, coll. 2 Regg. XIX, 17. Reges Assyriae starunt

*starunt אֶת הַבָּרוּם וְאֶת אֶרְצָם gentes et terram earum.* Eadem metonymia Genes. VI, 11. 12. I Sam. XIV, 29. *terra pro terra incolis ponitur.*

19. (רְכוּן אֶחָד־אֱלֹהִים בַּאֲשֶׁר) *Et dando scil. dederunt,*  
quare in Libro Regg. scribitur: *ונחכנו: emiserunt Deos ipsorum,*  
*populorum, in ignem.* Patet ex hoc loco, reges As-  
syriae illius temporis, ut postea Babyloniae, zelotypis qua-  
dam fuisse affectos erga Deos aliarum gentium; quod mi-  
nus convenit mori aliorum antiquitatis populorum, si po-  
pulum Iudaicum solum excipias. Romani multarum gen-  
tium viatorum Deos in suam receperant civitatem; et alii  
etiam populi gentium aliarum Deos suo loco reliquerunt et  
illaeos. Non improbabilis est Vitrinæ sententia, Assy-  
rios et Chaldaeos hoc modo instituisse cum respectu ad res-  
publicas illarum gentium: quas cum scirent fundatas esse  
in religione, ipla quoque religionis obiecta sive idola sibi  
corrumpenda esse existimasse, quippe fulcra sustinendae ac  
initiandae reipublicae.

21. אָשָׁר—אָשָׁר Ad verb. *Quod ad ea adtinet, quae precatus es ad me de Sancheribo, Assyriae rege. In libro Regg. facilior constructione legitur אשר וגו'* שמעתי אַחֲרִין—ירשלים. (אַחֲרִין Caput pone te moritat Hierosolyma, gestus est subsannantium et illudentium, conf. Ps. XXI<sup>1</sup>, 8.

23. אה מי הרפה ונגרפה) *Cui vero opprobasti et maledicisti?* Vim habet haec interrogatio. Nescis, o miser, cui convitatus sis? ignoras, quantum scelus commiseris? רעל מי־ישראל *Adversus quem extulisti vocem? Israelitarum numen alto supercilio despicias.* Efferre vocem hoc in loco est audaciae, iracundiae et contemtui mixtae; et efferre oculos in sublime arrogantiae et superbiae. Posterius satis notum: prioris exemplum habes Prov. XIV, 29. *Longanimis multam prodit prudentiam,* אַלְפָח מִרְוִם, *זָקֵנָה דְּבִרְךָ*, sed iracundus (propr. brevis spiritu) alta voce effert stultitiam. Et

I Sam. II, 3. in CANTICO HANNAE: *Ne multipliceris loqui  
אלת עבורה בכחה Altum, altum, ne exeat העך, durum quid (ver-  
bum blasphemum) ex ore vestro.*

24. (אברה קרימה ארזין) *Per servos tuos.* (ביד עבדך) *Exscidi ibi altitudinem, proceritatem, cedrorum eius, i. e.  
altissimas cedros eius.* (מבחן ברושו) *electionem abietum.* i. e.  
*leetissimas abietes eius,* Cap. XIV, 8. XXII, 7. (וְאֶבוֹא—כַּרְמָלוֹ)  
*Veni ad altitudinem eius extremam, ad saltum arvi eius amoe-  
ni.* hic nomen est adpellativum, ut saepe alias, signi-  
ficans in horti morem cultam regionem, paradisum, vid.  
MICHAELIS Supplemm. P. V. p. 1359. Quod autem Michaelis  
haec verba nostra vertit: *ubi silvae Libani* (cedrorum,  
abietum) *in hortos felicium arborum desiderunt, paradisos  
condensos;* cum situ atque natura Libani nullo modo mihi  
videtur convenire; sumnum enim illius montis cacumen  
aeternis nivibus tectum esse, notum est, vid. Ierem. XVIII,  
14. et conf. *Libani descriptionem, quam dedit OEDMANN in  
Vermischten Sammlungen aus der Naturkunde, Falc. II. No.  
IX.* hinc invertere mallem Michaelis versionem, hoc modo:  
*ubi in sylvam definit regio eius (montis) horti in morem ex-  
ulta, in inferiore montis parte.* — Praeterea observan-  
dum est, pro eo, quod hic legitur, מרכז, in parallelo loco  
libri Regg. haberi, מלון קזר, diversorum extremitatis eius.  
Notatur haud dubie tugurium sive diversorium, quod in  
summo montis extructum viatoribus pernoctandi copiam et  
commoditatem facit, qualia tuguria in plurimum montium  
praetitorum cacuminibus extructa esse constat.

25. (אפי קרתי ושותי מים) *Ego fodi et bibi aquas;* in  
libro Regg. additur זרים, alienas. Sunt interpres, qui  
hac locutione ingentem militum copiam Assyrii indicari pu-  
tant. Veluti FORERIVS, qui, ingentein, inquit, militum  
multitudinem, aliorumque, qui ipsum sequebantur, notat,  
quibus et rivos Aegypti exsiccarit, et ubi aquae deessent,  
puteos effoderit, ex quibus tanta multitudini aquas hauri-  
les. Var.

rent. Similiter DOEDERLEIN: „Tanta militum copia hasce regiones peragrare ait, quantae flumina fontesque non sufficiant, et per quam uno veluti hausto, aquae fossarum absorbeantur, ut iam liber ad urbem aditus pateat.“ Sed hac interpretatione plus inferri videtur his verbis, quam vere ipsis inest. DRUSIUS huic dicto locum fecit inter *Adagia Veterum Hebraeorum*, illudque exposuit: *res omnes, quas ad gressus sum, feliciter terminari*: *sicut qui puteum fodit, et exitum inventit, cum animo congruentem.* VITRINGAE dictio *fodere et bibere aquas est cupitis desideratisque labore quaesitis potiri, voti compotem fieri*; quod et DATHEO placuit. Confert ille ut similem locutionem Proverb. V, 15. *Bibe aquas e cisterna tua, et fluenta e puteo tuo.* Dubito tamen, an dictio nostra cum illa Proverbiorum locutione recte conteratur, cuius sensus, ut ex vs. 18. liquet, potius est hic: *utere uxore tua, et vita delicias alienas.* Nostri loci sententia potius videtur esse haec: *ego alienas terras peragravi et occupavi.* ראהרבת מצור Et exsiccabo planta pedum meorum omnes rivos Aegypti. Vocem post Hieronymum, qui *fluvios aggerum* ponit, multi interpretes, inter quos et DOEDERLEIN, non pro nomine proprio, sed pro appellativo accipiunt, quando valet *munitio*, *munitum*, veluti Ps. XXXI, 22. LX, 11. 2 Paral. VIII, 5. XI, 5. Hinc יארו מצור intelligunt de *fossis aquarum*, quae urbes munitas *ambiunt*, quasque iactabundus Assyrius sola pedum planta exsiccare minetur. Sed cum supra Cap. XIX, 6. in oraculo de Aegypto haec ipsa verba יארו מצור de *Nili brachiis usurpentur* (conf. not. ad loc.), patet, מצור et hic accipiendum esse ut *Aegypti* nomen, cum יארו, quod nomen esse *Nili* vidimus in not. ad loc. citat., adiunctum sit. Idem fortasse Syrus respexit, cum vertit: כִּי־בְּנֵי־מִצְרַיִם עֲלֵיכֶם נָתַן־בְּנֵי־אֶgyptָה, *ungulis equorum meorum exsiccabo* flumina omnia maxima, et Chaldaeus, qui pro posuit יארו מצור אֶgyptָה, *fluvios profundos*, nisi is for-

forsan legerit **פָּנָס** pro **מַצְרָה**. Alexandrini haec verba neglexerunt plane. Iam quod sensum locutionis attinet, recte Pellicanus illum videtur exposuisse: *Exercitus magnitudinem iactat, quo flumina quantumlibet copiosa transvadere possit, infiniti exercitus labore et singulis operis, quasi dicar, si tot millia hominum singulos abstulerint urceos aquarum, sine impedimento transibunt, quo volent, rivis siccatis plantis pedum. Similiter iactabundus Alaricus apud CLAUDIANUM, de bello Gerico, vs. 526.*

*Subsidere nostris*

*Sub pedibus montes; arefcere vidimus amnes, —*

*Fregi Alpes, galeisque Paudum vietricibus hausit.*

Ceterum hoc posterius versus membrum in futuro esse accipiendum, ut Assyrius non ea, quae iam perfecerit, sed ea, quae a se in posterum perficienda sint, iactet, ex eo verisimile est, quoā legati Assyrii in superioribus nusquam glorianti sunt de prosperis successibus Senacheribi rerum in Aegypto gestarum: alios populos subactos memorant, de Aegyptiis silent. Non improbabilis est Vitrinæ sententia, Senacheribum primo impetu in Aegyptum ruentem aliquid plus effecisse, cum imparatis (Taracone absente, et Sethone imbelli, atque Aegyptiis invito) superveniret; dein, cum Taraconis motum fama percepisset, Aegyptum dereliquerit, et rediisse in Iudeam, ut Hierosolyma, cuius expugnatio conatibus suis plurimum favere poterat, sibi subiiceret. Certi tamen quidquam in hac illorum temporum historiæ obscuritate vix quisquam definiverit.

26. Continuatur oratio Iehovae, Assyrium appellantis, qui cum arrogantiam iactantiamque ipsi reddidisset, principem hunc superbum docet, eorum quae vel fecit, vel se fecisse aut effecturum iactat, nihil ipsum (Assyrium) sibi posse tribuere, suorum consiliorum sapientiae, suorum magnitudini virium copiarumve suarum virtuti aut numero: pependisse haec eventa omnia a Iehova, qui iam inde a longo

tempore ea, quae per regem Assyrium effecta sunt, eventura decreverit. **הַלְאָשִׁיחָו**) *An tu*, iactabunde, non intellexisti, me illud, quod a te factum esse iactas, a longinquu fecisse, h. e. parasse, ordinasse, efficiendum suo tempore curasse? Eodem significatu verbum עשה sumendum est Ecclesiast. Cap. XI, 5. *Quemadmodum nescis viam venti; sic non cognosces opus Dei, qui omnia facit* (אָשֵׁר יִעַשֶּׂה אֹתַהֲכָל), ordinat, parat, disponit. Conf. supra Cap. XXII, II. מימי קדם ויצרהו (Et me illud a diebus antiquis praeformasse, praecogitasse, sic יוצר usurpatur supra Cap. XXII, II., infra Cap. XLVI, II. conf. Cap. X, 5. seqq. XIV, 27. seqq. Affixa igitur feminina in אָזְתָּה, אָזְרָחִית, et in sequenti בָּתָּה, neutraliter, ut saepe, sunt accipienda, et intelligenda de rebus gestis Senacheribi diu ante a Iehovah decreta. עתה הבאתיה (Nunc adduxi illud, quod decreveram) וחתה בצורת Ad verbum: *ut sis ad vastandum in acervos dirutos urbes munitas*, i. e. ut urbes munitas in ruderum acervos convertas. **תָּאַשׁ**, Arabice **ذَانِي**, disrumpi cum fragore, dein Arabes ad stragem cladesque bellicas transferunt. Hebraeis est *vastari*, atque Elaj. VI, II. Kal et Niphal concurrunt, ubi not. conf. Inde hic לְהַשְׁאֹתָה transitiua potestate ex Hiphil, pro qua in libris Regum contractius exstat **לְהַשּׁוֹת**, nam & nonnumquam sua ad praecedentem litteram vocali reiecta quiescit, aut plane etiam deficit, sicuti apud Arabes **قَرْأَى**, **جَرَأَى**, **ذَرَى**, pro **ذَرِي**, videbit. נלים, *acervi* (Cap. XXV, 2.), hic elliptice positum est pro **הַהְעָפָבִי הַצִּיר אֲגַסְ-מִים**, simili modo ut Ps. CXIV, 8. **חַלְמִישׁ לְמַעֲינְ-מִים**, qui vertit petram in stagnum aquarium, filicem in fontem aquarium, ubi particula **ל** priori membro deficere, ex altero intelligitur, adde Ies. III, 4. Genes. XV, 6. XXXI, 45. Thren. V, 13. נצִים, *diruti*, *vasti*, collato Arabum **نَضْدِ**, pro **نَضْوَذِ**, quod a prima vellendi significatione, inter alia *vestem detrahere*, *nudare*, notat, vid. Scholasten

Hasten Chaluwiam in IEN DOREIDI Carmen, in vi. 22. et  
115., edit. Hairsmae, cum quo conf. SCHVLTENSIVM  
ad Haririi Confess. IV. pag. 11., et ad Confess.  
V. pag. 121., et MICHAELIS Supplemm. P. V. pag.  
1666. *Exsui autem, nudari, de urbe et regione positum,*  
*erit, ita vastari, ut nuda aedibus et arboribus area supersit.*  
Integrum comma FORERIVS recte hoc modo convertit: *Num*  
*quid non audisti, o Sanherib, hoc ipsum, quod Tu Te fecisse*  
*modo gloriaris, me ab antiquo usque fecisse, et a diebus priori-*  
*ribus me id praecogitasse, et nunc adduxisse, et opere comple-*  
*visse; ut scilicet fierent et redigerebantur civitates munitae in*  
*ruinas acervorum obrutorum?*

27. (וישבורהן קדריך חתו ובשו) *Habitarores earum bres-  
ves manu, id est, imbecilles (conf. not. ad Numer. XI, 23.),*  
*facti sunt a me, pudefacti, et consternati sunt.* Significat  
his et sequentibus locutionibus, quam facile devictae sint  
gentes per regem Assyriorum, ita disponente Iehova.  
א) *Efecti sunt ut herba agri, ut herba tenera viridis,*  
i. e. destituti erant viribus ad resistendum tibi. De א-ה cf.  
not. ad Genes. I, 11. חציר נnova (כ) [ut] *herba tectorum,*  
In planis Orientis tectis, nisi diligenter purgantur, facile  
nascuntur herbulae ex seminibus, quae forte illic, dum sic-  
carentur, relicta fuerant, aut vento eo delata. Sed cum  
terra illic non esset, brevi exarescebant. Vide Ps. CXXIX,  
6. — וסדרמה לפנִי כמה (שׁרָמָה) Quum שׁרָמָה, cuius plurale tan-  
tum שׁרָמוֹת alias occurrit, semper *agrūm*, *arvūm*, notet,  
nonnulli interpretes, veluti LOWTHVS, DOEDERLEIN, DA-  
THIVS, quod in loco parallelo 2 Regg. XIX, 26. legitur,  
שׁרָמָה, quatuor codicum consensu, rescribendum putarunt,  
quod quidem posterius vocabulum morbum segetis signifi-  
cat, quo culmi, fervente Euro adusti, ita corrumpuntur,  
ut spicas non faciant, et prope nigrescant, conf. not. ad Ge-  
nes. XLI, 6. Verum enim vero si tantum scribae ali-  
cuius errori deberetur, non est verisimile, illud in tot codi-

ces tam fideliter transcriptum esse, cum facile fuisset, reatum in illius locum ponere. Facillima ratio videtur, מִרְאָשׁ, litteris ו et ז unius organi, utpote labialibus, inter se permutatis, pro רַפֵּשׁ possumus, id quod iam Kimchi vilum est. Tunc vertendum esset, ut *nigredo*, sive uredo, ante *segetem*, i. e. tanquam herba triticea, tacta uredine, antequam evadat in *segetem*, et assurgat in culmos, sive antequam maturescat. Aliis forsitan praeplacet MICHAELIS interpretatio, in *Supplenum. P. VI.* p. 2288., conferentis Arabum نَبْلَسْ, *risistem* esse; unde reddit: *lugens iam antequam in segetem se erexit gramen.*

28. וְיֹשֶׁבֶת וְצַדְקָה וְבוֹאָךְ יְדֻעָתִי) *Et sedere tuum, et egredi tuum, et ingredi tuum novi.* Notum est, Hebraeos *sesione*, *ingressu* et *exitu* universas hominis *actiones*, *mores* et *vitam* circumscribere; ideo sensus est, Iehovae notum fuisse, quidquid moliretur et ageret Assyriorum rex. Alii magis proprie ad Assynium: novi, quae feceris domi cum habitasti, quaque ibi consilia ceperis, quid cogiteres, cum egressus es e patria tua, quot milites illinc eduxeris, et adventum tuum in hanc terram. וְוַאֲתָה הַתְּרִיכָךְ אֶלְיוֹן) *Et commoveri tuum adversus me*, i. e. quomodo animo concitato interminari mihi ausus sis, non aliter quam idolis tuis.

29. בְּאַזְכֵרִי) *Propterea quod vehementior tua erga me commotio et insolentia tua in aures meas ascendit, ad aures meas pervenit.* Quamquam vox נָאָשׁ alias saepe *tranquillitatis*, indeque *felicitatis* notionem habet, confirmante dialecti Syriacee usu, ubi קְנָאָשׁ, *tranquillavit*, et לְקָנָאָשׁ *pax, tranquillitas*, est (conf. Schultensium ad Job. III, 18.); hoc nostro tamen loco vocem illam אַלְמָגָשָׁה, *strepitum, insolentiam, iactantiam*, vel quid simile, indicare, ipse orationis nexus docet. Haec interpretes nonnulli ita student compонere, quod ex nimia prosperitate et bonorum omnium affluentia

affluentia nascatur *insolentia*, *fastus*, *iaculantia*. Id STORIO placet, qui in *Observatt. ad Analog. et Synt. Hebr. p. 179.* not. \*\*) postquam primariae illius, ex lingua Syriaca confirmatae, notionis mentionem fecisset, pergit: „*a tranquillitatis* notione profecta est significatio *securitatis* ab hoste (*Esaj. XXXIII, 20. XXXII, 18.*), etiam *securitatis*, quae in *vitio* est, *imprudentis* (*Esaj. XXXII, 9. 11. Am. VI, 1.*), aut *insolentis* (*Esaj. XXXVII, 29. Ps. CXXIII, 4.*). Idein tropus obtinet in verbo נָשׁ. Vid. SCHVLTENS *Origg.* pag. 226. seqq.“ Mili tamen eorum praeferenda videtur sententia, qui auctore R. Iona, cuius interpretationem Kimchius allegat et probat, vocem nostram נָשׁ significationem vocabuli נָשׁ, sono haud adeo diversi, *tumultumque, strepitum, commotionem*, indicantis, adscivisse putant. Ad horum partes accedit MICHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr. P. VI.*, pag. 2273. Quidquid sumas, nulla est dubitatio, נָשׁ hic esse ferocientes et blasphemas Assyrii regis voices. Eodem modo Ps. CXXIII, 4. accipitur de *ferocienre clamore*, vel *protervo victoris opinio*; componuntur enim ibi נְאָנָשׁ et נְאָרָנִים, superbi. בַּהֲרֵתִי—בָּהֲרֵתִי Idcirco *innittam annulum meum in nares tuas, et fraenum meum in labia tua, et reducam te per viam, qua veneris*, Iehovah superbi Assyrii ferociam compescet, eumque invitum domum reverti coget: *si-ecut iumentis vel feris annulus in nasum, aut fraenum iniicitur, ut hoc pacto invita ductoris arbitrio obsequi teneantur.* נְנָסֶת indicat *annulum*, quo per nares perforatas transmisso, bubalos et camelos et domare solent et regere Arabes aliquique vicini populi, cuius eo maior in compescendo camelavis est, quod in unum alterumque latus loro, qui ex eo pendet tracto, indocili ac refractario iumento spiritus praeccluditur, ad quod alludens poeta Arabum Taabbatascharran pag. 52. *Chrestomath. Arab.*, MICHAELIS *Grammaticae Arab. adnexae*), virum invictum ita describit: *cuius, cum praeccluditur naris una, altera spirat.* Plura de hac voce vide in MICHAELIS *Supplemm. P. I.* p. 712—714.

30. Quum interpretes quos vidi omnes hoc commavertant: et h<sup>c</sup> tibi erit signum: comedite hoc anno sponte natum, et anno altero sponte renatum: anno autem tertio seruite et metite, et plantare vineas et comedite fruges: non est mirum, variis difficultatibus illos impediri. Quomodo enim res, quae liberatione posterior erat, signo dari poterat, liberationem certe esse eventuram? Quare anno demum tertio post Assyriorum redditum serendum et metendum erat? Varias quidem vias excogitarunt interpretes, quibus sese ex his aliisque difficultatibus expedirent: sed omnes illae ita sunt contortae et incertae, ut earum commemoratione lectores morari non sit operae pretium. Unam tamen commemorabimus, quae inter ceteras maxime probata est viris doctis. Supponunt, annum, quo Senacheribus Iudeam invasit, sabbaticum fuisse, lequentem autem Iubilaeum, quo utroque ex lege Mosaica omnium agrorum, vinearum, horrorum per universam Palæstinam feriae erant, nulla aratio, nullus vinearum cultus, nulla denique messis aut vindemia, vid. Levit. XXV, 2—7. Hinc primo anno, prophetam ostendere, non esse cur Iudei famem timerent, quia vastatis licet frugibus ab Assyriis satis tamen copiosus provenitus futurus esset; secundo vero anno (cum non redituri sint Assyrii) Iudeos, quamvis sementem non fecissent, tamen sat magnam segetum copiam habituros esse, qua sese sustentare possent, donec anni leuentis meses colligerent; tertio denique anno, ex tranquilla satione, quam propheta promittebat Iudeis, ostensurum esse Iehovam, nihil esse, quod ab Assyriis timerent. Sed si etiam verum sit, quod nondum est probatum, annorum illorum primum sabbaticum fuisse, lequentem iubilaeum, nullo tamen modo patet, quomodo res, post trium annorum spatium denum eventura, signo esse potuerit, quo Iudei confirmarentur, fore, ut postridie eius diei, quo propheta ea quae hic legimus loquebatur, ab Assyriis liberarentur. DOEDERLEIN hunc versum sic vertit: *Omen huius rei erit, quod hoc anno sponte na-*

tis fructibus vescemini, altero pomis: tertio demum, quae servatis, metetis, et, quas coluistis vineas, earum fructus percipientis: et in nota subiecta addit: si Iahū evictum esset, annū, quo Sanheribus Iudacām invasit, sabbaticum fuisse, iequiem autem Jubilaeum (quod IAC. ODE in *Dissertat. de anno Hebraeorum Jubilao in oELRICHs Collect. Opuscul. Hist. Phil. Theol. Tom. II. p. 461. 484. probare annulus est) sensus cominodissimus enasceretur, q. d. illa ipsa anni, quem celebratis, festivitas bonum vobis omen, h. e. signum pignusque tutelae divinae erit. Nam quia sabbaticus est, vobis quoque sabbata et quietem ab hoste concedet.“ Elegans sane sensus, qui et Koppio placuit, modo id, quo ille nititur, de anno sabbatico, certum esset. Dathius versionem vulgarem exhibet, sed de huius loci sensu plane filet. Hinc nos novam hunc locum explicandi rationem excogitavimus, quae an praeserenda sit hucusque memoratis, aliorum est iudicare. Et primo quidem omnino est dispicendum, quid voce וְהַ ל. indicetur. — Ut significemus, certissime eventurum esse id, quod praedicimus, nonnumquam pollicemur talem rem, quae id ipsum, quod promittimus, consecutra est: quod nulla alia ex causa facimus, nisi ut alter intelligat, nobis certissime esse persuasum, eventurum id esse, quod dicimus. Et hoc sensu vocabulum וְהַ non semel in scriptis Hebraeorum usurpatum, scilicet ut indicet id, quod rem aliquam promissam secururum sit, et eo fine praedicitur, ut alter intelligat, rem ipsam, quam quis vel sperare vel timere iubet, certissime esse eventuram. Sic Exod. III, 12. Ego tecum ero, inquit Deus, et hoc signum, וְהַ, habero, te a me mitti: si populum ex Aegypro eduxeris, facra mihi facietis in hoc monte. Sensus est: certissime tibi pelliceor felicem eventum. Conf. 1 Sam. II, 33. 34. Ierem. XLIV, 29. 30. — Iam quod totius commatis sensum attinet, illud sic interpretandum mihi videtur: *Hoc autem tibi, Hiskia* (ad hunc enim dehinc converti orationem, res ipsa docet), *signum* ad liberationis ab Assyriis brevi eventu-*

rae: cum primo anno sponte nata, secundo vero sponte renascientia comedenda vobis essent [Infinitivum loco verbi finiti usurpatum puto; sic pro praeterito occurrit Ps. VIII, 2. Ezech. I, 14. Ierem. XIV, 19.]; nunc tertio anno serite, et metite, et vineas plantate, et fruges comedite: i. e. cum duabus superioribus annis, ab Assyriis infestati, agros non colere potueritis, ita ut iis tantum, quae sponte tellus suppeditabat, vos sustentare coacti fueritis, nunc tertio hoc anno ad pristinam tranquillitatem reversuri, securi ab hostium vexationibus serere et messem facere poteritis. ספיח interpretes tam veteres, quam recentiores unanimi fere consensu sponte natum interpretantur, quod sine ulla opera, aut hominum industria nascitur, nec eur hanc significationem reficiamus, causa extat, cum illam contextus fere flagitet, et etymologica etiam illius ratio afferri possit. Scilicet ab effundendi, defluendique notione, quae verbo ספח inest, ductum videtur nomen segetis, quae sine semente ex granis nata superioris anni, sponte, maturitate, vento, espicis effunditur, atque a terra gremio suo excipitur ac fovetur. Vocabuli שחית, quod in loco parallelo, 2 Regg. XIX, 29. scribitur, varias interpretationes recensuit MICHAELIS in Suppl. ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1739. seq. Optima, illo arbitro, cui et ego accedo, ea quae et usitissima: ex sponte ac sine semente nato (טפיהן) iterum sine semente tertio post sementem anno sponte renascens. Sic ex antiquis praeiverunt

Syrus (לְבָבָבֶן) ponens, propr. minus minoris, coll.

Arab. كَوْنِي (סכיהן), parvus, pumilio, i. e. ex sponte renascentibus renascens; nam sine semine renascens frumentum quotaanis grana minora effert, minores aristas; conf.

MICHAELIS ad CASTELLI Lex. Syriac. sub voce (לבב) et Chaldaeus [בְּחַכְמִין, quod idem], forsan et in Regibus Alexandrini; Φαγε τατον τον εὐλαύτον αὐτομάτα και τη ἐπι τω δευτερη τα αἰατεῖλοντα, inque Iesaiæ Aquila et Theodotion,

tion, ספיה אַנְטוֹמָתָה, סחִישׁ אַנְטוֹמָה vertentes. Potest autem frumentum sine semente renasci, sive ex granis deciduis, sive etiam ex ipsa radice, ut fieri in grainine communi videmus. Hinc citatus ad hunc locum a de Rossio Rabbi Par-chom explicat, *germen egrediens de radice spicae, et faciens spicam parvam*: nempe renascendo sine cultu hominis fit deterius. De triplici ex una semente messe Michaelis L. c. ci-tat insignem ex STRABONE locum, Lib. XI. p. 767. al. 502, De Albaniae circa Cyrum et Araxem fertilitate incolarumque socordia, haec refert, a praefectis provinciae audita: πολλαχοῦ (γνῶ) σπαραγματικῆς ἀπαξ, δις ἐκφερει καρπου, καὶ καὶ τρις, multis in locis conseminalam terram bis efferre, alicubi exzer. — אַכְרֵי, cui puncta vocalia Imperativi, אַכְלֵי, sub-strata fuit, est *Infinitivus*, efferendumque אַכְלֵי. Nec adeo necessarium erat, ut Iudeorum Critici illum medium cum *Imperativo* permutarent, cum satis notum sit, *Infinitivum* saepe ponи pro *Imperativo*, qui sua origine ab illo non est diversus, vid. SCHROEDERI *Syntax. Verbor. Reg. LIV. c. et STORRII Observatt. ad Analog. et Synt. Hebr. p. 167.*

31. Solatur iam Hiskiam, et cives Hierosolymitanos alio nomine, qui moerere ac conturbari iure optimo poterant, cum civitates Iudeae afflictas, spoliatas ornamentiis et orbatas civibus viderent. Ait ergo illos, qui de domo Iuda reliqui fuerint, usque adeo strenuos ac felices futuros, ut collapsa erigere, ruinosa instaurare, rem denique Iudaeam varie concussam ad antiquum splendorem revocare pos-sint. Quod pulchra similitudine declarat, in qua Hebraeorum more comparationis nota praetermittitur. Erunt, inquit, reliquiae Iudeorum adeo felices, ut crescant, robo-renturque non aliter atque plantae, quae altas radices deorsum agunt, et sublimes sursum ramos expandunt. Hac au-tem plantae communiter fructuosae sunt, et altis nixae ra-dicibus facile ventis et temporis iniuriis resistunt. פְלִיטָה, prop. evasio, i. e. qui evaserint, id quod salvatum fuerit.

32. מירושלם—מהר ציון ( פ' ) *Nam Hierosolymis exhibunt reliquiae, et qui evaserint (exibunt), de monte Zion.* Iam explicat, quidnam sit reliquum illud, quod radices agit, et ramos extendet. Sunt autem, qui cum Hiskia fuerunt Hierosolymis, quos terruit, non tamen debilitavit Senacherib. Illi ergo egressi ex urbe, constituerunt, quae ab hoste concussa fuerant, atque convulsa aliis in locis, integrarantque ea, quibus ille bellorum motus plurimum abstulerat. קכאת יהוה צבאות חעשה־זאת De significatione vocabuli קכאת, de *Iehova* usurpati, conf. not. ad Cap. IX, 6. Sensus: haec adscribenda sunt Iehovae benignitati, cui curae atque studio est res Hierosolymitana.

33. „Propter hoc studium, quo civitatem prosequor, remque Iudaicam, non permittam, ut Rex Assyriorum civitatem introeat, aut intra moenia illius sagittam iaculetur, aut clypeati milites illam occupent, neque denique, ut aggerem circumfundat, et vallum.“ ולוֹא יקַרְמֵנָה מִן, ad verb. *nec antevertet eam scuto*, i. e. milites scuto ante se posito, antevertent, ac vitabunt vulnera sagittarum ab Hierosolymitanis emissarum, dum urbem eorum oppugnabunt. — Sunt autem haec proprie et directe accipienda de Senacheribo ipso, et exercitus parte maiore, quam haerens apud Lachish et Libnam secum habebat.

34. Revertetur spe cogitationeque frustratus, eadem via, qua Iudeorum fines populabundus ingressus est.

35. Ego enim huius civitatis ero propugnator, ut illum ab hostili periculo defendam, tum propter me, cuius in hoc rerum articulo honor intercedit, ut ostendam, me solum esse Deum, tum propter Davidem, cui, posterisque eius me benefacturum promisi.

36. ייחור—אשורי ( ג' ) *Et egressus est angelus Iehovae et prostravit in castris Assyriorum et quae sequuntur. Sed quum satis constet, priscos illos homines in omni eventu improviso,*

vito, ac valde memorabili caussas naturales ad Deum immediate vel ad angelum, numinis ministrum, referre; interpretis liberalis est, disquirere, quenam stragis illius causae naturales fuerint. Qua in re quamquam nemo facile certi quidquam attulerit, tamen, annon veri quidquam simile effici possit, videndum est. Sed, priusquam eam, quam nos maxime probabilem putamus sententiam, exponamus; operae pretium erit, varia interpretum tentamina ad loci huius difficultates tollendas, breviter recensere. 1) VITRINGA, quem sequitur VOGEL ad Grotium, *tempestatem* horribilem *tonitruum* et *fulgurum* prostravisse florentissimam copiarum Assyrii partem existimat, atque hanc sententiam defendit *in primis* ex iis prophetae nostri locis, in quibus Senacherib clades describitur tanquam tempestas, a Iehova excitata, tonitrubus horribilis, fulminibusque et igne Assyrios prosternens. Loca sunt Cap. XXIX, 6. XXX, 30. Sed contra hanc sententiam optime monuit DATHIVS, si tempestas et fulgura tantam in exercitu stragem edidissent, reliqui non postridie denum praeter spem et expectationem suam vidissent, quid factum eslet, quod tamen verba ultima versus nostri 36. aperte innuunt. Quod vero illa loca attinet, Cap. XXIX, 6. et XXX, 30. minime ea proprie sunt intelligenda: sed imaginem continent poeticae vaticibus hebraeis frequenter usurpatam auxiliis Iehovae potentis et eximii, cuius aliud exemplum insigne est Ps. XVIII, 8. seqq. 2) FABER in Nott. ad HARMARI *Observatt. super Oriente*, P. I. p. 65. perniciose illo in Orientis regionibus Euro, vulgo *Satum* dicto, tantum hominum numerum occisum esse putat. Sed huic sententiae praecepue obstat hoc, quod ventus ille interdiu tantum oriri solet, et solos eos, qui faciem ipsi obvertunt, occidit. 3) Fuerunt, qui Thirhacae, sive Taraconis, subito in auxilium Hiskiae adventantis, armis, stragem illam! Assyriorum editam arbitrati sint. Nacta est haec sententia, proposita iam in Tractatu Rabbinico סדר עולם Seder Olam Rabba, i. e. in Chronicō Mundi maiore, cuius Auctor,

R. Iose vixit circa annum Christi 130., plures defensores, veluti USSERIUM in *Annall.* ante N. Ch. 710. PEZRONIUM in *Antiqq. Tempor. C. XIII.* MARSHAM in *Canone ad Sec. XVII.* pag. 514., et nostro aeyo CHR. FRID. PREISSIUM in *Dissertat. de causa cladis Assyriorum*, 1777. Sed nec ullus alias in scriptis Hebraeorum locus extat, in quo strages, in proelio inter exercitum edita, hoc modo describatur, nec cur ad talem stragem describendam tali dictione [נִזְבָּחַ] usus sit scriptor, ea cogitari potest ratio, quae extat, ubi ad subitam mortem indicandam illa adhibetur. Obstant quoque loca, supra Cap. XXX, 30. XXXI, 9., ubi Assyrii copiae ne gladio quidem urgente fugientes describuntur. Plura alia contra illam sententiam monuit MICHAELIS in *Praefat. ad Iesiae versionem teutonic.* p. XXX. XXXI. Igitur assentior iis interpretibus, qui 4) pestem huius cladis causam existimant, auctore IOSEPHO, qui in *Antiqq. Lib. X. Cap. I. §. 5.* νοσος Δομικην stragem illam edidisse dicit. Favet huic sententiae usus loquendi, quo eadem imago angeli percussoris de peste adhibetur, 2 Sam. XXIV, 16. coll. vi. 15. 1 Chron. XXI, 14. 15. Hinc plerique recentiorum interpretum illi sunt adstipulati, veluti Doederlein, Michaelis, Dathius, Henslerus. Et tamen ne sic guidem res libera est difficultate. Pestem enim, et luem qualemcunque, licet vel maxime saeviat, unius noctis spatio (id enim additur 2 Regg. XIX, 35.) centum octoginta quinque millia hominum absumpsiisse, vix est credibile. Quamquam enim pestis intra paucarum horarum, imo intra unius horae spatium hominem antea sanum extinguere potest (conf. MICHAELIS *Praefat. ad Iesai.* pag. XXXIV.); nullo tamen modo contagio una nocte tot hominum millia inficere atque absumere potuit. Michaelis quidem id fieri potuisse contendit, ubi vel spolia, in loco, ubi lues saevierat, facta, ex eis tis repente spartis deponita et inter milites divisa fuissent; vel subita fudi atque aeris sereni cum uido et calido mutatione, qua nihil est insalubrius, praesertim in lue contagiosa; sed dubito, an haec sufficiant

ad

ed difficultatem plane tollendam. Hinc alii alia tentarunt.  
 1) DOEDERLEIN quae hic vocantur tot hominum millia tan-  
 tummodo in vitae periculum adducti, haud tamen omnia  
 illa morte abrepta existimat. Intuper in dubium vocat nu-  
 merum ob insolentiam constructionis, cum ex more nume-  
 randi Hebraeo CLXXXV. millia ita exprimi debuissent  
 מאת אלף וחמשה ושמונים באלף. Sed non desunt exempla si-  
 milis numerandi modi, veluti i Regg. XII, 21. מאה ושמונים  
 אלף, scite observante Henslero. Quod autem ipsam Doederlinii  
 sententiam attinet, vix illam cum ultimis commatis nostri  
 verbis constare posse puto, ubi aperte dicitur, *mane omnia*  
*illa centum et octoginta quinque millia hominum cadavera*  
*fuisse.* 2) KOPPIVS commati nostro hunc inesse sensum cen-  
 set, in *Affyriorum exercitu*, qui *CLXXXV millia virorum*  
*erat*, luem contagiosam saevisse, quae multos absumperit, quod  
 multo minus cum textu conciliari poterit, quam Doederlinii  
 sententia. 3) HENSLERVIS difficultati ita occurrendum  
 censet, ut his verbis non hoc indicari putandum sit, *una*  
*nocte* tot hominum millia absunta fuisse: verum hoc: illa  
 ipsa nocte, quae sequebatur eum diem, quo Hiskiae promis-  
 sio erat data de liberatione ab Affyriis, luem contagiolam  
 Senacheribi exercitum invasisse, et per tempus aliquod ita  
 saevisse, ut *CLXXX millia hominum* ab illa essent deleta.  
 Quia vero posterior commatis pars hanc interpretationem  
 non videtur admittere; illam Henslerus sic interpretandam  
 censet: *quoties mane surrexerunt, mera cadavera viderunt*  
*(wenn der Morgen anbrach, sahe man nichts als Leichen).* Sunt  
 tamen etiam in hac sententia, quae illi me assentiri prohibe-  
 bent. Primo enim luem contagiosam hoc vel illo die, hac  
 vel illa nocte saevire incepisse, omnino difficile dictu fuerit;  
 quod praesertim de peste valet, quae saepe per plures men-  
 ses occulte sub aliorum morborum specie circumvagatur,  
 priusquam manifesta appareat. Deinde quod adtinet ad eam  
 interpretationem, quam Henslerus de altero commatis no-  
 stri membro dedit; si scriptor indicare voluisset, *quovis die*  
mane

mane omnia cadaveribus obiecta fuisse, pro בְּבָקָר haud dubie scripsisset vel בְּבָקָר (vid. supra XXVII, 19. infra L, 4., Soph. III, 5.), vel לְבָקָרים (e. c. Pl. CI, 8. Ies. XXXIII, 2.). 4) WEPLERVS in den philologischen und kritischen Fragmenten, Castel 1781. Fasc. I. p. 48. pro אַלְעָז efferendum putat אַלְעָז, dux, ut versus noster ita sit vertendus: Et egressus est angelus Iehovae, et prostravit in exercitu Assyrii centum et octoginta quinque duces; cumque mane surrexerunt reliqui, omnes illi fuerunt cadavera vita cassa. Confirmatur haec interpretatione loco parallelo 2 Chron. XXXII, 21., ubi dicitur, prostratos fuisse omnes viros fortes, duces et praefectos in castris Assyriorum וַיִּשְׁלַח יְהוָה מֶלֶךְ וַיַּחֲדֹד בָּל (). Mihi tamen vocalium mutatione ne opus quidem videtur. Nam cum et ipsa forma nostra, אַלְעָז, bovem indicet, nihil obstat, quo minus illa et ducem possit significare, sicuti אַלְעָז et bovem significat, et ducem. Ne autem minus peritior aliquis huic interpretationi obvertat, si scriptor noster duces intellexisset, illum non אַלְעָז, sed vel אַלְפִים, vel אַלְפִים ponere debuisse; observandum est, cum Numeralibus a duobus ad decem numeratum in plurali, sed cum iis, quae denarium numerum excedunt, in singulari collective suento illud combinari solere apud Hebraeos; exempla vide Genes. V, 3. 4. 5. Iudic. XX, 2., et conf. SCHROEDERI Syntax. Nomina. Reg. IV. d. Hoc nostro loco igitur mentio fit tantummodo ducum et praefectorum exercitus Assyrii; quorum si tantus fuit peste absumtorum numerus, facile quanta fuerit gregariorum militum strages, iudicari potest.

Extat apud HERODOTUM Lib. II. c. 141. de elade, Senacheribi exercitui in confiniis Aegypti haerenti, illata, narratio, que ex nostra historia orta nonnullis visa est. Narrat ille, Sethone, Vulcanis sacerdote, in Aegypto regnante, Senacheribum, Assyriorum regem, cum magnis copiis invasisse Aegyptum. Cum vero regi Aegyptio milites no-  
luisserent

luissent opitulari, illum, consilii inopem, in coenaculum secessisse, ibique apud Dei simulachrum complorasse, quanta pati periclitaretur. Hic inter lamentationem ei obrepssisse somnum, et inter quietem visum astare deum, exhortantem, nihil eum molesti passurum, si copiis Assyriorum obviam iret: se enim auxiliarios ei missurum. His insomniis fretum regem, sumptis Aegyptiorum iis, qui sequi vellet, castra in Pelusio posuisse. Eo quum pervenissent noctu, effusam ipsis hostibus vim agrestium murium, qui illorum tum pharetras, tum arcus, tum scutorum habenas abederint, ita ut postera die hostes armis exuti fugam fecerint, multis amissis. Vides ipse, convenire quidem in quibusdam hanc narrationem cum nostra historia, in plerisque tamen ab ea esse diversam. Fuerunt interea, qui istius nostrae historiae corruptionis, ut putant, fontem detegere co-dati sint. 1) BOCHARTVS *Hiroz.* P. I. Lib. III. c. XXXIV. p. 1020. similitudinem vocum λοιμός, pestis, et λαμάξ, mur, caussam fuisse putat, ut una pro altera potuisset usurpari, et sic muribus tribui clades a lue accepta. 2) MICHAELIS extimat, Aegyptium quandam, qui cladem exercitui Assyriaco illatam figuris hieroglyphicis descripsisset, adhibuisse muris imaginem, quam Aegyptii, teste Horapolline, usurpassent ut symbolum extinctionis et eversionis: ex illa igitur imagine, proprie accepta, ortam esse fabulosam narrationem apud Herodotum. 3) Aliam erroris caussam assert HENSLERVS: Hebraeis vocabulum עכבר et murem, et bubonem vel venereum, vel pestilentiale indicasse, apporere tam ex 1 Sam. VI, 4. 5. 11. 18., quam ex dialecto Syriaca, ubi hoc ipsum עכבר furunculum, tuberculum, verrucam significare, Henslerum docuit Adlerus (conf. MICHAELIS *Suppl. ad Lexx. Hebr.* P. VI. p. 1909.). Hinc facile fieri potuisse, ut Aegyptius aliquis Hebraeum in illa historia narranda voce יר' עכבר de peste utentem male intellexisset, et cladem exercitui Assyriaco peste illatam, muribus adscripsisset. Iam cum Senacheribus et in Aegyptum expeditionem suscepisset, sed

ut verisimile est, sine successu, veram historiam ita esse corruptam, ut, quae Hierosolymis in exercitu Assyriaco edita esset strages, in Aegypti confiniis facta narraretur. — Mihi quidem valde incertum videtur, illam Herodoti narrationem ex nostra historia ortam esse. Mures ingenti exercitui causam clavis fuisse, narratur etiam de Cretensibus, Hamaxiti in Troade conditoribus, de qua re veterum narrationes colligit Bochartus, l. c.

37. Propera fuga, absque interposita mora ad sua reversus est.

38. (וַיְהִי—בָּהֲרֵב) *Accidit autem, cum in templo Deum Nisroch supplex adorareti, ut a filiis suis in parentis caedem coniuratis, interficeretur.* נִסְרָךְ esse Belum Assyrium, cultum sub figura Martis, coniecit VITRINGA ad Ies. XXXVII, 38. Vocem compositam existimat ex אֶשְׁׁבָּה, efferre, et רַיךְ, rex, ut notet regem elatum, gloriosum. — SCHULTENSIVS in Nott. Phill. ad Ierem. II, 23. pag. 295. Opuscull. iunctim edit. in auxilium vocat Arabum , idola. — SIMONIS in Onomast. V. T. pag. 573. נִסְרָךְ interpretatur splendorem, vel splendidum, coll. Chald. et Syr. נִסְרָךְ, secuit, Arab. , renituit, sive , nitore fulsit, cum ḥ Formativo, quale sit in אֶרְרָיוֹן, אֶרְרָוֹק, בְּכֻבָּה, סְרָךְ, etc. — Alias sed non verisimiliores coniecturas colligit CARPOVIVS in Annott. ad GOODWINVM, Lib. IV. Cap. VII. §. VI. p. 519. Nobis sufficit, aliorum in medium protulisse sententias, cum certi nihil habeamus, quod in tanta rerum obscuritate probemus, quod et fatetur SELDENVS de Diis Syris Synt. II. Cap. X. — „, nomen proprium regionis in Armenia, praeter hunc locum occurrens 2 Regg. XX, 37. Ierem. LI, 27., ubi , Minyade, ut regnum eo tempore separatum, suique juris distinguitur. Dubitari vix potest, quin ea sit, quam ipsi Armeni Araratiam vocant (vide Mosis Chorenensis Historiam Armeniae, p. 289. 308. 358. 361.), sita medio fere loco

loco inter Araxen, lacusque Van et Ormiam (ubi d'Anviliana Asiae delineatio sub gradu longit. 63. latit. 39. habet, *Ararat ou Macis*). Reete et vere ergo ad hunc nostrum locum HIERONYMVS: *Ararat regio in Armenia campestris est* (nempe magnam partem, qua montibus subiecta, campestris) *per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis.*<sup>“</sup> Haec MICHAELIS in Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. I. p. 130.

---

## CAP. XXXVIII.

1. *בָּיִמּוֹם—לְמַתָּה* Circa idem tempus lethali morbo corruptus est Hiskias. Dubitant interpretes, quo tempore segrotarit Hiskias? ante an post cladem Assyrii? Qui priorem sententiam defendunt, morbum Hiskiae antea accidisse, quam Senacheribus clade accepta domum redierit, nituntur his fere argumentis: Primo provocant ad vetustam Iudeorum traditionem in libro סדר עולם servatam, ubi Cap. XXII. sic habetur: לֶפֶנִי מִפְלָחָר שֶׁל סְנָחֵרִיב חָלָה חֲזִקְיוֹהוּ שֶׁלְשִׁים יָמִים, ante hanc Senacheribi cladem aegrotavit Hiskias per triduum. Deinde ex eo, quod vates, v. 6. huius capituli, principi moesto, ac propter orcas et afflictas res summopere gementi Iehoyae nomine respondet: *Tum etiam te ex manu regis Assyrii expediam, una cum urbe hac, manifeste apparere, eo tempore quo Hiskias aegrotarit, Senacheribo cladem nondum illatam esse.* Accedere, quod in toto hoc cantico de liberatione adeo insigni ab hostie formidolosissimo, ne verbum quidem occurrat, sed ex adverso animum spiret, Iehovae auxilio intentum adhuc et confitum, vid. v. 20. Credibile vero non esse, regem tanto beneficio divinitus inactatum, animum laudibus iam praegnantem continere potuisse diutius, quo minus vel unum propter subitam adeo imminentis servitutis discussionem adderet encomium. Denique hoc facere Hiskiae ingentem illam sollicitudinem et

perturbationem mentis, cum sentiret, se, gravissima affe-  
 ctum plaga, urgente Senacheribo, si moreretur, relictum  
 fore supremis expositam periculis aulam, urbem, quin to-  
 tum quoque regnum Iudaicum. — His argumentis quae  
 opponuntur ab alterius sententiae defensoribus, huc redeunt:  
*Primo*, recentiori illi Iudeorum traditioni ex libro סִרְבָּר עַיִלְלָה obstante IOSEPHI auctoritatem, qui *Antiqq. Iudd. Lib. X. c. 2.* docet, morbum Hiskiae non longe post liberationem ab AL-  
 syrio incidisse [πηνοὶ δὲ χρηταμένοις σπεδοὺ καὶ φιλοτιμοῖς περὶ τὸν  
 Θεόν, scil. perdito Aisyrio, μετ' ὧν πολὺν ισοῦ χαλεπῆ περιπετῶν κ. τ.  
 λ.]. Ad secundum pro priore sententia argumentum, quod  
 petitur ex *vl. 6.*, VITRINGA ad h. l. respondet, id referri non  
 ad hunc eventum irruptionis Senacheribi, sed ad eventus si-  
 miles in posterum metuendos. Fuisse enim probabile po-  
 tentem illum principem reparato exercitu, et confirmato re-  
 rum suarum statu, ad urgendum propositum et honorem  
 vindicandum stabiliendamque auctoritatem, reversurum esse.  
 Contra argumentum tertium monent, Hiskiam carmen hoc  
 composuisse non alium in finem, quam ut Deo sospitatori  
 pro recuperata corporis valetudine in praesens grates persol-  
 vat, huiusque tantummodo beneficii memoria animum ipsius plenum fuisse. Ad quaarium observant, sollicitudinem  
 illam animi regis in eundem, metu hostium liberatum, at  
 haec tenus prole carente mascula, aequre bene quadrare, quam  
 si in ipso hostium accessu aegrotasse ponas. Consentire IO-  
 SEPHVM, qui *l. c. τῇ δὲ νοσῷ*, inquit, προσετίθετο καὶ αἴγυμικ  
 δεινὸν ὑπὸ τῆς βασιλείας αὐτὸς τὴν ἀπαιδίαν λογιζόμενος, καὶ ὅτι μετός  
 τελευτῶν ἐρημον καταλιπὼν τοῦ οἴκου καὶ τῆς ἀρχῆς γυναικας διαδο-  
 χης. — Hisce accedunt binae aliae rationes, quibus liqui-  
 dissime demonstratur, ac penitus conficitur, Hiskiam post Se-  
 nacheribi demum redditum aegrotasse. Quarum quidem al-  
 tera inde petitur, quod legatio regis Babelis ad Hiskiam re-  
 gem demandata sit, postquam iam convoluisset. Missi erant  
 illi viri, ut recuperatam valetudinem, nomine regis Babylo-  
 niorum, Hiskiae gratularentur (*Ies. XXXIX, 1. 2 Regg. XX,*  
 12.),

12.), ac de miraculo, quod Iehova per morbi tempus edidisset, sciscitarentur plenius (2 Chronn. XXXII, 31.). Iam cum Babylon illo tempore obnoxia esset Assyrio, quomodo rex ei tributarius ausus fuisse gratulari Hiskiae adversus Assyrios rebelli, dum ipse Assyriae rex, in Iudea, aut confiniis eius, cum exercitu grassabatur? Sed post cladem Senacheribi eiusque regressum idem tuto et libere fieri potuit. Altera accedit ratio ex ordine, quo in libris sacris haec referuntur. Nulla enim aegrotantis regis iniicitur mentio, nisi quum horrenda clades, et insecura regis Assyrii fuga iam prius enarratae essent. Attendendum in primis ad discretissimum 2 Chronn. XXXII, 22. 23. locum, unde clarissime liquet, ceteras quoque vicinas gentes regi de victoria reportata fuisse iam antea gratulatas, quam morbum illum exitialem subierit. — Sub בימים ההם intelligendus est idem clade Senacheribi nobilitatus annus. Regnavit enim Hiskias annos undetriginta (vid. 2 Regg. XVIII, 2. 2 Paral. XXIX, 1. tam 2 Regg. XVIII, 13. Senacheribus expeditiōnem in Iudeam sulcepisse narratur anno decimo quarto regni Hiskiae. Vixit autem Hiskias post morbum quindecim annos (vid. infra vs. 4.). Ergo necesse est, ut illo ipso decimo quarto regni anno morbo isto correptus sit Hiskias: neque enim aliter viginti novem anni compleri ac definiri possunt. — צו לבייחך Praecipe domui tuae, dispensa mandata domui tuae. Hunc enim huius dictionis sensum esse, patet tam ex re ipsa, tam ex collatione 2 Sam. XVII, 23. Valet: conde testamentum, et ostende tuis, quid post obitum tuum fieri velis.

2. (ויסב חזקיהו פניו אל דקירות) *Et convertit Hiskias faciem suam ad parietem, ne lachrymantem viderent illi, qui assidebant aegrotanti, atque ut tanto liberius animae suae desideria coram Iehova effundere posset. Parietem quidam esse putant templi, auctoritate Paraphrastis Chaldaeis, qui ponit ביה מקרשא, locutione ביה מקרשא ad parietem domus Sanctuarii, ut,*

qua ratione tunc posset, in templo videretur orare. Quod in Babylone quotidie fecisse narratur Daniel (Cap. VI. 11.) qui apertis fenestris orabat Hierosolyma versus. Sic Muhammedani inter orandum sese convertunt ad Caabam, sive templum Meccanum.

4. In Regum libro hoc paullo plenius narratur: *et ascidit, cum Iesaias nondum pervasisset atrium medium, ut Iehova ad ipsum locutus sit.* Legitur ibi in Textu הָעִיר, ac si esset urbs media, sed Masorethae monent legendum esse חַצֵּיר, atrium, scil. aulae. Dum vates ad regem ivit, subito succurrebat ipsi remedium morbi Hiskiae (vid. 2 Regg. XX, 7.).

5. *חַנְכֵי יְהוָה עַל יְמִינֵךְ חֲמֵשׁ עֶשֶׂר שָׁנָה* (הנכו יתסיח על ימיך חמיש עשרה שנה) Adder *vitas tuae quindecim annos.* Vix monitu opus, haec verba vati suggesta esse a scriptore historiae. *וְיַעֲשֵׂה* hic scribitur pro חַנְכֵךְ וְיַעֲשֵׂה, ut יְמִינֵךְ pro חַנְכֵךְ.

6. *וְמִכְפֵּה מֶלֶךְ אֶשְׁׁוֹר אַצִּילֵךְ*) *E manu Assyrii te eripiam,* i.e. faciam, ut in posterum per integros quindecim annos, quos vitae tuae addidi, te non adstigat, aut bello petat, quod et factum est.

7. Plenius haec narrantur 2 Regg. XX, 8. 9.

8. Priusquam de huius eventus ratione disputemus, antea quid טַלְוָה indicet, erit indagandum. Sed de hoc ipso vocabulo maximus interpretum est dissensus. Quam illud proprie gradus significet, alii gradus scialae, alii, quia de sole et umbra in hoc versu sermo est, gradus in sciaherico intelligendos existimarent. Huius sententiae auctor videatur esse Ionathan, qui in Paraphraſi Chaldaica pro מַעֲלָה posuit אֶבֶן שָׁלָשׁ lapidem horarum, quem secuti Symmachus ἀριθμούσιον, et Hieronymus horologium Ahas posuerunt. Hebrei interpretes gnomonem illum narrant constitisse ex semicirculo, in cuius cavo fuerit globus, in quem cadens umbra responderit caesuris, factis in semicirculo ad numerum,

ut

ut aiunt, 28. Has caesuras hie vocari *gradus*, id est, *gradus*. Ab hac sententia proxime abest MICHAELIS, qui in *Supplemm. ad Lexx. Hebr. P. VI.* p. 1913. *gradus* hoc loco eo sensu accipiendos existimat, quo nostro tempore mathematici vocabulo utuntur, ut si pars trecentesima sexagesima circuli: hanc enim huius partis denominationem plane Orientalem esse, nec nos eam a Graecis Latinisve habere, sed ab Arabibus, *كَرْدَسْ*, *gradum* vocantibus. Nolo letores morari variis vitorum doctorum de horologio Ahasi figura coniecturis enarrandis: nam cum in reliquis sacris Hebraeorum libris ne vestigium quidem inveniatur, quo ad veram horologiorum Hebraicorum rationem indagandam perducamur, latus coniectandi campus patet, certi vero, ne veri quidem similis quidquam nemo efficere poterit. Qui tamen varias de hac re sententias legere cupit, evolvat CARPZOVIVM in *Apparatu Historico-Critico Antiquissimo Sacri Cod. et Gentis Hebraeae*, Lipi. 1743. p. 352. seqq. — Sed huic de *horologio* sententiae opposuerunt alii, diei partitionem in horas *καιρικας*, sive populares, nec tam esse antiquam, ut ad Ahasi aetatem ascendat; nec in textu quidquam esse, quod de solario cogitare nos iubeat: hinc nec ab Alexandrinis, nec a Iosepho talem exhibitam esse dictiōnem, ex qua colligi possit, illos *solarium* intellectiōs. Alexandrini posunt αἰαβαθμος. IOSEPHVS vero, *Antiquissimo Lib. X. Cap. II. §. I. βαθμος*: Verba eius sunt: έρωτησάντος δὲ αὐτοῖς, τι βαλεται σημείον γενεθλίου, τοι ἡλιος ἡξιώσεται, ἐπειδὴ σκιαὶ εἰπει δεκαεβαθμος ἀποχλεῖται ἥδη πεπολικέν εν τῇ οικίᾳ, ἐπει τοι αὐτοῦ αἰαβαθμος τοπος ποιησας, αὐτην παλιν παρασχεσιν. Hinc et ADR. RELANDVS in *Havercampiana Iosephi editione* p. 514. T. I. ad hunc locum notat: „nihil de gradibus, descriptis in materia aliqua, ut horologium, aut sciamerium fiat, sed *gradus domus* innuuntur.“ Atque haec sententia, *gradus palatii regii*, ab Ahaso exstrueti (unde *gradus Ahasi*) hic esse intelligendos multis arrisit. In primis eam ornavit et commen-

davit MARTINI, Vir Excellentissimus, in *Commentatione doctissima: von den Sonnenuhren der Alten*, Leipzig. 1777. p. 35. Huius sententia huc redit: intelligendam esse scalam, qua in palatium regium ascendeatur, cuius in fastigio columnae sive obeliscus fuerit adeo artificiose collocatus, ut umbram in gradus inferiores proiceret, et hoc modo non tam horas, quam potiores diei partes indicaret. Eadem sententia placuit quoque Doederlinio et Dathio. — Quamquam ego non plane negaverim, diei partitionem in horas καιρικας illo tempore iam in usu fuisse, quem tam illius quam sciateriorum usus satis antiquus apud Babylonios fuerit, a quibus Graeci utrumque acceperunt (vid. HERODOTI *Euterp.* c. 109. *πολον μεν γαρ, και γνωμονα, και τα δυνδεκα μερες της ημερης, παρεγε Βαβυλωνιας Εμαθον οι Έλληνες*), unde et GOGUETUS, *Untersuchungen über den Ursprung der Gesetze, Künste und Wissenschaften*, P. III. pag. 85. not. vers. germ. hic sciathericum intelligendum cenlet; satius tamen mihi videtur, cum proutaque sententia argumenta non contempnenda asterri possint, iudicium aliis relinquere. Eventus ipse, qui hic narratur, semper idem manet, sive unum sumas, sive alterum. Quod vero illius rationem adtinet, recte observat Doederlein, mirum in modum falli, qui sumunt, solem ipsum loco motum, ut moveretur umbra per gnomonem in horologio horizontali imminentem retrahita. Maxime alienum id foret a divina sapientia, quae vix patitur, confirmandae unius uni homini datae promissionis causa universi orbis ordinem non mutari tantum, sed turbari quoque atque everti. Hinc alii saniorem hunc eventum interpretandi rationem tentarunt. Primus, quantum scio, hoc fecit von der HARDT in *Bibl. Bremensi*, Tom. I. p. 840. seqq. Ipse quoque non gradus sciatherici indigitari putat, sed gradus scalae, ex arce Sionis in Templum tendentis, ab Ahalo et metu Assyrii destructae et remotae, et ab eodem, cessante periculo reparatae, unde καιρον gradus Ahasi dicantur. Umbram itaque templi decem tunc impleville pontis, aut ambulacri re-

gii gradus, sive plures fuerint, sive minus, unde colligere liceat, post meridiem signum illud et praedictum et editum fuisse. Senium verborum prophetae hunc dicit: sequenti die, redeunte iterum umbra in eundem locum, superstitem adhuc regem futurum. Ita nimirum instituit: „Promissio divina erat clara, regem perendie in templum reversurum. Haesitabat rex, vel morbi acerbitate compulsus, vitam sibi eousque propagatum iri, dubitans. Symbolum igitur divinae sponsionis in re tam diffcili, a propheta prae sollicitudine exquirens, a propheta accipit redeuntem diem crastinum. Quam certo dies crastinus redeat, et quam certo die crastino, circa idem tempus umbra illuc revertatur, et quam certo, tempore illo redeunte, rex sit superfuturus, tam certo perendie illum in templum reversurum, ac per gradus illos in domum Iehovae denuo commeaturum. Quam sit Deo facile, diem revocare, ut redeat, ut in eundem locum, ubi pridie haeserat, umbra revertatur, tam facile esse Deo, reddere regi sanitatem, ut cum redeunte valitudine in templum perendie revertatur.“ Sed quisque sponte intelliget, hanc interpretationem cum verbis textus vix posse conciliari. Nec plane negari poterit, insoliti quidquam eventum illum habuisse, quod partim ex ipsa narrandi ratione, partim ex eo patet, quod huius rei fama etiam in regiones longinquas perlata fuerit (conf. 2 Chronn. XXXII, 31.). SPINOZA in *Tractatu Theologico-Politico*, Cap. II, p. 22. parelion existimat in solitum umbrae motum effecisse. Mibi quidem verisimilior videtur VELTHUSENII sententia (in *Commentatione doctissima: Beytrag zur Aufklärung des Dankliedes Hiskiä, in den Beyträgen zur Beförderung theologischer und anderer wichtiger Kenntnisse*, editt. ab IOH. ANDR. CRAMERO, P. I. Kiloni, 1777. pag. 16. seqq. not. 12.): omnem illam umbrae mutationem pependisse a nube, quae, dum solis radios intercepisset, et singulari plane ratione fregisset, vel umbram vel lucem redditisset gradibus. Sic MYLIUS in *Commentat. Ueber die Majestät Got-*

zes, quæ inserta est den Belustigungen des Verstandes und Witzes, Christmonat, 1743. p. 473—479., refert, huius, quo nos vivimus, seculi initio, Metis (*Metz*), celebri Alsatiae urbe, observatum fuisse, nubeculae, qua radii solares refracti essent, interventu, umbram gnomonis usque ad les- quihoram recessisse. Similes umbrae regressus et progres- sus quomodo refractis radiis solaribus in vase vitro, aqua impleto, aut speculo, effici possint, apud ipsum Velthusenium legi potest. Verisimile est, huiusmodi singularem radiorum solarium refractionem umbracque mutationem ca- su forteque evenisse illo ipso tempore, quo Iesaias regi de recuperanda valetudine promissa daret: sapienter igitur va- tes insolito illo eventu utebatur ad confirmandum regis du- bitantis et solliciti animum.

---

Sequitur nunc Hiskiae canticum eucharisticum, de cu- ius interpretatione opijme meriti sunt EVERARDVS SCHLEIDIVS, Theologus Harderweicensis, in *Dissertatione ad hoc Cantico*, cum Specimine Observatt. ad quaedam V. T. loca edi- ta Lugd. Batavor. 1769., et IOH. CASP. VELTHUSEN in *Com- mentatione supra iam laudata*. Quum Scheidius, Vir sum- me Venerandus, potestatem nobis fecerit, praestantissimam illam Dissertationem, ubi aliorum interpretationes diligenter- tissime sunt recensitae et examinatae, qualibusunque no- stris notulis auetam, in Germania denuo edendi; in ea, quæ sequitur huius Cantici interpretatione, aliorum sen- tentias non curabimus, quæ de illis dicenda habemus, no- tis ad illum librum reservaturi.

## Carminis inscriptio.

(vñ. 9.)

מְחַחֵּב, prop. *scriptum quid*, hic denotare *carmen* ab *Hiskia scriptum*, res ipsa docet. Particula ל ante *hic opus* (מכחוב) refert ad suum *auctorem*, vertendumque est Latine in *Genitivo*, ut saepissime in Psalmorum inscriptionibus מזמור לדרור, *canticum Davidis*. Cuius usus rationem bene exposuit STORR in *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 291.

Carminis *Argumentum* binis potissimum membris comprehendì potest: *priori* illo, quod inde à commate 10 ad 14. pergit, rex deplorandam atque afflictissimam suam exhibet conditionem, qua corpore simul et anima extremum laborans, de imminentí exitio ac irati numinis indignatione angebatur, atque ad Iehovam ardentissimas mittebat preces: *posterior* vero, a commate 15 ad 20, in amplissimas benignissimi numinis erumpit laudes, atque soluta tandem voce ac fronte explicata, spondet, fese, cum tota domo sua, et omni Iudeorum gente, per omnes vitæ suae dies Iehovae encomia semper esse celebraturum.

---

10. Exordium dicit rex a summa mentis suae desperatione et angore, quo atrociissimi morbi violentia totus fratus, et imminentí attonitus fato, non nisi exitium ab oculis sibi posuerit. (בדמי ימי אלכה בשערי שאול דמי ימי) Dictionem primus recte interpretatus est Scheidius. Ostendit ex dialecto Arabico, radices רם, רום, רום, רם, et רם, a quarum ultima nostrum דמי proxime descendit, communem secum habere, eamque primam et propriam *complanandi* notionem: hanc vero notionem ab Hebraeis iuxta et Arabibus ad solem transferri, quando hic ipsa meridie in medio cae-

li culmine immobilis, ac quasi complanatus appareat. GEUHARZ:

دُوْمَت الشَّمْس فِي كَبِيد السَّمَاءِ قَالَ : وَالشَّمْس  
 درמת השמש de sole i. e. حُجُّمِي أَهَا فِي الْجَوَّ تَدْوِيم dicitur, quando stat in medio coeli culmine: Poeta quidam: „Sol vero vehementissime visum praestringit, dum in aere me-  
 dio culmen occupat.“ Pari ratione שִׁיר, شُورְיָה, complana-  
 vit, aequavit, de sole, culmen coeli tenente, ab Arabibus  
 usurpari, Scheidius exemplis docet. Eodem modo Hebraei  
 דְּמֵי הַיוֹם usurpasserunt videtur de meridie. Hine בְּדָמֵי ver-  
 tendum erit: in meridie dicrum meorum, quod plane respon-  
 det Graecorum dictioni: τὸ μεσημβρια τὸ βέλος, media aetate  
 apud Graecos. Vocein אֲרֹל propriæ designare imum ter-  
 rae fundum, τὸ βαθυτάτης τοπίος, hincque transferri ad orcum,  
 res est satis nota, conf. supra Cap. XIV, 9. (פְּרוֹתִי יְחִר שְׁנִתִי)  
 רִיחָר, quod propriæ nervum, vigorem, robur denotat, hinc  
 de robore et vigore humanae vitae adhibetur, vid. SCHVLTEN-  
 SIVM in Commentar. ad Proverb. II, 21. Conf. infra Cap.  
 XLVI, 12. Dan. VIII, 9. Ecclesi. V, 8. Nos dixerimus:  
 in der Blüthe meiner Jahre, in meinen besten Jahren. פְּרוֹתִי  
 desideravi, i. e. abesse sensi, privari me sensi vigore anno-  
 rum vitae meae. Apte Doederlein sensum expressit: aera-  
 tis meae vigore multior.

II. יְהִי אֶרְאָה—הַחַיִם (ל'א) De voce יְהִי conf. not. ad Ies.  
 XII, 2. Huius nominis repetitio bene depingit interiorem  
 animi regii aestum et fervorem in humillimis precibus et  
 acerbissimo luctu. Huiusmodi repetitiones, in Tragicis  
 Graecis usitatissimae, in carminibus Hebraeorum insolite  
 non sunt, exemplum occurrit statim infra vs. 19. Locutio,  
 Deum videre in terra viventium, hic significat, favoris, praef-  
 sentissimaeque Iehovae opis et auxilii his in terris indiciis  
 perfri: nam verbum רָאָה saepe adhibetur de contemplatio-

ne, quae cum ingenti admiratione et gaudio coniuncta est, ac ipsa illius rei, quam percipimus, lauta fruitione. Plenior phrasis extat Ps. XXVII, 13. *Nisi firmiter ego confusus fuisssem* לְרָאֵח בְּטוֹב יְהוָה בָּאָרֶץ הַחַיִם me visarum, h. e. eximie se ipsa et facto experturum fuisse, benignitatem Iehovae in terra viventium. Conf. Prov. XXIII, 31. 33. Eccl. I, 16. III, 13. VI, 6. ארץ הַחַיִם, totus orbis, qua late patet, vid. Job. XXVIII, 13. Ps. LII, 7. CXVI, 9. CXLII, 6. Ies. LIII, 8. et saepe in Ezechiele. אֲבִיט־חָדָל וְ) Verbum חָדָל propri significat, flaccescit, vis arque vigor remissus iacet. Vid. SCHVLTENSII Commentar. in Job. p. 72. 283. 351., Commentar. in Proverb. p. 213. 287. et Noit. ad Excerpta ex Hamasa, p. 334. Deinde usurpatur de cessatione vitae, cum vigor omnis remissus et extinctus iacet. Sic Ps. XXXIX, 5. *Notum fac mihi, Iehovah, finem meum, et mensuram dierum meorum, quantilla haec sit*, ut cognoscam מֵה חָדָל אֲנִי, quam flaccidus ego sim. Job. X, 20. הַלֵּא טָעַט יְמֵר יְחָדָל, annon pauxillum dierum meorum flaccescet, debilitabitur, citissime. FIRUZABADIUS: חָדָל אֲחַנְתָּל is est, qui praefensio totus fractus et debilitatus est. Hinc יְשֻׁבֵּי חָדָל incolae torporis, sive regni torporis, figura haud invenusta vocantur homines mortui, umbrae. עַם coniunctionem et congregacionem cum illis indicat: regni umbrarum civibus associatus. Per אָדָם sensu collectivo intelligit homines, qui in his terris vitam degunt, opposite ad cives orci.

12. Gemina sub figura, pro more Orientalium poetarum, subitaneam vitae suae interencionem exhibet. Primo vitam suam cum tentorio pastoris comparat, quod, quando vel maxime firmum et solide stabilitum est, de improviso laxatis funibus et paxillis, revellitur, et penitus detergetur. דָוָר (דָרְרִי—רְשִׁי), propr. tentorium, habitaculum, collato Arabicō نَوْر, hic indicat vitam praesentem, terrestrem. Solent Orient.

Orientales vitam humanam comparare cum habitatione in tabernaculo, quod nullam perennem stabilitatem habet, cf. Proverb. XIV, 11. Ierem. IV, 20. X, 20. Job. V, 24. VIII, 22. XV, 34. etc. Similiter ογραι vs. 57. vocem

<sup>5</sup> فَأَرْ adhibet de vita hac fragili et infirma:

تَرْجُو الْمُقْتَلَ بِدَارٍ لِّذْيَانَ لَهَا

Speras durationem in domo, cui non est stabilitas? נסע, usurpatur de tentorio, quando paxilli ipsius et funes revelluntur, conf. supra Cap. XXXIII, 20. Iud. XV, 14. Eccles. X, 9. SCHVLTENSIVM ad Job. IV, 21. XLI, 17. LETTIVM ad Caabum, p. 152. Verbum נלה, جلي, propr. notat terere, radere, radendo tergere, detergere. Hinc vertendum erit: detersa est a me habitatio mea, i. e. tota quanta erasa, asportata et devecta, ut non nisi nitidum remanserit solum: siue tentorium pastoritum subito solvitur et in remota loca transportatur. קפְרַתִי כָּרֶב הַיִם Comparat nova similitudine vitam suam, nunc subito finiendam, cum tela textoris, quae cum iam dextre elaboratur, et insigniter crescit, subitanea admodum rescissione abloivitur, et a iugo revellitur. Verbum קפֵר proprie significat contraxit se, in semet ipsum contrahitur et convolvitur aliquid, unde adhibetur de convolutione raeniae aut cidaris, ut nulla inde extremitas dependeat, ut multis ostendit VERSCHUIR in Dissertat. Philol. ad Varia V. T. Loca, Groning. 1758., et Lexicographorum Arabicorum testimoniiis comprobavit SCHEIDIUS, p. 67—69. Dissertat. in hoc Carmen. Bene autem Verschuir observat, apparere ex hoc loco, verbum קפֵר apud Hebraeos usum habuisse technicum, de tela, quae a iugo textorio removenda, undique a textore contrahitur, atque in se convolvi ur, sic ut nulla eius pars iugo amplius haereat affixa. Queritur igitur rex, vitae suae telam contrahi et convolvi, quo minus ulterius pertexatur. Coniugatio Piel hic habet significationem

cationem intransitivam. Ea enim verba, quae in Kal notio-  
nem intransitivam habent, ut nostrum קָרַב, saepe eam re-  
tinent in Piel, e. c. verbum חִזְקָה, Ierem. LI, 56. Verba  
igitur sunt vertenda: *convolvor*, sive *convolutus sum*, *more*  
*textoris*, quoad *vitam meam*. מְדֻלָּה וּבָצָעָנָה Continuatur  
metaphora a textore desumpta. Textor enim telam de iugo  
textorio removens, et undique convolvens, simul tenuis  
staminis fila resecat, quibus ea iugo hic illic adhaeret. Ita  
Hiskias queritur, telam vitae suae non tantum *convolvi*, sed  
et *renuissima quasi fila*, quibus talvis aliqua vitae retinendae  
spes superesse poterat, divina manu rescindi. דָּלָה est filum  
tenue, sive *peniculamentum*, coll. Arab. فَلَل, penicu-  
lamenta *vestium*. Loca ex Lexicographis Arabum dedit  
Scheidius. Ad verbum igitur vertendum: *a tenuissimis pe-*  
*niculamentis resecat me*, veluti textor, dum telam aliquam  
pertexuit, eandem remoturus ab omnibus partibus, convol-  
vere solet, non totam illam convolutam, a tenuibus suis pe-  
niculamentis forcipibus cultrove rescindit. Si nili emblema-  
te Graeci Romanique poetae Parcas singunt vitæ nostræ sta-  
mina ducere, et rescindere. מֵיּוֹם עַד לִיּוֹת חֲשַׁלְמָנוּ (A mane  
ad *vesperam*, i. e. unius diei Ipatio, ut apud Graecos οὐ μερικεῖς τὸς νυκτα, *me consummabis*, conficies, i. e. intra hunc  
diem lucentem moriar, me moritum imaginabar.

13. שׂוֹחֵן עַד בָּקָר כָּאָרִי *Affimilabam* (coll. Arab.  
سُوْقى, *acquari in Piel, aequare, assimilare*), imaginabar,  
me, usque ad mane tanquam leonem, rugitu, intellige, quo-  
cum saepe comparatur a poetis Hebreis *ingens gemitus*, ve-  
luti loco, nostri haud absimili, Ps. XXXII, 3. בָּלוּ עַמּוֹ  
בָּשָׂאָגָחֵי כָּל הַיּוֹם, *tabuerunt ossa mea ob rugitum meum toto*  
*die*, conf. Ps. XXII, 2. XXXVIII, 9. Job. II, 24. Sed et  
Graece ἀρνηθεὶς, *rugitum*, pro *eiularu* et *planstu* adhibet  
Quintus Calaber. Et in Nicandri *Alexipharmacis*, vs. 221.  
qui toxicum bibit βευχαρατον ἀρνδον, *rugit cum fremitu*,  
five

five rugitu, id est, graviter eiular. (פָּנִים יִשְׁבֶּר בְּלַעֲצָמָה) Ite  
confringebat Iehova violentissimo morbo omnia offa mea.

14. Ad afflictissimum mentis suae statum et servidum  
illum sui aestum, quo desperabundus fere agebatur, expri-  
mendum, porro adhibet locutiones ab hirundine et colum-  
ba, alitibns pavidissimis, desumptas. (כָּסֹת עֲגֹור כֵּן אַצְפָּצָה סָוֶת)  
hirundinem significare, ostendit BOCHARTVS Hieroz. P. II.  
Lib. I. Cap. X. עֲגֹר bene Scheidius illustravit ope Arabici  
جَرْ، propr. inflexit, quod torquere et inflectere transfertur  
ad cursum vehementiorem, in primis qui ex metu oritur. FIRU-

ZABADIUS: العَجَرُ أَمْرُ السَّرْعِ مِنْ خَوْفٍ، عنْدَ، celere  
cursus pree metu. Hinc nostrum haud dubie est epi-  
theton hirundinis, quae metu exterrita hue illuc gyrat. Si-  
mili modo Latini usurpant suum flectere. Veluti SENECA in  
Hippolyto vs. 310. de curribus:

Ille nocturnas agitare bigas  
Discit et gyro breviore flecti,  
OVIDVS, Metamorphos. Lib. II. vi. 718. de Milvo:

Flectitur in gyrum; nec longius audet abiire  
Spemque suam motis avidus circumvolat alis.

חַפְצָה esse pipire ostendit BOCHARTVS in Hieroz. P. II. Lib. I.  
Cap. XXI. Vertendum igitur: quomodo hirundo pree metu  
gyrans sic pipiebam, five zinzinulabam (quae vox est hirun-  
dinis apud Latinos). אהנה ביוונה Gemebam instar colum-  
bae. Ad verb. situlas egerunt (coll. Arab.

דְּלֹו, vide SCHVLTENSIVM ad Proverb. XX, 5.), h. e. lachry-  
mas ex copiosissimo fonte largiter hauriendo identidem sese  
allevarunt לְמַרְוּם, sursum, Iehovam versus: oculis lachry-  
mantibus sursum spesto. דְּלֹו est Praeterit. Piel a דְּלֹה for-  
mae זְלֹו, conf. Ioel IV, 3. Genet. XL, 15. Malach. II, 6.  
עַשְׂךְה לְיַעֲבֹנִי Propr. compressio mihi, i. e. doloribus an-  
gor, libera me iis.

15. Inde ab hoc versu animus regis in Iehovae laudem expatiatur. (כח אדרבר) *Quid dicam tandem!* Est vox eius, cui praefacto quodam inopinato in stuporem rapto, vox faucibus haeret, adeo, ut ne quidem, quae verba prolaturus sit, in promtu habeat. (רואה ל' וְהוּא עֲשָׂה) *Promisit ille mihi, et ipse praestitit.* אמר saepissime notat addicere, promittere, tam apud Arabes, quam apud Hebraeos, e. c. Deut. XXVI, 17. Ps. XII, 6. Ierem. III, 19. XVIII, 10. (עֲשָׂה vero notat praestellare id quod promissum fuit. Clarissimus locus est Num. XXIII, 19. *Non vir Iehovah est, qui mentiatur, non filius hominis, quem poeniteat.* הַהְרָא אמר וְלֹא יִשְׁחַת, an promittit, et non praestat? (אָדָרָה—נֶפֶשׁ) Propr. alacriter me inferam omnes vitae meae annos post amaritudinem animi mei, i. e. tanto morbo eruptus, et post tantos exantlatos dolores reliquo vitae meae tempore laetus perfuerat. דָּרָה conferendum est cum פָּלָן, vehementer tervsu latus fuit camelus, II. tardavit, lente processit nuntius. Apud Chaldaeos propria significatio superesse videtur: incessit more parvolorum. Nempe in illo parvolorum incessu, quem per ὄντας τοπούς imitatur, alacre simul et lentum illud inest, unde ea apud Arabes significandi diversitas.

16. Laeta sequitur convalescentis principis acclamatio, qua gaudio plenus, incredibilem promissionis divinae suavitatem amplissimis laudibus exornat, atque omnem vitae incolumitatem et vigorem a sanctissima numinis fide sibi pollicetur. (אָרְנוּ עַלְיָהֶם יְהִוָּה וְלֹכְלָה בְּהֵן חִי רֹוחִי) Ad verbum: *Domine, super illis vivitur* (יְהִוָּה impersonaliter ut יְהִוָּה, dicitur), et in istorum singulis (et quantum ad omnia de ipsis) *vita spiritus mei.* Suffixa diversi generis הנ docent rei, quae describitur, universitatem et magnitudinem, conf. not. supra ad Ies. III, 1., referendaque sunt ad verba אמר et עֲשָׂה vs. precedente, ad *promissiones divinas earumque impletiones.* Neque obstat, nomina, ad quae illa suffixa

referantur, haud reperiri versu praecedente: nam poetis, impetu ingenii urgente, solenne est, atque elegans, prosaici sermonis iugum excutere, et dixisse videri, quae non disertis verbis expresserunt. Conf. SCHROEDERI *Syntax. Hebr. Reg.* XXXIX. p. 249. et CLASSII *Philol. S.* pag. 158. ed. Dath. Itaque rex primo generatim mortalium vitam inter primaria Dei beneficia recenset (*עליהם יחיו*); *dein* vitam quoque suam Deo acceptam refert (*לכל בך חי רוחה*). Offendere posset singularis verborum constructio, a nostrarum linguarum genio vehementer abhorrens: *sanasti me, et vivificare me.* Sed optime hanc dubitationem solvit SCHROEDERVS in *Syntax. Verbor. Reg. LIV.* „Quodsi verbum finitum proxime praecedat, Infinitivus pro Praeterito aut Futuro usurpatus, ad illud, ratione temporis, Numeri et Personae se accommodat, ita tamen, ut abruptius, quod efficit, loquendi genus semper graviorem quandam vim et emphasis adferat.“ Exempla Futurorum cum sequi. Infinitivo ibi adducta ex 1 Sam. XIV, 16. Zeph. III, 20. Zach. XII, 10. rem clarissime demonstrant. Conf. et Iud. VII, 19. Esth. II, 3. et in primis Ios. IX, 20. Illud *בעשה faciemus illis ויחיה et vivos conservare illos*, h. e. conservabimus. Hinc verba nostra erunt vertenda: *convalescere fecisti me et laete vigescere vitam meam.* Verbo *חולם* ex dialecto Syriaca convalescendi significatio est certa.

17. (הנה לשולם מר לי מר mihi facta est amaritudo, quae maxime turbida videbantur et praesentem mortem intentare, conversa sunt in statum felicissimum. וואהח חשקה נבשו משחח בלי) Verbum *קח* plane convenit cum Arabum حزق, *cohibuit, prohibuit, retraxit*, ut ostendit Scheidius pag. 198. seqq. משחח בלי, propr. *a fovea nihili sive abolitionis*, i. e. ab orco. SCHROEDERVS in *Syntaxi Hebr.* p. 403. בלי, *nequaquam*, proprius notans, *abolitionem*, qua res absunta deficit, a בלה, *trivit, terendo absumit*, vim substantivam habet in

in *fovea abolitionis*, i. e. *orcus*, Ies. XXXVIII, 17. "Significationem *abolitionis vox* נִלְיָה etiam manifeste habet Ps. LXXII, 7. Malach. III, 10. (כִּי־חַטָּא) *Post tergum reiici* apud Orientales dicuntur ea quae non curantur, et *oblivioni traduntur*. GEUHARI a Scheidio excerptus p. 225.

**الظهر خلف البطن وقولهم لا تعجل حاجتي**  
**بظهور اي قناعها والظهري ايضا الذي تخعله**  
**بظهور اي قناع ومنه قوله تعالى واتخذ قمود**  
**وراكم ظهريا**, i. e. „**צָהָר oppositum est**. **בֵּין צָהָר וְעֶת** Hinc dicunt, ne ponas negotium meum *in tergo*, i. e. ne *obliviscaris illius*. **צָהָר** adiective, id quod post *tergum* ponitur sive *oblivioni* datur. Unde in Corano (Sur. XI, v. 94.); *Et posuisti eum post vos a tergo.*" Exempla apud Hebraeos extant I Regg. XIV, 9. Pl. L, 17. Ezech. XXIII, 35. Neh. IX, 26. Sensus igitur est: *oblivioni tradidisti peccata mea*, quorum poena erat morbus, quo me affecisti, i. e. benignitate tua *valetudinem amissam recuperavi*.

18. (כִּילָא־יְהֹלֶל) **Vocabula שָׁאָל**, *Orcus*, et **מוֹת**, *mors*, hic, per metonymiam, pro ipsis mortalibus, qui vita excesserunt et cum defunctis agunt, sive potius, pro *integra defunctorum hominum multitudine et quasi civitate mortuorum*, usurpantur. **Negatio**, quae in לֹא continetur, semet quoque porrigit ad membrum sequens, ut idem sit ac כִּילָא שָׁאָל חֲדָךְ, וְלֹא מָוח יְהֹלֶל qualis ellipsis occurrit etiam supra Cap. XXIII, 4. XXVIII, 27. **Verba et חֲדָךְ הַלְל** de *celebratione publica et solenni adhiberi*, notum est. Vid. 1 Chron. XVI, 4. 2 Chron. V, 12. XXXI, 2. Ostendit igitur pius princeps, quem ad finem Iehova sibi longioris vitae usuram praebuerit, nempe ut, quod datum est spiritus et vitae, totum id impendat divinis laudibus. שָׁבֵר (לֹא יִשְׁבְּרוּ יוֹרְדוּ בָּורָא אֱמָתָךְ) **randum**

randum est cum Syriaco נְבָאֵת, quod sequente נְבָאֵת eiiam significat; praedicare, celebrare. אַמְתָּה veritas promissionum tuarum. יְוָרְדִי בָּורֶה, descendentes in foveam, i. e. qui in אַמְתָּה abeunt. בָּורֶה, fovea profunda, a בָּורֶה sive בָּרֶה, יְמָן, effodit altius, cum אַוְלָה laepius permutatur. Vid. Ies. XIV, 15. 19. Ps. XXX, 4.

19. Repetitum חַי bene exprimit vehementiorem affectum. אַמְתָּה-notum notum facere ad, hic idem est, ac notam facere viam ad, sive viam praemonstrare, ac semet dare praemonstratorem, similiter i Sam. XXI, 3. verbum וְעַד cum חַי coniungitur. חַזְקָה hic iterum est veritas promissionum divinarum. Sensus huius versus igitur erit: Vivit laudant te, tuaque beneficia laeti celebrant, uti es ego hodie facio. Neque id facient tantum, qui hac luce et spiritu in praesentia fruuntur, sed etiam eorum posteri, quibus parentes quotidie eius beneficii magnitudinem praedicabunt, et quid gratiarum agere debeant, edicent.

20. יהוה לדוושענִי *Iehova ad servandum me*, i. e. me servabit. SCHROEDERVS in *Syntaxis*. Reg. LXXXVII. n. 9. „ל infinitivo praefixum cum verbo substantivo periphrasis facit futuri temporis: ut וְהוּא לְעֹכֶר, et erant, scil. destinati et parati, *ad servire*, i. e. servituri sunt, Num. VIII, 11. Genes. XV, 12. Ezech. XXX, 16.“ Mox subiungit de nostro loco: „eadem virtute Infinitivus cum ל interdum absolute ponitur, verbo substantivo omisso, ut יהוה לדוושענִי, *Iehova ad servare me*, i. e. me servaturus est.“ Similiter Jerem. XXX, 11. כי אַתָּךְ אֲנִי נָאֵם יְהוָה לְדוֹשְׁעָךְ Quia tu cum ego, inspiratum *Iehovae ad servandum te*, h.e. certissime te servaturus sum. רְכִינְכִּיר כְּכֹן, prop. *pulsatilia mea pulsabimus*, i. e. ad instrumentorum musicorum concentum *Iehovae benignitatem publicis cantibus celebrabimus*. על ante בִּזְבֵּח hic vertendum est in, ut Iesaj. LVII, 2; Amos

VII, 17. Eodem modo Arabes suum علیٰ saepe pro فی  
solent usurpare.

---

C A P. XXXVIII. v. 10. Querebar: heu! in meridie  
vitae meae intrabo orci portas, vigore annorum meorum pri-  
oratus.

11. Non amplius de Iehova laetabor, de Iehova, in-  
quam, in terra viventium: non intuebor ultra homines, orci  
incolis adjociatus.

12. Tentorium meum revellitur et convolutum transpor-  
tatur ut tentorium pastoris. Convolutur vitae mene tela, si-  
cuti a textore, resecat me a tenui filamento. Intra diei spa-  
tium consumet me!

13. Leonis rugitum aequabant gemitus mei, usque ad  
mane; ita confringebat Iehova omnia ossa mea. Intra diei  
spatium, mecum dixi, consumet me!

14. Veluti hirundo gyrare coacta, sic pipiebam, gemit-  
bam, ut columba; elevantur madentes oculi, Iehova, gemens,  
doloribus comprimor, libera me! — —

15. Quid dicam? — Iehova promissa mihi dedit, eaque  
praestitit! — Laetus perfruar reliqua vita mea post tam  
acerbos dolores.

16. Iehova, illis tuis beneficiis vivitur! His omnino  
animam duco. Nam restituis me a morbo, ei visam mihi gra-  
tificaris.

17. En! lucius acerbissimus incoluntati mihi est ver-  
sus. Retraxisti me a fovea mortis, et peccatorum meorum  
memoriam summovisti.

18. Orcus te non celebrat, mortui te non laudant. Pro-  
missionum tuarum veritatem non extollunt sepulchricalue.

19. *Vivus, vivus, hic laudat te, sicut ego hodie! Pa-*  
*ter ad filios beneficiorum tuorum memoriam transmiserit.*

20. *Iehova in columem servabit me! Propterea modulebi-*  
*mur cantica mea per omnem vitam in aede Iehovae!*

21. Quae hoc et sequenti versu narrantur, praecessisse  
 eanticum superius, ex illius inscriptione, et tota narratio-  
 nis serie patet. Plerique interpres hoc referunt ad *issego-*  
*λογιας* exempla, apud scriptores Hebraeos non semper stri-  
 ctum ordinem in narrando servantes, haud raro obvia, quo-  
 rum quaedam collegit GLASSIUS in *Philol.* S. pag. 670. edit.  
 DATHII. Sed aliter de duobus his versibus iudicat VOGELIUS  
 in nott. ad CAPPELLI *Critic. Sacr.* a ipso editam, P. I. pag.  
 33. „Sub finem, inquit, Cap. 38. Iesaj. subiuncta sunt  
 duo momenta, quae Auctor libri Regum iusto loco (Cap.  
 XX, 7. 8.) inseruerat, quae Iesaias autem, pro suo consilio,  
 omiserat. Neque ex vñ. 7. 8. Cap. XXXVIII. Ies. librario-  
 rum culpa excidisse et easu quodam huc esse translata; ne-  
 que *Iesaiam* ipsum ea eucharistico adiunxit, nostrum esse  
 arbitramur probare, cum illud ob universam narrationis for-  
 mam vñ. 7. et 8. dici plane non possit, hoe autem omnino  
 negandum sit, quod vix incommodiore loco ista momenta  
 collocari potuerint, quam ille est, quem iam tenent. No-  
 bis itaque dubium non est, quin a seniori manu sint profe-  
 eti duo hi versus. Margini scilicet sui Codicis olim qui-  
 dam ex loco parallelo libri Regum adscriperat eos, et ab  
 imperito librario posthaec in textum sunt recepti.“ Mihil  
 quidem nihil obstat videtur, quo minus horum duorum  
 versuum additamentum ad ipsum huius particulae historicae  
 compilatorem vel epitomatorem referamus, qui cum ea,  
 quae hisce commatibus narrantur, supra suo loco inserere  
 negligentia omisisset, nec tamen illa prorsus abesse debere  
 deinceps intellexisset, huc ea adsuendo errorem resarcire vo-  
 luit.

uit. *דבלח חאנים* sunt *ficuum massae in formam orbiculatam confectae*, ut diu servari possint, coll. Arabico *نيل rem in unum coegit ac rotundiore forma, et مدبول res buccellae modo formata.* Fusius de hac re egit CELSIVS in *Hierobot.* P. II. pag. 377. seqq. מרה conferendum est cum Arabum *خس*, *fricare*, indeque *ungere*, quod unguenta ab unguente cuti infriancuntur. Nostro igitur loco *fricare massam ficuum* erit, illam confricare, emplasma ex illa facere, siveque buboni imponere. In eundem sensum Alexandrini: *καὶ τριψαι καὶ καταπλασσαι, contere et cataplasma fac.* נחש fortasse *bubonem pestilentialem* indicat, quum eo tempore pestem in Palaestina saevisse, ad Cap. XXXVIII, 36. 37. satis sit verisimile. Certi tamen quidquam nemo definiverit.

22. Hic versus cum antecedente ponendus erat supra, sextum inter et septimum Capitis nostri comma; conf. 2 Regg. XX, 6. 7. 8.

## CAP. XXXIX.

I. Quae hoc Capite narrantur, leguntur et 2 Regg. XX, 12. seqq. (בעה והיה אל-חוּקִיר) Bene FORERIVS ad hunc locum: „Quantum ex Sacra historia possum coniicere, atque etiam ex profanis scriptoribus, postquam in Babylone regnarent Chaldaeи ab usque magno illo venatore, ab Assyriis vindicentur subiugati, deinde rursus per se regnasse et bella inter se gessisse, et nunc Assyrios, nunc Babylonios superiores fuisse. Certe translato Israele in Assyriam, ut appareat ex 2 Regg. XVII. Babylon subiecta Assyriis videtur. Quae translatio fuit Hoseae tempore et sexto Hiskiae anno. Nunc autem, anno decimo quarto Hiskiae, videtur regem habuisse Babylon, et deinceps apud eum summa rerum fuisse,

ita ut Assyriis quoque imperaret. Nam quando de captivi-  
tate Manassüs agitur et Parall. XXXIII. dicitur adduxisse do-  
minus super Iudeos regis Assyriorum principes, qui ceperunt  
Manassen et duxerunt eum Babylonem: quasi Senacheribo  
occiso a filiis, rebellarent Babylonii. Ob quod amicitiam  
inire valuisse regem Babylonis cum rege Iuda verisimile est,  
quem Assyrius divexaverat. Dignus tamen est, qui de hac  
re conferatur, GATTERER *Weltgeschichte in ihrem ganzen*  
*Umfange*, P. I. p. 152. Pro טראדך in Libro Regg. scribi-  
tur בראודך ex permutatione litterarum eiusdem organi, sa-  
tis frequenti apud Orientales, sicuti promiscue et  
، Meccah; et ، Beccah, urbem Meccam di-  
cere solent. Non reliienda videtur *Sanctii* sententia,  
fuisse nomen commune regibus Babylonis, sicut Pha-  
raonis nomen Aegyptiis, et Caesaris imperatoribus Roma-  
nis commune erat nomen. Nam et Regg. XXV, 27. Nebu-  
cadnezari successisse dicitur *Evil Merodach*, et Ierem. L, 2.  
dicitur: *Capta est Babylon, confusus est Bel, Deus Babylo-  
niorum, vinctus est Merodach, rex eorum.* יושם כי חלה ויהזק  
Audivit enim illum aegrotasse, et convalusse. פין, propr.  
corroborari, hinc convalescere, vires recuperare significat. In  
historia Chronicorum additur, legatos hos missos esse  
ロדורות המופת אשר היה בארץ, ut inquirerent in predigium  
illud, quod exitorebat in terra, umbras retrocedentis in solario  
Abasi. Apud Babylonios ab antiquissimis inde temporibus  
astronomiae studium vigebat, unde non mirum esse potest  
legatos de eventu illo quæsivisse. Interior tamen legatio-  
nis causa videtur fuisse amicitia inter hosce principes fir-  
manda, haud dubie Hiskiae a Babylonii oblata, quam ille  
acceptare, honori sibi duxit. Sequentia id non obscure in-  
nuant.

2. רושם עליות חזקיהו (Laetans est Hiskias de iis legatis, qui quamquam in antecedentibus non expresse nominantur; tamen re ipla flagitante, sunt intelligendi. In Libro

bro Regum scriptum extat רישמע, quae varietas haud dubie ex pronunciationis similitudine duarum litterarum gutturalium ע et ח est derivanda. Praetulerim tamen quod hic legimus. ו/orאם אוחביה נכהה (נכהה speciem esse *aromaticis*, vidiimus in not. ad Genes. XXXVI, 24., unde Aquila et Symmachus hic poluerunt, τον οίκον την ἀρωματινήν κύτην, et Vulgatus *cellam aroma*. Verum hoc loco sub ביה נכהה me-tonymice, specie posita pro genere, *domus* intelligenda est rerum *pretiosarum*, h. e. *gazophylacium*, uti Syrus et Chaldaeus recte explicant. Statim quoque enumerat res illas pretiosas, argentum, aurum, ect. ביה כלו possumus *armamentarium* vertere. Nam vox כלו *instrumenta* omnis generis notat, et de *armis* saepe dicitur, conf. 2 Parall. XXXII, 27. Mirum videri possit, has res pretiosas fuisse tanta copia, ut ostentari possint apud Babylonios, cum antea Hiskias deditisset Senacheribo quidquid erat in thesauris templi et Regiae, vid. 2 Regg. XVIII, 15. nec intervallum multo longius annuo intercessisset. Et iam antea sub Ahalo Regum Iudee aerarium exhaustum fuit ab Assyriorum rege. Sed videntur reges illi simulasse se dare Assyriis quidquid haberent, ita ut ne ab ipsis quidem templi ornamenti abstinerent, ut viderentur exhaustisse omnes thesauros suos, ne quid amplius ab iis exigeretur, cum tamen multa in occultioribus thesauris servarent. Praeterea legimus 2 Parall. XXXII, 23. 24. 27. 28. allata fuisse undequaque munera ad Hiskiam, eum convaluisse. — Ceterum videtur Hiskias opes suas Babylonicis legatis ideo etiam ostentasse, ut intelligerent, se dignum esse, cum quo Babyloniorum reges amicitiam et foedus inirent, ut se contra Assiriros, communis hostes, merentur.

6. Videntur caussae fuisse, quae Iesaiam permoverent, foedus cum rege Babylonico improbandi. Sed cum noitis propiores regnorum illorum nobis desint, ulterius perquirere non possumus.

8. טוב דבר יהוה (טוב דבר יְהוָה) Bonum hoc dicitur in quo adquiesceret par est, ut i Regg. II, 38. 42. וַיֹּאמֶר בָּנִימֵי Quod dixerit, promiserit, pacem duraturam esse meis saltem temporibus. שָׁלוּם וְאַמָּח, propt. pax et stabilitas, i. e. pax stabilis, duratura, ex idiotismo linguae Hebraeae, saepius iam indicata.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA SOLBRIGIANA.

*E r r a t a.*

- Pag. 430 Lin. 7 legendum V, i.
- 431 — 10 — XL, i.
  - 432 — 12 — Ies. XLI, 17. Ierem. LI, 30.
  - ead. — 14 — dele 10.
  - ead. — 15 — XLI.
  - 456 — 1 — 18.
  - ead. — 4 — quid
  - 462 — ult. — hebes
  - 468 — 1 — 36
  - 476 — 17 — أَبْنَى
  - 481 — 2 — هَذِهِ
  - ead. — ead. — post ~~الله~~ dele et pone punctum
  - 483 — 11 — נָגָרָה
  - 496 — antepenult. — ipsum ~~נְזִיר~~ hisce vocalibus non nisi semel, 2 Sam. VII, 17., occurrit; alias ~~נְזִיר~~ scribitur. Vocalium tamen nulla etc.
  - 497 — 7 — adiensus
  - 503 — penult. — interet disiunge: inter et
  - 513 — 5 — legendum evehendi et honorandi
  - 523 — ult. — 30 pro 25
  - 524 — 18 — CIX.
  - 528 — 9 — LXIV.
  - 539 — penult. — Cant. I, 5.
  - 553 — ult. — Ioel IV.
  - 563 — 21 — XXVII.
  - 565 — 5 — saccum colatorium
  - 578 — 16 — CXII.
  - ead. — 19 — -- deinen
  - 592 — 12 — altero
  - 596 — 4 — me
  - 599 — 8 — abstinentia
  - 601 — 13 — Ierem.
  - 603 — 10 — accusatio
  - 612 — 11 — austerus
  - 789 — 19 — الحال الجاف.









